H 1.

Dáy miłosciwy moy

Jan Dobrzcontowicz

Filium

Jan Łcontowicz

Jan Kozminski

Omnia sunt aliena tormo [illegible]

Quoniat Danay qui pitumur bon-

amentia e eos adorinqs neq videtur in

officio retinere cuius tibi eos qui victus

partia regredi in patria erq cu in queru-

bello suspiciendo timidentes et dui dise-

[illegible]

randu te praesertim contra potentiore

it

Jachatmynie Drogy pozantał niei

bielem i tapał nie zwierze ocha

but nie pirzze.

Porcus per taurū transit vestigia fem.

Ille pig plorat sic poculu meste bibendo
Saepe nocet pietas omnibq ista viris

Ista secale No. l. secalia
Secale obyczyl
Spodnica campestre
Bubile Obora
Tilbū, Klaystea C
Milium Jagly militarius in plur
Legume ru Jaryna
Jaskulka hirundo
Bruda turbella
Mupitator marka
Ferre Dzieł.
Hidrops puchlina
Colare Kotniarz

Klaryu

Pors 50 cent

M. TULLII. CICERONIS XIII.

1871. XI. 75.

Orationes Selectæ

Pro usu Studiosæ Juventutis *Scholarum Piarum.*

Illustrissimo Excellentissimo Domino

ISIDORO PEPŁOWSKI.

Filio Succamerarii Luceoriensis.

OBLATÆ

Cum facultate Superiorum.

VARSAVIÆ
Typis S. R. M. & Reipublicæ in Collegio
Scholarum Piarum 1745.

In
Avitum Decus
GOZDAWORUM.



Quam benè GOZDAVIIS respondent Stemmata rebus
Æterno quorum floret honore Domus,
Lilia GOZDAVIDUM niveo candore coruscant
Candidus in Patriam talia pinxit amor.

Ad Illuſtriſſimum Excellentiſſimum Dominum
ISIDORUM PEPŁOWSKI.

COllectas easq; ſelectiores in Libello hoc Ciceronis Orationes, uſui ſtudioſæ Iuventutis apprimè neceſſarias, ſub *Nomine Tuo Illuſtriſſime Excellentiſſime Domine* in publicam volui prodire lucem, ut liquido cõſtaret, quâ exiſtimatione ac obſervantia Illius ſim, atq; etiã hujus amplitudinem, Majorũ Tuorũ, Tibiq; ſangvine junctorum decora, tantæ diſtinctionis, tantiq; pretii fore, ut ad eorũ laudes, omni meliori modo pertractandas, vel Principis Oratorũ Ciceronis eloquio ſit neceſſe. Et quemadmodum magni fluminis curſũ anguſtus non capit locus; Coronis Regũ ac quibusvis Principũ Inſignibus vilioris metalli non addideris decus; proceræ ac exquiſito fructu quotannis gravidæ arbori, quò firmius radices agat, fruſtra ſterilem terram quæſiveris; aſt huic benè excultus ager, Regum ac Principũ Inſignibus, æſtimabilium rerum ornamenta, magnis fluminibus capacem alvei vaſtitatẽ provideris, nec præclaris Genere, Virtute, rebus geſtis nominibus, parem dicendi facultatem mox invenies. Porro quid in hac Tua vetuſtiſſima ac optimè ſemper merita de Republica Proſapia, quod non potioribus Oratorum lingvis ornari queat, utpote quæ tot Eccleſiæ, Senatorio ac Equeſtri Ordini Viros protulit, de qua merito, quod de Scipionibus dixerat Cicero fatendũ:

*O generoſam Stirpem, & tanquam in unam arborem plura ge-
nera, ſic in iſtam Domum plurimorum innatam Dignitatem.*
Manet in hæc uſq; tempora, quæ ab Annis fere 600 in am-
pliſſimo Ducatu Maſoviæ *Gozdavorum* (qui ſucceſſu
temporis PEPŁOWSCII dicti) vigebat fama; *Chriſtinus
Gozdavius* Gloriæ & Nominis Veſtri Parens, *Cujus Virtus*
(teſtante pervetuſto rerum Poloniæ Scriptore Okolſcio) *in
adverſis crevit, fortuna favente.* Succeſſor hujus itidem *Chri-
ſtinus Gozdavius Palatinus Plocenſis, Vir acer & rei militaris
peritus*, tantâ illa tempeſtate gloriam ſibi ſuæq; Proſapiæ pe-
perit, ut omnes in admirationem Virtutis & Sapientiæ ſuæ
rapuerit, quam ob cauſam à Pruſſis Deus Maſoviæ vocaba-
tur. A clariſſima Nominis hujus Dignitate nec latum receſ-
ſit ungvem *Simon Gozdavius, Epiſcopus Plocenſis, Vir Prudẽs
& Modeſtus. Joannes Gozdavius* itidem *Epiſcopus Plocenſis*
zelo Religionis ac integritate morũ conſpicuus. *Philippus
Gozdavius Archiepiſcopus Gneſnenſis*, Ævo ſuo Eccleſiæ ac
Reipublicæ Polonæ Præſidium & Decus, in hoc non niſi in-
jurius Patriæ, quod ad Principem in Polonia & M. D. L.
invitatus Dignitatem, Sũmo Pontifice ac Legato ſuo, e vi-
vis ſublato, pro more in Eccleſia recepto Sacram habere nõ
poterat. Ita verò Præſulea eaq; ampliſſima in Eccleſia &
Senatu Polono Dignitas Gozdaworum ſe ſe conjunxit No-
mini, ut *Simone* Plocenſi Epiſcopo, magnæ ævo ſuo exiſti-
mationis Vita functo, *Gazdavii Præſules* communi vocaren-
tur agnomine. Poſtquam verò aquiſitis in Palatinatu Plocẽ-
ſi Bonis *Pepłow* dictis, pro Gozdaviis *Pepłowſcii* appellari
voluiſtis, Nomen quidem aliud, ſed Dignitatis & Virtutis
ſplendor, idem ſemper, qui Gozdaviis qui Optimis in Re-
publica Viris competit. *Laurentius in Pepłow Pepłowſki* Iu-
dex Terreſtris Plocenſis, & *Simonis Epiſcopi Plocenſis* germanus
Frater, Prudentiâ & multa in decidendis cauſarum momẽ-
tis experientia commendatus, rebus præclarè geſtis ſartã
tectamq; *Gozdavorum* ſervavit gloriam, & relictis quatuor
Filiis, ita per hos *Pepłowſciorum* auxit & ampliavit No-
men, ut cum ante hac in Ducatu duntaxat Maſoviæ Gozda-
vorum vigeret Gloria, mox longe lateq; ſuas deducere Co-
lonias, transferre opes, ac clariſſimi Nominis Dignita-
tem diffundere viſi ſunt; Alii Sagũ, Togam alii induti, hi ſa-

pien-

pienâ internæ paci & tranquillitati Patriæ, illi armorum vi, manu ad decertandum acie prompti, consulere muneri duxerunt suo; quemadmodum de *Mathia Peplowski* circa annum 1631 publica testantur volumina, qui fervente belli æstu cum Poloni ac Christiani Nominis hoste, tantum bellicæ virtutis pro gloria Gentis reliquit testimonium, quali primis olim nationis Romanæ Heroibus ornari non indecorum fuerat; quippe gravioris armaturæ usus præsidio, vexillum dexteritatis suæ præmium manu gerens, ac equo insidens, non minùs profundi quàm præcipitis Borysthenì in alteram usq; ripæ tranando partem superavit vortices. Alter *Alexander Peplowski* ab ineunte ætate militari addictus disciplinæ, sub auspiciis Illustrissimi Excellentissimi Domini *Stanislai Koniecpolski* Optimi juxtaq; Invictissimi Imperatoris, in variis expeditionibus, jam contra Svecos, jam contra Turcarum vim ac Ducem Abasim, jam contra Cozacos ad Niedzwiedzielozy tā strenuum egit Militem, ut simul vehemens Patriæ reliquerit desiderium, plurimos qui tanti Herois insisterent vestigiis exoptanti. Quid de aliis Sapientiâ, Consilio, Prudentiâ Iuris peritiâ præstantibus asseram, quorum si in hujus loci angustiis longum vellem recēsere numerū, ac munia Reipublicæ, ab iisdē gloriosè gesta enarrare, morē illi gererē, qui īmēsi flumnis cursū in exigua depictū tabella observare vellet. Ac paulò ab hinc elapsa revocando tēpora *Laurentius Peplowski*, Ill: *Isidore* Avus Tuus imprimis Tribunus & Vice-Capitaneus Castrensis Luceoriensis, mox Iudex Terrestris Podoliæ, in *Taykury*, *Mylsko*, *Zytyn*, *Iwaczkow*, *Kopytkow*, *Szpanow*, *Horodyszcz*, *Wolusz* &c. Hæres, multorū Bonorū, ast longè plurīū Virtutū Dominus, talem altissimi ingenii ac Sapientiæ in Universa Republica promeruit gloriam, ut ex Comitiis Regni Generalibus 1703 habitis ad exdividendos Poloniā inter & Hūgariā limites, honorifico Commissarii munere cohonestatꝰ fuerit; *Tibi verò Ill: Isidore*, quâ ad augendā vetùstissimi Nominis Gloriā, ad bene merendū de Republica, ad publicā æstimationē eundū sit, reliquit vestigia. Et cùm Fortes creentur Fortibus, & Boni Bonis, Clarissimus hic Vir, relictis Optimis ex se Filiis, ea quæ per ætatē suā præventā fatis in

rem

rem Patriæ cõplere non poterat obſequia, per Succeſſores ſuos conſũmavit. Talis erat Illuſtriſſimus Excellentiſſimus D. *Ioannes Paulus Pepłowſki* Caſtellanꝰ Volhiniæ, Tuꝰ verò Ill: *Iſidore* Patruus, (Cuius adhuc in ore recẽtis famæ viget Nomen, Vir belli paciſq; artibus commendatus, & vel maximè liberalibus diſciplinis deditus, quarum adminiculo in tantũ Eloquentiæ ac Eruditionis laude excelluit, ut ad Comitia Regni generalia Legatus ferè continuus, ad cõdendas Legũ tabulas Deputatus, ad varia Reipublicæ negotia Cõmiſſariꝰ, Religionis, Patriæ, Iuſtitiæ ſtudioſiſſimus. Quid dicã de integerrimis moribus ſuis? *Vere Fabricius, qui difficiliꝰ ab honeſtate, quam Sol à curſu ſuo averti poterat*; Cujus ego laudes ſi loci hujus ãguſtiæ ſinerẽt, lõgius vellẽ texere, in tantũ enim Nomini noſtro ſe Benefactorem ac propitiũ præbuit, ut gratã meritorũ ſuorũ in Provincia noſtra memoriã futuris perennare fecerit ætatibus. Sed ultrò jã influit in calamũ Immortalis memoriæ *Ill: Exc: Dominus Petrus Pepłowſki, Saccamerarius Luceorienſis, Tuus vero Iſidore Digniſſimus Genitor*; ad Tribunal Regni ſæpius Iudex Deputatus, aliiſq; commiſſis a Republica muneribus egregiè cũ utilitate publica ac gloria Nominis ſui functus, majoribus in dies ornandus honoribꝰ, poſt fata vitã immmortalẽ auſpicatꝰ, qualẽ omnes benè meriti de Republica Viri poſt obitũ vivere conſveverunt. Enim verò quàm pulchram in Te magnæ ſpei Iuvenis Parens hiccè Tuus Virtutis reliquit Imaginem, quantum affabilitatis, bonitatis, pietatis, candoris ſvaviſſimæq; cũ omnibus converſationis repoſuit teſtimonium, ut vel ex Tuis pulcherrimis moribus Digniſſimũ Parẽtẽ, aut olĩ ex Illo ulterioris ætatis Tuæ, curſũ ad regulas honeſtatis inſtituẽdæ, prudens rerũ æſtimator collegerit. Sed antequã Orationi huic modũ ponã, præterire non poſſũ ea quæ Tuo exornando Nomini non mediocre momentũ addiderint; quæq; Tibi gratiſſima ſunt; nimirũ Illuſtriſſimarũ Proſapiarum Vetuſtiſſimo Nomini Tuo juncta gloria, ut ex aliis Nobiliſſimis Ceris, ampliſſima *Bielinſciorum* Veſtram in Familiam illata decora. Quorũ alter Ill: Excell: Dominus *Franciſcus Bielinſki Supremus Regni Poloniæ Mareſchalcus*, meritis, Dignitate, Virtute & Sapientiâ tanto par muneri; Alter Ill: Excell: Dominus, *Michael Bielinſki*

Pa-

Palatinus Culmenſis, Theſaurarius Terrarum Pruſſiæ, propter initum cum Ill: *Thecla Pepłowſka* germana Sorore Tua egregiis animi, Fortunæ & Corporis bonis prædita Matrimonium; Affinis Tuus, & (cum ſic ætas tenera exigeret) in Tutorem datus, Cujus laudes me tacente publica divulgat fama; Cujus Fides erga Majeſtatem, candor erga Rempublicam, humanitas ac affabilitas erga omnes palam eſt. Accedit ad hæc Ordinis mei grata pro beneficiis ſuis & Patrocinio recordatio cujus benevolentiam, amorem, Protectionem, ut hactenus experti ſumus, ita deinceps majorem in modum eadem dona imploramus. Accedunt his ampliſſimarum Tibiq́ Sangvinis nexu junctarum Domorum ornamenta: *Principum Czetwertyniorum Swatopełkorum, Szuyſciorum, Zaleſciorum, Pacorum, Suſzczynſciorū, Niemierzycciorū, Stadnicciorū, Branicciorū Wyzycciorum, Iałowicciorum, Stecciorum, Kuczynſciorum, Akſakorum*, aliorumq́ omni honore & æſtimatione Digniſſimorum Nominum laudes, & maxima in Republica merita, ut vel hinc conſtaret, vetuſtiſſimi Nominis Tui Gloriā, ut multis ab hinc ætatibus longè lateq́ diffuſam, ita tantarum Proſapiarum ornatā & fultā decoribus, facile ſe ab interitu vindicaturam. Iam *Ill: Iſidore* quid gratius Tibi ac jucundius quàm felicis memoriæ Ill: *Hedvigis de Szuyſkie Matris Tuæ* ſæpius meminiſſe; Cujus præmatura fata, quantùm omnibus Virtutes Ejus, nunquam ſatis laudare valentibus mærorem attulerant, tantùm Te ſuperſtite relictū gaudium, quod pulcherrimas Illius animi dotes, ex vultu, Sermone, ſvaviſſima converſatione, ac candore repræſentes. Præterea quanto amore ac obſervantia *Ill: Exc: Thecla Bielinſka* Sororis Tuæ ſis, documento ſunt, frequentes de Ejus Virtutibus ſermones; Quam ad Tuum, ac Illuſtriſſimi Palatini Mariti Ejus ſolatium, ſuperi ſervent diutiſſime. Amas præterea miſcere colloquia, ac amorem benevolentiamq́ in Te recenſere *Celſiſſimæ Zophiæ* olim *Ill: Excell: Joannis Caſtellani* Volhyniæ nunc *Celſiſſimi Principis Radzivilii Præfecti Stabuli M. D. L.* Conſortis; Et certè, non deſunt quæ ad laudem, honorem, æſtimationē lectiſſimæ hujus Principis Conſortis, plurimū conferunt, quā frequens Pietatis exercitium, rara Prudentia, mira in fami-

liaribus

liaribus colloquiis eaq; Authoritati jūcta affabilitas, ac exēplaris vita recommendant. Neq; tacito cenſuerim prætetereundum ſilentio ejuſdē Tecum *Ill: Iſidore* Nominis Ill: *Matheū Pepłowſki*, Cui Prudentia, Religionis ac Virtutis cultus, de omniū amore benè merendi ſtudiū ad altiores in Republica honorum gradus ſternunt viam. Quā pulchra, quā præclara de Nomine Tuo & laudibus *Ill: Iſidore* teſtimonia, & quā Tuæ multos per annos *Stat fortuna Domûs & Avi numerantur Avorum*. Hinc eſt quod Libellū hunc Orationibꝰ Ciceronis refertū non pudeat ſub Digniſſimo Nomine Tuo ad communē Scholarū prodire uſū, eſſeq; omnino tantæ exiſtimationis, meritorū & gloriæ, ut vel Ipſius Principis Oratorū in laudes ſuas mereatur Eloquentiā. Gratiæ verò Tibi quā maximæ ſint *Ill: Excell: Iſidore* nedū à me, verū etiā ab univerſa literariá Republica, quod Liberalitate Tua ad reimpreſſionē apprimè neceſſarii Authoris hujus cōcurrere non dedignatus ſis. Dabis vel hac ipſa ratione documentū, quod Ill: Exc: DD. (quos paulo ſuperius recenſui) bonarū artiū Fautorū rectè inſiſtas veſtigiis; Te omniū (quorū manibus teretur Libellus hic) ora, lingvæ, voces omniū recitabunt. Mihi verò in votis eſt, ut cū nunc in tradenda Oratoria facultate, potiſſimū ex hoc ipſo Authore Tibi obſequi datū ſit, olim Oratorē pro Fide Rege & Lege, Ordiniq; meo propitiū videā:

Ita precatur

Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ

Servus humillimus

Staniſlaus à S. Aloyſio

Scholarum Piarum Profeſſor *Rhet:*

Ad Lectorem.

CVm *atteſtante Quintiliano*: Ille ſe profeciſſe certo ſciat, cui Cicero valde placebit, *proinde obtenta à Superioribus facultate, quò pluriū vel maxime facultatis Oratoriæ Studioſorū utilitati vacarē, ſelectas Orationes Libello hoc incluſas imprimi curavi, & ad duodecem ante impreſſas cum notis Joannis Minellii, addidi ſecundā ex Philippicis, eamq; celeberrimam cū notis, quas non ſine voluptate animi Lector amice legeri vale.*

M. TULLIJ CICERONIS ORATIONUM. SELECTARUM LIBER.

ORATIO. I. quae est pro AULO LICINIO ARCHIA POETA.

Argumentum Orationis pro Archia.

SYllani & Carbonis lege cives Romani habebantur, qui adscripti essent fœderatis civitatibus; Si tum, cum lex ferebatur, domicilium habuissent in Italia, ac intra LX. *dies apud Prætorē professi essent.*

Aulus Licinius Archias, Poëta & homo eruditus, cum ob ingenium & doctrinam multis præclaris viris charus esset, versareturq́ in domo & familia Lucullorū, auctoritate & gratia L. Luculli, cum quo ex Cilicia decedens Heracleam, fœderatam Romanis civitatem

venerat

venerat, impetravit, ut in eam civitatem adscriberetur, & praesente Lucullo adscriptus est.

Sed quia cum eodem aliquamdiu Roma abfuisset, nec eius nomen inveniretur in Tabulis Censorum, nec Heracleensium, delatus est a Graccho; quasi se falsò pro cive gereret.

Cicero hunc Archiam, olim praeceptorem suum defendit, in magno doctorum studiisque faventium concursu, apud Pratorem, & dum hoc agit, pereleganter laudat studia literarum.

Rationes, quibus eum defendit; sũt quod sit adscriptus; quod Lucullus, & Legati Heracleenses id cõfirmẽt; quod tabulae Heracleensium, unde id constaret, Bello Italico exustae,. quod professus sit apud Praetorem Metellum; denique eum purgat, quod à Censoribus non sit census.

Stylus seu dicendi character multum ad sublimitatem accedit, quia in laude studiorum multum versatur.

Genus tamen totum est Judiciale, & si multum etiam habeat à Demonstrativo. Est enim accusator, Gracchus; est reus, Archias; est patronus, Cicero; est Judex; & laus Archiae & Poëseos nonnisi iudicio comparata, & is finis est.

Status causae est: quod Archias sit Civis Romanus. Habet haec Oratio Exordium, Narrationem, Confirmationem, admixta brevi Confutatione, & excursu ad laudẽ persona accommodata & Confirmationi mire consulente; denique etiam Perorationem.

Oratio habita est anno V. C. DCXII. M. Pupio Pisone & M. Valerio Messala Coss annum agente Cicerone XLVI. & Archia LVIII.

Eventus sine ulla dubitatione fuit felix, & Archias pro Cive habitus.

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS ORATIO I.

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

CAPVT. I.

SI quid eſt in me ingenii 1. Iudices, quod ſentio quam ſit exiguum, aut ſi qua 2. exercitatio dicendi, in qua me non inficior. 3. mediocriter 4. eſſe verſatum 5. aut ſi huius rei 6. ratio 7. aliqua ab optimarum artiū ſtudiis & diſciplina 8. profecta 9. a qua ego nullum confiteor aetatis meæ tempus abhoruiſſe 10. earum rerum omnium vel imprimis 11. hic Aulus Licinius fructum 12. a me repetere 13. prope ſuo iure debet. Nā quo ad longiſſime 14. poteſt mens 15. mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam. 16. recordari ultimam 17. inde uſque repetens 18 hunc

1. Quod ſi ego in ſtudiis aliquid hactenus profeci. 2. Si aliqua mihi eſt peritia in dicendo. 3. nego. 4. quodammodo. 5. exercitatum. 6. hujus dicendi peritiae & artis. 7. modus, facultas, certa confirmatio, *ein recht Geſchicke*. 8. Philoſophia. 9. eſt, profluxit. 10. quo ego delectatus ſum jam uſque à pueritia mea. 11. prae caeteris omnibus meis doctoribus. 12. emolumentum, commodum. 13. rurſus petere, vindicare ſibi. 14. inquantum, *ſo weit zurücke*. 15. memoria. 16. tempus. 17. primum. 18. dum hæc omnia inde à prima juventute mea in memoriam revoco.

19. video mihi principem 20. & ad suscipiendam, & ad ingrediendam, rationem 21 horum studiorum 22 exstitisse 23 Quod si hæc 24 vox hujus hortatu præceptisque conformata 25. nonnullis 26. aliquando saluti 27 fuit; à quo id 28 accepimus 29 quo 30 cæteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis 31 & opem & salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenii, hæc dicendi ratio aut disciplina 32: ne nos quidem huic cuncti studio 33 penitus 34 unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem 35 pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi e cognatione quadam inter se continentur. 36.

CAPUT

19. Archiam. 20. svasorem, auctorem. 21. viam 22. eloquentiæ. 23. fuisse. 24. mea. 25. *recht ungerichtet*, quæ instructa, & instituta fuit & exercitata præceptis Archiæ. 26. quibusdam reis. 27. ipsos conservavit. 28. Constructio est: huic ipsi profecto debemus ferre opem, a quo id accepimus. 29. discimus. 30. per quod. 31. quantum in mea potestate positum est. 32. quod Archias longe aliam profiteátur disciplinam, nemo artem Póëticam, non vero Eloquentiam. 33. póëticæ artis. 34 omnino, per omne tempus. 35. ad culturam & instructionem humani animi. 36. coniunguntur.

I.

CAPUT. II.

SEd ne cui vestrum 1. mirum esse videatur, me in quæstione legitima 2. & in publico, cum res agatur apud Prætorem populi Romani, lectissimum 3. virum, & apud severissimos Iudices, tanto 4. conventu hominum ac frequentia, hoc uti 5. genere dicendi, quod non modo a consvetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat 6. quæso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam 7. accommodatam huic reo 8. vobis quemadmodum spero, non molestiam, ut me pro summo poëta atque eruditissimo homine dicentem, hoc 9. concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate 10. hoc denique Prætore exercente 11. iudicium, patiamini de studiis humanitatis 12. & litterarum paulo loqui liberius 13. & in eiusmodi persona 14. quæ propropter otium 15. ac studium minime in iu-

 diciis

1. Alicui ex vobis auditores, vel Iudices. 2. quæ ex legibus diiudicanda est. 3. Prætor clarissimus & nobilissimus vir est. 4. in tanto. 5. me uti hoc genere dicendi. 6. non convenit hoc meum genus dicendi cum sermone illo, qui in causis talibus solet adhiberi in foro. 7. ut mihi iam dare velitis potestatem ad hoc genus dicendi usurpandum. 8. quæ venia optime quadrabit ad hunc reum, Archiam. 9. in hoc. 10. pro favore vestro. 11. præsertim dum hic Prætor supra laudatus exercet iudicium. 12. de studiis humanioribus & amœnioribus. 13. quam in aliis causis forensibus solet fieri. 14. Archia. 15. tranquilitatem, quam hactenus amavit Archias. 16.

diciis periculisque 16. tractata est 17. uti prope nouo quodam & inusitato genere dicendi. Quod si 18. mihi a vobis tribui 19. concedique sentiam 20. perficiam 21. profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum 22. cum sit civis, a numero civium, verũ etiam si non esset 23. putetis asciscendum 24 fuisse.

16 permittit. 20. videbo intelligam. 21. curabo, efficiam, persvadebo. 22. excludendum, removendum. 23. civis Romanus. 24. recipi debuisse ac oportere in numerum civium.

CAPUT. III.

NAm ut primum 1. ex pueris excessit 2. Archias, atque ab iis artibus 3. quibus 4. ætas puerilis ad humanitatem 5. informari solet, se ad scribendi studium contulit 6. primum Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, celebri quondam urbe, & copiosa 7. atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluenti) 8. celeriter antecellere omnibus ingenii gloria 9. contigit. Post in cæteris Asiæ parti-

Quã primũ. 2 Iuvenis factus est. 3. excessit, postquã desiit institui in arte Grammatica, Rhetorica, Poësi, Geographia, Historia. 4 in quibus. 5. ád elegantiam & culturam animi ingeniique ac morum 6. scribere libros cæpit. 7. in qua urbe omnium rerum copia erat. 8. copiosa, divite, in qua magnus numerus erat doctorum hominum. 9. propter ingenii excellentiã 10. ut homines magnũ aliquid de eius ingenio sperarent, de quo ingens fama præcesserat, & cum in Græciam venisset, maior adhuc esse vide-

partibus, cunctæque Græciæ, sic eius advẽtus celebrabatur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque superaret 10. Erat Italia tunc plena Græcarum 11. artium ac disciplinarum 12. studiaque hæc & in Latio vehementius tum 13. celebrabantur, quam nunc iisdem in oppidis 14. & hic Romæ propter 15. tranquillitatem re publicæ non negligebantur. Itaque hunc 16 & Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani civitate 17. cæterisque præmiis donarunt, & omnes, qui aliquid de ingeniis 18. poterant iudicare, cognitione 19. atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ 20. cũ esset iam absentibus 21. notus, Romam venit Mario consule & Catulo, nactus est primũ consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studiũ atque aures adhibere posset. 22. Statim Luculli cum

---

videbatur, quam quidem fama de eo prædixerat. 11. ex Græcia allatarum. 12. philosophiæ & reliquarum scientiarum. 13. illo tempore. 14. in opido Grœciæ. 15. quoniã respublica tunc fruebatur otio & pace. 16. Archiã. 17. inter cives suos receperunt. 18. de eruditione hominum. 19. ămicitiă. 20. cum tam celebrem famã adeptus esset Archias. 21. in aliis provinciis, apud eos notus, qui ipsum de facie non noverant. 22. quorum Consulũ unus materiam scribendi suppeditabat, quia res maximas gesserat, alter vero poterat auscultare citanti scripta sua Archiæ, quoniam eloquens & eruditus ipse erat.

23.

cum prætextatus 23. etiam tum Archias esset, eum domum 24 suam receperunt. Sed etiam hoc non solum ingenii ac literarum, verum etiam naturæ atquæ virtutis, ut domus, quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti 25. Erat temporibus illis iucundus 26. Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiebatur a M. Aemilio: vivebant cum Q. Catulo, & patre & filio: a L. Crasso colebatur: Lucullos vero, & Drusum, & Octauios, & Catonem, & totã Hortensiorum domum deuinctam consvetudine cũ teneret, 27. adficiebatur summo honore, quod eum non solum 28. colebant, qui aliquid percipere 29. atque audire studebant, verum etiã, si qui 30. forte simulabant.

23. cum togam virilem Archias nondum sumsisset 24 in domum. 25. id est: non solum ingenio Archiæ ac eruditioni, sed probitati etiam eius adscribendum est, quod Luculli duo, magni literarum patroni, eum amarunt, constanter & in iuventute & in senectute. 25. amicitiam tunc colebat Archias. 26. cum sibi arcta familiaritate coniunxisset. 28 non solum illi. 29 discere 30 illi, qui tantum simulabant se ex eo aliquid velle discere.

CAPUT IV.

INterim satis longo intervallo 1. cũ esset cum L. Lucullo in Ciliciã profectus, dũ ex ea provincia

1. Post longum spatium 2. li-

vincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam. Quæ cum esset civitas 2. aequissimo iure ac fœdere, adscribi se in eam ciuitatem voluit 3. idque 4. cum ipse per se dignus putaretur: tum auctoritate & gratia Luculli ab Heracleensibus impetravit. Data est civitas Syllani lege 5. & Carbonis. SI QVI 6. FOEDERATIS CIVITATIBUS ADSCRIPTI FVISSENT 7. SI TUM 8. CUM LEX FEREBATUR, IN ITALIA DOMICILIUM HABUISSENT, ET SI SEXAGINTA DIEBUS APUD PRÆTOREM ESSENT PROFESSI 9. Cum hic 10. domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud prætorem Q. Metellũ familiarissimũ suũ. Si nihil aliud, nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius: causa dicta est 11 Quid enim horũ 12. infirmari 13. Gra-

2. libera, vi fœderis & iuris æquissimi. 3. voluit Archias recipi inter cives huius urbis. 4. & hânc receptionem, vel ius civitatis. 5. vi ac virtute ac vigore legis illius, quam Sillanus & Carbo dederant de peregrinis. 6. cuius legis tenor & summa vel initium hoc est: Si qui &c. 7. inter cives recepti fuissent a civitatibus cum Republica Romana fœderatis. 8. illo tempore. 9. nomen suum indicassent inscribendum apud Prætorem. 10. cum igitur præsens hic Archias. 11. non opus est, ut verbulum amplius dicam, ita enim causa nostra iam erit dicta & iudicata. 12. ex his quæ ego nunc dixi.

13. refu-

Gracche 14. poteſt? Heracleæne eſſe tũ adſcriptũ negabis 15? adeſt vir ſumma auctoritate, religione 16. & fide L. Lucullus, qui ſe non opinari 17. ſed ſcire 18. non audiviſſe, ſed vidiſſe: non interfuiſſe, ſed egiſſe 19. dicit. Adſunt Heracleenſes legati, nobiliſſimi homines: huius iudicii cauſa 20. cũ mandatis 21. & cũ publico teſtimonio venerũt, hũc 22. adſcriptũ Heracleẽſẽ dicunt. Hic 23. tu 24. tabulas 25. deſideras 26. Heracleenſiũ publicas, quas Italico bello, incenſo 27, tabulario 28. interiiſſe ſcimus omnes. Et ridiculum 29. ad ea, quæ habemus, nihil dicere; quærere quæ habere non poſſumus: & de hominum memoria tacere 30. literarum memoriam flagitare: & cum habeas ampliſſimi viri 31. religionem, integerrimi municipii 32. iusiurandum fidemque: ea 33. quæ depravari nullo modo poſſunt.

13. refutari 14. hic erat Orator Gracchus, contra cuius accuſationes Cicero Archiam defendebat. 15. an tu dicere audebis, eum non eſſe ab urbe Heraclea receptum inter cives ſuos; 16. conſcientia. 17. putare probabiliter. 18. certo. 19. rem totam perfeciſſe. 20. propter hoc iudicium, ád quod provocatus eſt Archias. 21. ſuæ civitatis. 22. Archiam. 23. hoc loco. 24. Gracche. 25 documenta, Acta, *ſchriftliche Urkunden*. 26. videre cupis. 27. poſtquã incensũ eſt & igne periit. 28. Archivo. 29. ſane risũ meretur, quod tu, Gracche, ad ea documenta, quæ nos habemus, nihil dicis, & ea potius deſideras, quæ habere nõ poſſemus. 30. te tacere de eo, quod vivi adhuc homines memoria tenere poſſunt. 31. Luculli. 32. Heracleæ urbis liber 33. te eà eiicere.

34. tu

poſſunt, repudiare: tabulas, quas idem 34. dicis ſolere corrumpi, deſiderare 35. At domicilium Romæ non habuit: is 36. qui tot annis ante civitatem datam ſedem omnium rerũ ac fortunarum 37. ſuarum Romæ collocavit. At 38. non eſt profeſſus, Imo verò 39. iis tabulis profeſſus quæ ſolæ ex illa profeſſione, collegioque prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cum Appii 40. tabulæ negligentius aſſervare dicerentur: Gabinii 41. quamdiu incolumis 42. fuit, leuitas, 43. poſt damnationem calamitas, omnem tabularum fidem reſignaſſet 44. Metellus homo ſanctiſſimus 45. modeſtiſſimuſque omnium, tanta 46. diligentia fuit, ut ad L. Lentulum Prætorem, & ad Iudices venerit, & unius nominis litura 47. ſe commotum eſſe dixerit. His igitur tabulis nullã lituram in nomen 48. A. Licinii videtis.

CAPUT

34. tu ipſe. 35. expetere. 36. Archias. 37. bonorum. 38. ſed pergis tu, Gracche, obiicere. 39. ſed reſpondetur omnino in iis tabulis eius extat nomen. 40. qui tunc Prætorum unus erat, cum nomen ſuum profiteretur Archias. 41. qui itidem unus tunc ex prætoribus fuerat. 42. in iudicio non accuſatus. 43. *Lechtſinnigkeit, liderliche* conduite. 44. ſuſtuliſſet, ita ut eius tabulis nulla fides haberetur. 45. religioſus, conſcientioſus. 46. tantam adhibuit diligentiam. 47. deletione. 48. videtis Archiæ nomen in his tabulis deletum non eſſe.

1. Quo-

CAPUT. V.

QVæ cum ita ſint 1. quid eſt quod 2. de eius 3. civitate dubitetis? præſertim cum 4. aliis quoque in civitatibus fuerit adſcriptus. Etenim cum mediocribus 5. multis, & aut nulla, aut humili 6. aliqua arte præditis gratuito 7. civitatem in Græcia homines 8. impertiebantur 9. Rheginos, credo 10. aut Locrenſes, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod 11. ſcenicis artificibus 12 largiri ſolebant, id huic 13. ſumma ingenii prædito gloria noluiſſe 14? Quid 15? cum cæteri non modo poſt civitatem datam, ſed etiam poſt legem Papiam 16. aliquo modo 17. in eorum municipiorũ tabulas irrepſerint 18, hic 19. qui nec utitur quidem illis 20. in quibus eſt ſcriptus, quod 21. ſemper ſe Heracleenſem eſſe voluit, reiicietur 22 Cenſus 23 noſtros requiris 24 ſcilicet 25

Eſt

1. Quoniam itaque hæc vera ſunt. 2. ex qua tandem cauſa dubitatis? 3 Archiæ 4 dum, quoniam. 5. multis hominibus, qui mediocri virtute & ingenio præditi fuerant. 6. abiecta, ſordida. 7. grata, nulla ſoluta pecunia. 8. Magiſtratus civitatum. 9. donabant 10. locutio Ironica. 11. quem honorem, quod ius civitatis. 12 Comædiis. 13. Archiæ. 14. donare; impertire. 15. quid amplius dicã? 16. qua lege peregrini prohibebantur uſu civitatis. 17. quomodocunque, ſub & obreptitie. 18. nomina ſua clanculũ inſcribi curaſſent in tabulas Rheginorum, Locrenſium &c. 19. Archias. 20. tabulis 21. quoniam. 22. eiicietur ex numero civium? 23. *Stener - und Contributions-Bücher*, quibus inſcribebatur cenſus datus Cenſoribus quinto quovis anno. 24. videre cupis, tu Gracche. 25. Ironia.

Eſt enim obſcurum 26. proximis 27. cenſoribus, hunc cum clariſſimo imperatore 28. L. Lucullo apud exercitum fuiſſe; ſuperioribus 29. cum eodem 30. quæſtore fuiſſe in Aſia: primis 31. Iulio & Craſſo, nullam populi partem eſſe cenſam 32. Sed quoniam cenſus non ius civitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum qui ſit cenſus, ita ſe iam tum geſſiſſe pro cive, iis 33. temporibus, quæ tu criminaris, ne ipſius quidem iudicio eum in civiũ Romanorum iure eſſe verſatum; & teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus 34. & adiit 35. hæreditates civium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium delatus eſt 36. L. Lucullo prætore, & conſule.

---

26. Ironia, ceu dicat: quaſi nemini notum ſit, Archiã fuiſſe. 27. cum Cenſores proximi & nuperrimi eſſent, L. Gellius & Cneius Lentulus. 28. duce exercitus. 29. cum Cenſores ante hos eſſent Lucius Marcius, Philippus, & M. Perpenna. 30. cum eodem Lucullo, qui tum Quæſtor erat & curam ærarii ac vectigalium habebat. 31. cum primi Cenſores eſſent Iulius & Craſſus. 32. in Contribution *und Steuern geſezt worden*. 33. ſed illis temporibus, quibus tu, Grache, criminaris, & falſo dicis, Archiam ipſomet iudice, non fuiſſe &c. tamen & fecit teſtamenta &c. quod non potuiſſet fieri, niſi fuiſſet civis Romanus. 34. quod ipſi licebat per noſtras leges. 35. accepit. 36. beneficium accepit ex ærario Reipublicæ, quia rem bene geſſerat, iuxta teſtimonium Luculli.

CAP-

CAPUT. VI.

QVære argumenta, si qua 1. potes: nunquã enim hic 2. neque suo, neque amicorum iudicio revincetur 3. Quæres 4. a nobis, Gracche, cur 5. tantopere hoc homine delectemur 6? quia 7. suppeditat nobis, ubi 8. & animus ex hoc forensi strepitu 9. reficiatur 10. & aures convicio 11. defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere 12. nobis 13. posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum 14. nisi animos nostros doctrina 15. excolamus 16. aut ferre animos tantã posse contẽtionem 17. nisi eos doctrina eadem relaxemus 18? Ego vero fateor, me his studiis 19. esse deditũ: cæteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt 20. ut nihil possit ex his 21. neque ad communem afferre fructum 22. neque in adspe-

1. Si aliqua potes invenire Gracche. 2. Archias. 3. refutabitur. 4. interrogabis fortassis. 5. ego. 6. hunc Archiam tamen tantopere, ut tam vehementer pro eo loquar. 7. respondeo; quia materiam mihi suppeditas. 8. per quam. 9. post studia hæc severa. 10. recreetur. 11. contentione, litigio, rixa. 12. succurrere., in mentem venire. 13. mihi. 14. dum res & causæ tam variæ mihi occurrunt. 15. varia eruditione. 16. instruamus. 17. *Anstrengung*, curam ingentem in rebus tam seriis. 18. tanquam arcum intentum, recreemus. 19. amœnioribus. philosophiæ, pöësi & 20. si quidam ita studiis indulgent in loco obscuro & in secessibus suis. 21. suis studiis. 22. utilitatem.

23. homi-

ſpectum lucemque proferre. Me autem quid pudeat? qui tot annos ita vivo, iudices, ut ab nullius 23. me unquam tempore 24. aut cōmodo 25. aut otium meum abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit. Quare quis tandem me reprehendat 26. aut quis mihi iure ſuccenseat 27. ſi quantum 28. cæteris ad ſuas res obeundas 28. quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ád ipſam requiem animi & corporis, conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempeſtivis 30. conviviis, quantum 31. denique aleæ, quantū pilæ, tantū 32. mihi egomet ad hæc ſtudia recolēda 33 ſumſero? Atque hoc adeo mihi concedēdū eſt magis, quod ex his ſtudiis, hæc quoque cēſetur 24 oratio & facultas 35. quæ 36. quantacunque in me, nunquā amicorum periculis defuit 37. Quæ ſi cui 38 leuior

39. vi-

---

23. hominis accuſati 24. periculo forenſi 25. procurando 26. quis mihi vitio vertat. 27. iraſcatur 28. quantum temporis vel temporum conceditur aliis ad &c. 29. perficiendos. 30. quæ quovis tempore inſtituuntur cum luxu & impendio temporis, quod ad res utiliores poſſet deſtinari. 31. quantum denique temporis. alii conſumunt per luſus aleæ & pilae. 32. temporis. 33. excolenda, exercenda. 34. æſtimatur. dicendi. 36. oratio & facultas, 37. ſemper amicis profuit in eorum periculis. 38. alicui.

39. in

39. videtur, illi quidē certe, quæ ſumma ſunt 40 ex quo fonte hauriam, ſentio. Nam niſi multorū 41. præceptis multiſque literis mihi ab adoleſcentia ſvaſiſſem 42. nihil eſſe in vita magnopere expetendū, niſi laudē atque honeſtatē, in ea autē perſequenda 43. omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii, parvi eſſe ducenda: nunquā me pro ſalute veſtra in tot ac tātas dimicationes 44. atque in hos profligatorū 45. hominum quotidianos impetus obieciſſem 46. Sed pleni omnes ſunt 47. libri plenæ ſapientum voces, plena exemplrū vetuſtas 48. quæ iacerent in tenebris 49. omnia, niſi literarū 50 lumē accederet 51 Quam multas nobis imagines. 52. non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortiſſimorum virorum expreſſas 53. ſcriptores & Græci & Latini reliquerunt 54? quas ego mihi ſemper in adminiſtranda republica proponens, animum & mentem meam ipſa

55. co-

39. inanis, humilis, vilis, abiecta. 40. quæ laudem & honeſtatem ſecum ducunt; 41. per præcepta multorum eruditorum. 42. perſvaſus eſſem apud animum meum. 43 in hac laude acquirenda. 44. cum Catilina & eius ſociis. 45. leuiſſimorum, ſceleſtiſſimorum. 46. conieciſſem, præcipitaſſem, præcipitaturus fuiſſem. 47. de hac laudis cupiditate. 48. exempla veterum. 49. in oblivione eſſent, ingnorarentur, obſcura nocte tegerentur. 50. exempla, ſtatuas, inſcriptiones, trophæa. 53. deſcriptas, fictas. 54. deſcriptas in ſuis libris.

55. per

55. cogitatione hominum excellentium conformabam.

---

55. per ipſám meditationem de factis egregiis tot fortiſſimorum. 56 inſtituebam, imitari ſtudebam.

CAPUT. VII.

QVæret quiſpiam, quid? illi ipſi ſummi viri, quorum virtutes 1. litteris proditæ ſunt 2. iſtane doctrina, quam tu laudibus efferS, eruditi fuerunt? difficile eſt hoc de omnibus confirmare 3. ſed tamen eſt certum 4. quid reſpondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu 5. prope divino, per ſe ipſos 6. & moderatos 7. & graves 8. exſtitiſſe 9. fateor: etiã illud adiungo 10. ſæpius 11. laudem atque virtutẽ naturã 12. ſine doctrina, quã ſine natura valuiſſe doctrinã. Atque idẽ ego contendo 13. cum ád naturã eximiam atque illuſtrẽ acceſſerit ratio 14. quædã conformatioque doctrinæ, tum 15. illud, neſcio quid, præclarum ac ſigulare ſolere exiſtere. Ex hoc eſſe hunc numero, quem patres noſtri vide-

1. Res fortiter geſtæ. 2. Scriptoribus Græcis Latinisque deſcriptæ ſunt affirmare. 4. habeo, ſcio. 5. diſpoſitione, ratione. 6. nemine ipſos inſtruẽte & informante. 7. temperantes. 8. virtuti deditos. 9. fuiſſe. 10. adhuc dicam. 11. ad acquirendam laudem &c. 12. plus, valuiſſe ſine doctrina &. 13., aſſevero, affirmo. 14. conveniens diſpoſitio, ordo, certitudo 15. exinde.

runt, divinum 16. hominem Africanum, ex hoc 17 C. Lælium, L. Furium, moderatissimos homines & continentissimos, ex hoc fortissimum virũ, & illis temporibus doctissimũ, M. Catonẽ illũ senẽ: qui profecto, si mihi ad percipiendã colẽdãque 18. virtutem litteris 19 adiuvarẽtur 20. nunquã se ád earũ studiũ contulissent, Quod si 21. non hic tantus fructus 22 ostenderetur, & si ex his studiis delectatio sola peteretur 23. tamẽ, ut opinor, hanc animi remissionẽ 24. humanissimã 25. ac liberalissimã 26. iudicaretis. Nam ceteræ 27. neque tẽporũ sunt 28. neque ætatũ omniũ, neque locorũ: hæc studia adolescentiã alunt 29. senectutẽ oblectãt, secundas res 30. ornant, adversis 31. perfugiũ ac solatiũ præbent, delectant domi, non impediunt foris 32. pernoctant nobiscũ, peregrinãtur, rusticantur 33. Quid si ipsi hæc 34. neque attingere, neque sensu nostro gustare 35. possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremur.

CAPUT

16. diis similem propter virtutes. 17. numero. 18 acquirendam exercendamque. 19. per studia. 20. adiuti fuissent. 21. quod si vero etiam. 22. utilitas. 23 quæreretur 25. homini maxime convenientem. 26. honestissimam, dignissimam. 27. remissiones, delectationes. 28. neque temporibus omnibus conveniunt. 29 sustentant; acuunt, acumen iudicii efficiunt, & mentem expoliunt veluti ad cotem. 30. fortunam. 31. rebus in malis. 32. in regionibus peregrinis. 33. nobiscum sunt studia, quando ruri agimus. 34. studia. 35. percipere addiscere.

Certe

CAPUT VIII.

QVis noſtrum 1. tam animo agreſti ac duro fuit, qui Roſcii morte nuper non cōmoveretur? qui cum 2. eſſet ſenex mortuus, tamen propter excellentem artem 3. ac venuſtatem 4. videbátur omnino mori non debuiſſe. Ergo ille corporis motu tantum amorem ſibi conciliarat a nobis 5. omnibus: nos animorū incredibiles motus 6. celeritatemque ingeniorū negligemus 7? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (utar enim veſtra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis,) quoties ego hunc vidi, cum literam ſcripſiſſet nullam, magnum numerū optimorum verſuum de his ipſis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore 8. quoties revocatum 9. eandem rem dicere commutatis verbis 10. atque ſententiis? quæ vero accurate, cogitateque 11. ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari 12. ut ad veterum ſcriptorum laudem pervenirent 13. Hunc 14 nō ego diligam? non admirer?

1. Certe ex nobis. 2. etſi. 3. comicam. 4. elegantiam actionis ac pronunciationis in ſcena, & apparatum Comicum. 5. apud nos omnes. 6. quales in eruditis & præſertim Poëtis eſſe ſolent. 7. contemnemus. 8. ex memoria, abſque ulla prævia meditatione, ex ingenio, ſtante pede. 9. quoties vidi, Archiam, cum iterum eſſet rogatus, eandem rem &c. 10. ita ut nihil ante meditatus fuerit aut ſcripſerit. 11. de quo fuerat aliquādiu meditatus. 12. laudari ab omnibus. 14. ut parem laudem ac veterum ſcripta promererētur. 14. tā excellentem Virum.

non omni ratione 15 defendendū putem? Atque sic a summis hominibus, eruditissimisque accepimus 16. cæterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constare 17. pöëtam natura ipsa valere 18. & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodā spiritu inflari. Quare suo iure ille Ennius 19. factos 20. apellat pöëtas, quod quasi deorū aliquo dono 21. atque munere cōmēdati nobis 22. esse videantur. Sic igitur, iudices, sanctū apud vos humanissimos homines hoc pöëtæ nomen, quod nulla unquā barbaria violavit. Saxa & solitudines voci respondent 32. bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur 24. atque consistūt: nos 25 instituti rebus optimis non pœtarum voce moveamur?

15. modo. 16. audivi, didici. 17. consistere, addisci oportere. 18. pöëtam autem debere natum esse ad pöësin. 19. antiquus Pöëta. 20. ab iniuriis hominū munitos ac liberos. 21. per donum. 22. cæteris hominibus. 23. repercutiunt vocem, reddunt Eccho mitigantur. 25. & nos, qui instituti sumus artibus liberalibus.

CAPUT. IX.

HOmerū Colophonii 1. civem esse dicūt suū 2. Chii suū vindicant, Salamini repetunt 3. Smyrnæi vero suum esse confirmant: itaque etiā delubrū 4 eius in oppido dedicaverūt; permulti alii præterea pugnāt 5 inter se atque non. ten-

1. Incolæ oppidi Colophonis. 2 dicunt, in sua insula natum esse Homerum. 3 postulant ab iis civitatibus, Homerum suæ civitati restitui. 4. templum ei extruxerunt tanquam Deo. 5. de patria Homeri. 6. ri-

tendũt 6. Ergo illi 7. alienum 8. quia 9. póëta fuit, poſt mortem etiam expetunt, nos hunc vivum, qui & voluntate 10. & legibus noſter eſt, repudiamus? præſertim, cum omne olim ſtudium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandã. Nam & Cimbricas res adoleſcens attigit 11. & ipſi illi C. Mario qui durior 12. ad hæc ſtudia videbatur, iucundus fuit 13. Neque enim quiſquã eſt tã adverſus 14. a Muſis, qui non 15. mandari verſibus æternum ſuorum laborum facile præconium patiatur, Themiſtoclem illum ſummum Athenis virum dixiſſe aiunt, cũ ex eo quæreretur, quod acroama 16. aut cuius vocem libentiſſime audiret: Eius 17 a quo ſua virtus 18. optime prædicaretur. Itaque ille Marius item 19. eximie L. Plotium dilexit, cuius 20. ingenio putabat 21. ea, quæ geſſerat, poſſe celebrari. Mithridaticum ve-

6. rixantur. 7. illæ civitates. 8. non in omnibus oppidis non potuit eſſe natus. 9. ſolum hoc nomine, ſolum ideo &c. 10. vult eſſe civis noſter. 11. carmine deſcripſit. 12. qui Póëſim parum amabat, ſed negligebat, qui ſtudiis liberalibus non erat imbutus. 13. Marius libenter cum illo eſt converſatus. 14. inimicus, infenſus Muſis. 15. qui non facile patiatur & permittat libenter ut laudes rerum a ſe geſtarum ad poſteritatem perferantur per Carmina Póëtarum. 16. dictum, narrationem feſtivam. 17. reſpondit Themiſtocles, ſe eius vocem libentiſſime audire. 18. ſuæ res geſtæ. 19. pariter, eodem modo. 20. Plotii 21. Marius. 22 quod

ro bellum magnum atque difficile, & in multa varietate terra marique versatum 22. totum ab hoc 23. expressum est 24. qui libri non modo L. Lucullum, fortissimũ & clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant 25. Populus enim Romanus aperuit 26. Lucullo imperante, Pontum 27. & regis quondam opibus, & ipsa natura regionis vallatum 28: populi Romani exercitus eodẽ 29. duce, non maxima manu 30. innumerabiles Armeniorũ copias fudit 31. populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorũ eiusdem 32. consilio ex omni impetu regio 33. ac totius belli ore 34 ac faucibus ereptã esse atque seruatam: nostra 35. semper feretur 36. & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa 37. hostiũ classis & 38. incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: nostra sunt trophæa 39. nostra monumenta 40. nostri triumphi. Quare quorum ingeniis hæc ferun-tur

22. quod varie gestum est,| modo feliciter, modo infeliciter. 23. Archia. 24. carmine descriptum. 25. æternum & immortale efficiunt. 26. intravit cum exercitu. 27. regnum Mithridatis. 28. circumdatum, munitum. 29. Lucullo. 30. parvo cum exercitu. 31. profligavit, vicit. 32. Luculli. 33. regis Mithridatis. 34. rictu, periculo. 35. lætus. 36. celebrabitur. 37. victa, demersa. 38. & habita est. 39. nos vicimus hostem. 40. nos exstruximus arcus triumphales & templa, in perpetuam huius victoriæ memoriam.

41. illi

tur 41. ab iis populi Romani fama celebratur. Carus fuit 52. Africano superiori noster Ennius; Itaque etiã in sepulchro scipionum putatur is esse constitutus 43. e marmore. At iis 44. laudibus certe non solũ nisi, qui laudãtur, sed etiã populi Romani nomen ornatur. In cælũ huius 45. proavus Cato tollitur magnus honos populi Romani rebus adjungitur. 46. omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii nõ sine cõmuni omniũ nostrũ laude decorantur 47. Ergo illũ, cui hæc fecerat 48. Rudiũ 49. hominẽ maiores nostri in civitatem 50. receperunt: nos hunc 51 Heracleẽsẽ, multis civitatibus expetitum 52. in hac 53 autem legibus constitutum 54. de nostra civitate 55. eiiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructum putet ex Græcis versibus percipi 56. quam ex Latinis, vehementer errat

41. illi eruditi, a quibus hæc omnia describuntur, celebrant nomen populi Romani. 42. Scipio maior amavit nostrum Ennium. 43. itaque vulgaris opinio est, Ennii statuam marmoream positam fuisse in sepulcro Scipionum. 44. per tales laudes. 45. designatus hoc loco & indigitatur a Cicerone aliquis ex præsentibus tum vel Iudicibus vel auditoribus, qui proavum habuit Catonem. 46. additur. 49. Ennium in opido Calabriæ Rudia natum. 50. civem fecerunt. 51. Archiam. 52. quem multæ civitates inter cives suos ultro receperunt, magno id sibi honori ducentes. 53. urbe Roma. 54. qui factus est civis per leges nostras. 55. iure civitatis. 56. minorem gloriam acquiri.

errat: propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina 57. suis finibus, exiguis sane, continentur.

57. latina vero] lingva nullibi est in usu, quam in Italia.

CAPUT. X.

QVare si res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur 1. cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare 2. quod 3. cum 4. ipsis populis de quorum rebus scribitur, hæc ampla 5. sunt; tũ 6. iis 7. certe, qui de vita gloriæ causa dimicant, hoc maximũ & periculorum 8. incitamentum est, & laborũ. Quã multos, scriptores rerũ suarũ magnus ille Alexander secũ habuisse dicitur? Atque is tamẽ, cũ in Sigæo 9. ad Achillis tumulũ adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens 10. qui tuæ virtutis 11. Homerum præconem invene-

1. Tam late patent quam orbis terræ. 2. ut eadem loca gloria & fama nostra perveniat & penetret, ad quæ loca manuum nostrarum tela & arma pervenerunt. 3. quoniam. 4. tam 5. honorifica. 6. quam. 7. Romanis. 8. incitat hæc publica laus, ut alii etiam pericula & labores subeant, dum sciunt, se quoque olim laudatum iri apud posteros. 9. Troiæ promontorio. 10. Achilles. 11. fortitudinis.

12. &

veneris! & vere 12. Nã nisi ilias 13. Illa exstitisset idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiám obruisset 14. Quid 15. noster hic. Magnus 16. qui cum virtute fortunam adæquavit 17. nonne Theophanẽ Mitylenæũ scriptorem rerum suarum, in concione 18. militũ civitate donavit, & nostri illi fortes viri, & rustici 19. & milites, dulcedine quadã gloriæ cõmoti, quasi 20. participes eiusdẽ laudis, magno illud 21 clamore approbaverũt? Itaque, credo 22. si civis Romanus Archias legibus nõ esset 23. ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere 24. nõ potuit. Sylla cũ Hispanos & Gallos donaret 25. credo hunc 26. petentẽ repudiasset: quem 27. nos 28. in concione 29. vidi.

12. Alexander ita recte convenienterque. 13. Liber Homeri de bello Troiano. 14. ita ut altum de eius rebus gestis nunc silentium foret. 15. quid dicam? 16. Cn. Pompeius Magnus, qui potestatem donandi bene meritos iure civitatis a populo Romano accipiebat, cum in Hispaniam proficisceretur. 17. qui & felix fuit, & virtute præditus. 18. in præsentia, conventu. 19. inculti, invenusti, inelegantes. 20. tanquam ipsi etiam partem huius laudis caperent. 21. quod Theophanes civitate donabatur a Pompeio. 22. ironia. 23. nisi iam Archias esset civis Romanus per leges factus. 24. eo redigere vix unquam potuisset, ut ab aliquo &c. 25. civitate. 26. Archiam. 27. Syllam. 28. ego Cicero. 29 congregatione populi.

vidimus, cum ei bellũ malus 30. póëta de populo 31 subiecisset 32 quod 33. epigrãma in eũ 34. fecisset tãtũmodo alternis versibus longiusculis 35. statim ex iis rebus 36. quas tunc vẽdebat 37 iubere 38. ei 39. præmiũ tribui sub ea cõditione, ne quid postea scriberet. Qui 40. sedulitatẽ mali póëtæ duxerit aliquo tamẽ præmio dignã, huius 41 ingeniũ, & virtutẽ 42 in scribẽdo & copiã nõ expetisset? Quid 43? a Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset 44? qui præsertim usque 45. eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiã Cordubæ 46 natis póëtis, pingve quiddã sonantibus atque peregrinũ, tamẽ aures suas dederet 47.

30. infelix, miser. 31. vulgaris, plebeius. 32. obtulisset. 33. quoniam. 34. in laudem eius, Sullæ. 35. quales sunt versus Elegiaci. 36. ex bonis proscriptorum civium. 37. Sulla dictator & victor in bello civilli. 38 quem nos vidimus iubere. 39. Póëtæ malo 40. an vero putatis, quod is, qui. 41. Archiæ. 42. præstantiam, elegantiam 43. quid porro dicam? 44. ius civitatis. 45. usque adeo, vehementer. 46. Hispaniæ oppido. 47. ut etiam libenter audiret Póëtas Cordubenses, quamvis illorum versus pingves, rudes, impoliti & delicatis Romanorum auribus adversi essent.

CAPUT. XI.

NEque enim est hoc dissimulandũ 1. quod obscurari 2 non potest, sed præ nobis ferendũ, 3 trahi

1. Tacendum. 2. silentio involvi, negari. 3. palam fatendum. 4 omnes

trahimur ōnes laudis studio 4 & optimus quisque 5. maxime gloria ducitur 6. illi ipsi philosophi, etiā in illis libellis, quos de cōtemnenda gloria scribunt, nomē suū inscribūt: in eo ipso 7. in quo prædicationem nobilitatemque 8 despiciunt, prædicari de se 9. ac nominari volunt. Decimus quidē Brutus, summus ille vir & imperator Attii amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus 10 exornavit suorum. Iam vero ille, qui cum Aetolis, Ennio comite 11. bellavit Fulvius, non dubitavit 12 Martis manubias 13 Musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores 14. prope 15. armati poëtarum nomen, & Musarum delubra 16. coluerunt 17. in ea 18. non debent togati 19. iudices a Musarum honore, & a poëtarū salute 20. abhorrere. Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo 21. & de meo quodam amore gloriæ nimis acri 22. fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos 23. in consulatu nostro 24.

4. omnes cupimus laudari. 5. quilibet cum animum probum habet. 6. delectatur honore, appetit gloriam. 7. & hac ipsa in re. 8. laudem & gloriam. 9. de se dici cum laude apud alios. 10. vias, portas. 11. dum Ennius ipsum comitatus est ad illud bellum. 12. 13. prædam ex bello reportatam. 14. duces exercituum Romanorum. 15. ut ita loquar. 16. templa 17. amarunt, honorarunt. 18. urbe. 19. toga induti, quæ erat signum pacis. 20. procuranda. 21. in exemplum proponam. 22. vehementi, magno. 23. ego Cicero. 24. cum Consul essem.

vobiſcum 25. ſimul pro ſalute hujus urbis atque imperii, & pro vita civiũ, proque univerſa republica geſſimus, attigit hic 26. verſibus 27. atque inchoavit. Quibus 28. auditis, quod 29. mihi magna res & iucũda viſa eſt nũc ad perficiẽdũ 30. hortatus sũ. Nullã enim virtus aliã mercedẽ laborũ periculorumque deſiderat 31 præter hanc 32. laudis & gloriæ: qua quidem detracta 33. iudices, quid eſt 34. quod in hoc tã exiguo vitæ curriculo 35. & tã brevi, tãtis nos iã laboribus exerceamus? certe ſi nihil animus præſentiret in poſterũ 36. & ſi 37 quibus regionibus 38. vitæ ſpatium circumſcriptũ eſt, eiſdẽ 39. omnes cogitationes terminaret ſuas, nec tãtis ſe laboribus frangeret, neque 40. tot curis, vigiliiſque angeretur, neque toties de vita 41. ipſe dimicaret. Nunc 42. inſidet 43. quædam in optimo quoque virtus 44. quæ noctes &

25. una cum vobis iudicibus. 26. Archias. 27. deſcribere ſibi propoſuit. 28. atque cum ego hos illius verſus audiſſem. 29. quoniam. 30. totum opus & carmen. 31 poſtulat. 32. mercedem. 33. quæ laus & gloria ſi nobis eripitur. 34. quid opus eſt, quæ cauſa eſt. 35. ſpatio, curſu. 36. ſi animus de futura gloria apud poſteros nihil ſentiret. 37. et ſi animus intra illos terminos, quibus vitæ ſpatium circumſcriptum ac definitum eſt, ſuas cogitationes finiret. *id eſt:* Si animus noſter ſimul cum corporis vita periret. 38. terminis finibus. 39. terminis, finibus. 40. profecto, nec animus noſter tantos labores in ſe ſuſciperet. 41. pro vita. 42. iam vero. 43. radices egit, penitus inſedit. 44. æternitatis cupido.

45 per

& dies animū gloriæ ſtimulis 45. concitat, atque admonet, nō cū vitæ tēpore eſſe 46 dimittendā commemorationē nominis noſtri, ſed cū omni poſteritate adæquandam 47.

45. per ſtimulos gloriæ concitat, tanquam equum 46. ex animo noſtro. 47. ſed quod illa nominis noſtri commemoratio debeat eſſe perpetua apud poſteros, & ea, quæ nos recte geſſimus, cum ipſorum recte geſtis comparari.

CAPUT XII.

AN vero tam parvi 1. animi videamur eſſe omnes, qui in republica atque in his vitæ periculis laboribusque verſamur, ut cū uſque ad extremū ſpatiū 2. nullum tranquillum atque otioſum ſpiritū 3. duxerimus 4. nobiſcū ſimul moritura 5. omnia arbitremur? An cum ſtatuas & imagines, non animorum ſimulacra, ſed corporum 6. ſtudioſe 7. multi ſummi homines reliquerunt; conſiliorum 8. relinquere ac virtutū noſtrarum effigiē nonne multo malle debemus, ſummis ingeniis expreſſam & politam? Ego vero omnia, quæ gerebam 9. iam tum

1. Abiecti, vilis, levis, humilis animi. 2. terminum, halitum vitæ. 3. aërem. 4. cum ſemper in negotio & periculis, nunquam autem in otio fuerimus. 5. interitura. 6. quæ ſtatuæ repræſentant non figuras animorum ſed corporum. 7. magno cum ſtudio ac magna cum ſolertia. 8. anne nos multo potius debemus velle relinquere effigiem conſiliorum ac virtutum noſtrarum, quam viri eruditi ac Poëtæ exprimere, repræſentare, expolire ſtudent? 9. in Conſulatu meo.

tũ in gerendo 10. ſpargere 11. me, ac diſſeminare arbitrabor in orbis terræ memoriã ſempiternã. Hæc 12. vero ſive a meo ſenſu poſt mortẽ abſutura eſt 13. ſive ut ſapientiſſimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit: nunc quidem certe cogitatione quadam ſpeque 14, delector. Quare, conſervate, iudices, hominem 15. pudore eo 16. quũ amicorũ ſtudiis 17. videtis comprobari 18. tum dignitate, tũ etiã venuſtate 19. ingenio 20. autẽ tãto, quantum id convenit 21. exiſtimari, quod ſummorũ hominum ingeniis 22. expetitum eſſe videatis: cauſa vero eiuſmodi 23. quæ beneficio 24. legis, auctoritate municipii 25. teſtimonio Luculli, Metelli tabulis 26. comprobetur. Quæ 27. cum ita ſint, petimus a vobis, iudices, ſi qua non modo humana, verũ etiam divina 28. in tantis negotiis commendatio debet eſſe 29. ut eũ, qui vos, qui veſtros impe-
rato

10. iam ipſo eo tempore & actu, quo hæc gerebam 11. notã facere, indicare, tradere. 12. memoria ſempiterna. 13. ſive autem anima mea interibit cum corpore, & ego adeo non ſentiam hanc memoriam poſteritatis, ſive ea pars animæ meæ eſt, quemadmodum philoſophi ſtatuerunt, animas hominum eſſe divinas. 14. immortalitate, quam ego ſpero. 15. Archiam. 16. qui tantam habet modeſtiam. 17. deſiderio. 18. laudari. 19. qui etiam dignus veſtro favore eſt, & elegans Poëta. 20. qui tanto ingenio præditus eſt. 21. decet, par eſt. 22. quod a ſummis & eruditiſſimis Viris, qui Capite 3. ſupra laudantur, fuit amarum. 23. cuius cauſa ita comparata eſt, ut. 24. auctoritate, permiſſu, vigore. 25. liberæ Civitatis. 26. Actis. 27. aliqua. 28. dii enim amant Poëtas. 29. valere, habere pondus.

ratores, qui populi Romani res gestas sẽper ornavit 30. qui etiã his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis æternũ se testimoniũ laudũ daturũ esse profitetur 31. quique 32 est eo numero, qui sẽper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti; sic 33. in vestrã accipiatis fidem 34. ut humanitate vestra levatus potius, quam acerbitate 35. violatus esse videatur. Qua de causa 36. pro mea consvetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse 37. omnibus: quæ nõ fori 38. neque iudiciali consuetudine & hominis ingenio, & cõmuniter 39. de ipsius studio locutus sũ, ea, iudices, a vobis spero esse in bonã partem accepta: ab eo 40. qui iudicium exercet, certe scio. 41.

30. laudavit. 31. qui promittit, se describere velle laudes vestras in iis periculis, quæ sub meo Consulatu, turbante rempublicam Catilina, evasimus. 32. & qui est in numero Poëtarum. 33. si hunc Archiam. 34. ius civitatis, tutelam. 35. severitate, injustitia, rigore. 36. hac Archiæ. 37. laudari & approbari ab omnibus. 38. pro consvetudine fori & curiæ. 39. quasi per locum communem. 40. prætore, qui nunc præest huic iudicio. 41. certe scio, ea in bonam partem accepta esse.

SENTENTIÆ.

AB optimarum artium studiis & disciplinis nullo ætatis tempore abhorrescendum.

Omnium studiorum fructum prope suo iure repetere potest, qui ad suscipiendum & ad ingrediendum rationem eorum princeps fuit. Et a quo accepimus,

quo

quo cæteris opitulari & alios ſervare poſſemus, huic profecto ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutem ferre debemus.

Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinēt, habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.

Pulchrum eſt, cum famam ingenii expectatio, & expectationem adventus admiratioque ſuperat.

Doctos literatoſque non ſolum colunt, qui aliquid percipere atque audire ſtudent; verum etiam ſi qui forte ſimulant.

Delectari oportet iis, qui ſuppeditant nobis, ut animus ex forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures convitio defeſſæ conquieſcant.

Patrono cauſarum ſive Oratori ſuppetere non poteſt, quod quotidie dicat in tanta varietate rerum, niſi animum doctrina excolat; nec ferre poſſet tantam contentionem; niſi cum doctrina relaxet.

Illos pudeat, qui ſe ita litteris abdiderunt, ut nihil poſſint ex iis, neque ad communem afferre fructum, neque in aſpectum lucemque proferre.

Quis enim reprehendat, aut quis ei iure ſuccenſeat, qui tantum cæteris ad res ſuas obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi conceditur temporis, tantum doctrinæ ſibi ad litterarum ſtudia recolenda ſumpſerit?

Nihil eſt in vita magnopere expetendum, niſi laus & honeſtas, in ea autem perſequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii parvi ducenda ſunt.

Ani-

Animum & mentem ipſa cogitatione hominum excellentium oportet confirmare.

Sæpius ad laudem atque virtutem natura ſine doctrina, quam ſine natura valuit doctrina.

Cum ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioque doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere.

Si viri præſtantiſſimi nihil ad percipiendam tollendamque virtutem litteris adiuvarentur, nunquam ſe ad earum ſtudium contuliſſent.

Studia litterarum adoleſcentiam acuunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perfugium ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur,

Cæterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis & arte conſtant; Pöeta natura ipſa valet & mentis viribus excitatur, & quaſi divino quodam ſpiritu afflatur.

Nemo eſt tam averſus a Muſis, qui non mandari verſibus æternum ſuorum laborum facile præconium patiatur.

Capere debemus, quò manuum noſtrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare: iis certe, qui de vita, gloriæ cauſa, dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum eſt & laborum.

Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quæque maxime gloria ducitur.

Ipſi illi Philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, prædicari ſe ac notari volunt.

Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumque deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ.

Si nihil animus præſentiret in poſterum, & ſi, quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas; nec tantis laboribus ſe frangeret, neque tot curis vigiliiſque angeretur, neque toties de vita ipſa dimicaret.

Inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, atque movet: non cum vitæ tempore eſſe dimetiendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam.

Cum ſtatuas atque imagines, non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſi multi ſummi homines reliquerunt, conſiliorum relinquere ac virtutum noſtrarum effigiem nonne multo malle debemus, ſummis ingeniis expreſſam & politam?

ORA-

ORATIO. II.
quæ est pro
M. MARCELLO.

Argumentum Orationis pro M. Marcello.

M. Cl. Marcellus Consul nomine Cæsaris potentiæ restiterat, & de abrogando Cæsaris in Galliis ad quinquennium dato imperio egerat, eoque devenerat acerbitatis, ut Nouocomensem iure Latii (quod est ut Magistratus, quique Magistratum gesserant Nouocomi, ciues Romani ex Cæsaris beneficio haberentur) gaudentem, levi de causa virgis cæsum dimitteret cum contumelia, ut hasce peregrinitatis notas domum referret, Cæsarique plagas ostenderet. Marcellus post aciem Pharsalicam Mitylenas se contulit, illic reliquum vitæ dulci otio quieturus.

Cæsar autem mox post Africam triumphatam dixerat C. Marcello, Marci nostri fratri, ad Cæsaris pedes procumbenti: (nam & is Cæsarem deprimere studuerat, ideoque veniam petere cogebatur) se Marco quoque ad Senatus petitionem ignoscere velle; addita tamen commemoratione offensarum. Dolor exinde Marci animo insidebat, & suspicio de maiori acerbitate. Sed tamē auctoritatē ordinis Senatorii dignitatēque reipublicæ suis doloribꝰ vel suspicionibus maluit anteferre.

Orationis igitur Capita duo sūt: 1. dolor Cæsaris ex acerbitate Marcelli: 2. insidiarū suspicio: Ad 1. gratias agit Cicero, quod Cæs: auctoritatē Senatus & rēpublicā præposuerit suis doloribꝰ. Ad 2. diluit suspicionē de īsidiis.

Status quæstionis (ita ob faciliorē intellectū fingamus) est duplex: 1. Comparativus an Cæsar maior victoriis,

an hac clementia; & hic (quia in laude Cæsaris versatur) Demonstrativum dicendi genus est. 2. deliberat: an adhuc Cæsar insidias timere debeat sibique cavere, & hic deliberativum genus est.

Stylus seu dicendi Character huius Orationis mediocris seu mixtus est ex sublimi & subtili, magis tamen accedit ad sublime.

Habita est hæc Oratio, cum Cæsar ex Africa victor rediret, anno V. C. DCCXII. C. *Iulio Cæsare & M. Aemilio Lepido Coss: cũ Cicero LXI. ãnũ ætatis ageret.*

Eventus fuit hic: Marcellus Romam tendens a P. Magio Chilona familiari suo occisus est, in Cæsarem vero nulla suspicio cædis fuit. Cicero Epist: ad famil. IV. 12, & ad Atticum XIII. 10.

ORATIO. II.
PRO M. MARCELLO.
CAPUT. I.

Diuturni silentii 1. P. C. 2. quo eram his tẽporibus 3. usus, non timore aliquo, sed partim dolore 4. partim verecundia 5, finem hodiernus dies attulit 6. idemque 7. initium quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansvetudinem tam inusitatam, inauditamque clemẽtiã, tanti in

1. intra quod tempus nulla verba feci coram populo 2. Senatores dilecti. 3 belli civilis inter Iulium Cæsarem & Cn. Pompeium. 4. propter tot cives in illo bello occisos. 5. quoniam puduit me, quod arma cepi contra Cæsarem. 6. constructio est: *hodiernus dies finem attulit silentii diuturni, quo eram usus &c.* 7. & hic idem dies attulit initium dicendi ea, quæ, &c. 8. mo.

in summa poteſtate, rerum omniũ modũ 8. tam denique incredibilẽ ſapientiã ac pene divinam, tacitus 9. nullo præterire poſſum. M. enim Marcello vobis. P. C. reique pub: reddito 10. non ſolũ illius, ſed meã etiã vocẽ & auctoritatẽ, & vobis & reip: conſervatã ac reſtitutã puto. Dolebã enim, P. C. & vehemẽter angebar, cũ viderẽ, virũ talem, tum in eadẽ cauſa 11. in qua ego ſum, non in eadem eſſe fortuna 12. nec mihi perſvadere poteram, nec fas eſſe ducebam, verſari 13. me in noſtro veteri curriculo. 14. illo æmulo atque imitatore ſtudiorũ, ac laborũ meorũ, quaſi quodã ſocio, a me, & comite diſtracto 15. Ergo & mihi & meæ priſtinæ vitæ conſvetudinẽ, C. Cæſar, interclusam 16. aperuiſti, & his omnibus ad bene de omni 17. rep. ſperandum, quaſi ſignum 18. aliquod ſuſtuliſti. Intellectũ 19. eſt enim mihi quidem in multis.

8. moderationem Iulii Cæſaris Victoris, 9. ſilentio. 10. poſtquam Marcellus reſtitutus eſt vobis & reipublicæ, atque ex exilio revocatus. 22. a partibus Pompeii ſteterant Marcellus & Cicero. 12. hunc Marcellum aliam experiri fortunam, quam ego expertus ſum dum Cæſar me humaniſſime, excepit, non vero Marcellum 13. eſſe. 14. in ſenatu, in foro, in quo ſolebam olim exerceri dicendo. 15. ſi hic Marcellus a me diutius abeſſet eo diſtraheretur, qui æmulatur atque imitatur ſtudia & labores meos, atque ita velut comes ac ſocius meus eſt. 16. hactenus oppreſſam, intermiſſam. 17. tota 18. vexillum. 19. ego enim intellexi & vidi, te anteferre auctoritatem.

20

tis 20. & maxime in me ipſo ſed paulo ante in omnibus 21. cũ M. Marcellũ ſenatui populoque Romano conceſſiſti 22. cõmemoratis 23. præſertim offenſionib9, te auctoritatẽ huius ordinis 24 dignitatẽque reip: tuis vel doloribus 25 vel ſuſpicionibus 26. anteferre. Ille 27. quidẽ fructũ omni vitæ anteactæ 28. hodierno die maximũ cepit, cũ ſummo conſenſu 29. ſenatus, tũ præterea iudicio tuo graviſſimo & maximo: ex quo profecto intelligis, quanta in dato 30 beneficio ſit laus cum in accepto 31. tanta ſit gloria. Eſt vero fortunatus ille, cuius ex ſalute non minor pene ad omnia, quã ad illũ 32. ventura ſit, lætitia pervenerit. Quod ei quidẽ merito, atque optimo iure contigit, quis enim eſt illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarũ artiũ ſtudio, aut inocẽtia, aut ullo genere laudis præſtãtior 33

20 quibus tu ignoviſti, *C. Cæſar.* 21. fere omnibus. 22. reſtituiſti. 23. poſtquam antea commemoraveras, quam vehementer ab ipſo eſſes offenſus. 24. Senatoris. 25. quoniam tanti viri te offendiſſent. 26. quoniam vereri poteras ne alii hac clementia audaciores redderentur ad inſidias tibi ſtruendas in poſterum. 27. Marcellus. 28. bene actæ. 29. per conſenſum Senatus, qui pro Marcello apud Cæſarem eſt deprecatus. 30. quod tu Cæſar dediſti Marcello. 31. quod Marcellus abs te accepit 32. Marcellum, quando in exilio audiret, te ipſum recepiſſe in gratiam. 33. Marcellus omnes excellit.

CAPUT. II.

NUllius tantũ eſt flumen ingenii 1. nulla dicen-

1. Copia bene cogitandi multa. 2. copia

cēdi, aut ſcribēdi tanta vis 2. tanta copia, quæ non dicā exornare 3. ſed enarrare 4. C. Cæſar, res tuas geſtas poſſit: tamen hoc affirmo, & hoc pace 5. dicā tua, nullā in his 6. eſſe laudē āpliorē 7. quam eam 8. quā hodierno die conſecutus es. Soleo ſæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris uſurpare 9. ſermonibus, omnes 10. noſtrorū imperatorum, omnes exterarum gentium potentiſſimorumque populorū, omnes clariſſimorum 12. magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum 13. nec celeritate conficiendi 14. nec diſſimilitudine 15. bellorum poſſe conferri 16. Nec vero disiunctiſſimas terras citius cuiusquā paſſibus potuiſſe peragrari 17. quam tuis non dicam curſibus, ſed victoriis illuſtratæ ſunt. Quæ 18. quidem ego niſi ita magna eſſe fatear, ut ea vix cuiuſquā mēs, aut cogitatio capere 19. poſſit, amens ſim: ſed tamen

2. copia, facultas. 3. eleganter laudare. 4. ſimplici non ornato ſermone. 5. permiſſu tuo, cum venia tua. 6. rebus geſtis tuis. 7. maiorem, præſtantiorem. 8. laudem clementiæ erga Marcellum. 9. proferre, dicere. 10. res geſtas. 11. rebus geſtis. 12. laborum, operis, conſtantiæ in bello perſequendo. 13. propter varias regiones, in quibus bellum geſſiſti. 14. perducendi bella ad finem. 15. Cæſar enim & bella civilia geſſit & externa. 16. comparari. 17. etiam hoc affirmo, neminem potuiſſe longiſſime diſſitas terras citius paſſibus peragrare, quam tu eas non peragraſti ſolum, ſed etiam occupaſti & viciſti. 18. quas res geſtas. 19. recte ponderare, ut vix quiſquam credere poſſit, tantas res potuiſſe ab uno homine geri.

20. ſuper-

tamen ſunt 20. alia maiora. Nam bellicas laudes 21. ſolẽt quidã extenuare verbis eaſque detrahere ducibus cõmunicare 22 cũ multis 23 ne propriæ ſint 24. imperatorũ. Et certe in armis, militũ virtus 25. locorũ opportunitas, auxilia ſociorũ, claſſes, cõmeatus 26. multum iuvant: maximam vero partem 27. quaſi ſuo iure fortuna ſibi vindicat 28. & quidquid eſt proſpere geſtum, id pene omne ducit ſuum 29. At vero huius gloriæ. C. Cæſar quam es paulo ante adeptus, ſocium habes neminem 30. totum hoc, quantumcunque 31. eſt; quod certe maximum eſt, totum eſt, inquam, tuum 32 Nihil ſibi ex iſta laude centurio 33 nihil præfectus, nihil cohors nihil turma decerpit 34. quin etiam illa ipſa rerum humanarum domina 35. fortuna, in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert 36. tibi cedit, tuam 37. eſſe totã, & propriã fatetur. Nunquam enim temeritas cũ ſapientia cõmiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. 38.

20 ſuperſunt enarranda adhuc alia majora, nempe virtutes tuæ. 21 laudes in bellis acquiſitas. 22 communes facere. 23 militibus, dum ſcilicet imperator ſolus ſine militibus laudem acquirere non poteſt. 24 ne Imperatores ſibi ſolis arrogent omnem laudem bellicam. 25 fortitudo. 26 annona. *Proviant.* 27 laudis. 28 attribuit. 29 ſibi attribuit. 30 ſed vero tu ſolus hanc habes gloriam, quam es paulo ante adeptus, dum M. Marcello ignoviſti. 31 quam magnum etiam. 32 tibi ſoli adſcribendum eſt. 33 qui præeſt equitibus. 34 attribuit, arrogat. 39 gubernatrix. 36 non vult habere partem hujus tuæ gloriæ. 37 hanc gloriam. 38 nec caſui fortuito adſcribi debet illud, quo actum eſt bono & mortuo conſilio.

CAPUT III.

DOmuisti gẽtes immanitate 1. barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas 2 õni copiarũ 3. 3. genere abundãtes: sed tamen ea vicisti, quæ & naturam, & conditionẽ, ut vinci possent, habebant 4. Nulla est enim tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit: verũ animũ vincere 5. iracundiã cohibere, victoriã temperare 6. adversariũ nobilitate, ingenio, virtute præstantem 7. non modo extollere iacentem 8. sed etiã amplificare 9. eius pristinã dignitatẽ, hæc qui faciat, non 10. ego eum cũ summis viris comparo, sed simillimum deo iudico. Itaque, C. Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non solũ nostris 11. sed pene omnium gentium literis atque lingvis: neque ulla unquã ætas 12. de tuis laudibus conticescet 13. Sed tamẽ eiusmodi res 14 nescio quomodo, etiã cũ legũtur, obstrepi clamore militũ videntur, & tubarũ sono 15. Ac vero cũ aliquid clementer, mansvete, iuste, mode-

1. Propter crudelitatem suam. 2. quæ in locis quam plurimis vivunt. 3. militum, fructum, divitiarum. 4. quorũ natura & conditio sive status talis erat, ut vinci potuerint. 5. moderari suos affectus. 6. in victoria continere se ab omni crudelitate. 7. conspicuum, eminentem, excellentem. 8. quando victus est. 9. augere, maiorem facere. 10. non tantum. 11. litteris, scriptis, libris, in. 12. tempus. 13. tacebit. 14. bellicæ. 15. quando de rebus bellicis aut audimus aut legimus, tunc videmur audire strepitus & clamores militum & sonum tubarum.

derate, ſapienter factũ 16. in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio 17. & in victoria, quæ natura 18. inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus: quo ſtudio 19 incendimur 20. non modo in geſtis rebus, ſed etiã in fictis 21. ut eos ſæpe, quos nunquã vidimus, diligamus? Te 22. vero, quẽ præſentẽ intuemur, cuius mẽtẽ 23. ſenſuſque, & eos cernimus, ut 24. quidquid belli fortuna reliquum reip. fecerit, id eſſe ſalvũ velis, quibus laudibus efferemus? quibus ſtudiis 25. proſequemur? qua benevolẽtia cõplectemur? Parietes, medius fidius 26. C. Cæſar, ut mihi videtur, huius curiæ, tibi gratias agere geſtiunt 27. quod 28. brevi tempore futura ſit 29. illa auctoritas in his maiorum ſuorum, & ſuis ſedibus 30.

16. eſſe aut legimus aut audimus. dum ſcilicet homo iracundus certum conſilium capere non poteſt, ſed omnia temere agit. 18. in ſua natura. 19. quanto amore. 20. permovemur. 21. rebus, in fabulis, in quibus tantum res fictæ non veræ enarrantur. 22. Cæſar. 23. facilem, liberalem, clementem. 24. quam vehementer velis, ut id, quod ex calamitatibus belli reliquum adhuc eſt, in republica conſervetur. 25. quanto amore. 26. profecto, certe. 27. volũt, cupiũt. 28. ideo, quod. 29. reditura ſit. 30. in Senatu.

CAPUT. IV.

Equidẽ cum C. Marcelli, viri optimi & commemorabili 1. pietate præditi lacrymas modo 2. vobiſcũ viderẽ, omniũ Marcellorum meum pectus

1. Singulari. 2. paulo ante. 3. pe-

pectus memoria effodit 3. quibus tu 4. etiam mortuis, M. Marcello conservato dignitatē suā reddidisti, nobilissimamque familiam, iam ad paucos 5. redactam, pene ab interitu vindicásti 6. Hunc tu igitur diem 7. tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus 8. iure antepones. Hæc enim res 9. unius est propria 10. Cæsaris: cæteræ duce te 11. gestæ, magnæ illæ quidē, sed tamē multo magnoque comitatu 12. Huius autē rei tu idem 13. es & dux, monumētisque 15. tuis allatura sit finē ætas 16. nihil enim est opere 17. aut manu factū 18 quod aliquādo nō cōficiat 19 & cōsumat vetustas 20. At vero hæc tua iustitia, & lenitas 21. animi florescet 22 quotidie magis, ita, ut, quātū operibus tuis 23. diuturnitas detrahet 24 tantū adferat

25. lau-

3. pectus meum quasi telo effossum fuit, cum de Marcellis omnibus, tantis viris cogitarem. 4. Cæsar. 5. in qua familia iam pauci adhuc supersunt. 4. 6. liberasti eripuisti. 7. in quo servasti & restituisti M. Marcellum. 8. illis diebus omnibus, in quibus tibi gratulatus est publice populus Romanus de rebus præclare gestis. 9. Clementia Marcello ostensa. 10 tibi soli debetur & adscribenda est. 11. sub ductu tuo. 12. tu autem illas res non solus gessisti, sed in comitatu multorum militum. 13. solus. 14. res, clementia. 15. ædificiis, quæ exstructa fuerunt ad æternam memoriam rerum abs te gestarum. tempus. 13. labore hominum. 18. extructum. 19. excedat, consumat. corrumpat. 20. longū Clementia. 22. perpetuam gloriam habebit. 23. monumentis. & trophœis tuis. 24. ex illis consumet.

35. ad

25 laudibus 26. Et cæteros 27. quidē omnes victores bellorū 28. civilium, iam ante æquitate, & misericordia viceras, hodierno vero die te ipsū 29. vicisti. Vereor, ut hoc, quod dicam, nō perinde 30. intelligi 31. auditu possit, atque 32 ego ipse cogitans sentio 33. Ipsam victoriam vicisse videris cum ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti 34. Nam cum ipsius victoriæ 35. conditione iure omnes victi occidissemus 36. clementiæ tuæ iudicio 37 conservati sumus. Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriæ cōditio 38. usque devicta est.

---

25. adponat, 26. tuis 27. Marium, Syllam, Cincinnā, Octavium 28. in bellis civilibus. 29. ea omnia, quæ hactenus fecisti. 30. ita accurate 21. percipi ab omnibus. 32. quam. 33. in animo. 34. quando pœnam & mortem, quam victi debuissent pati, ipsis pro tua clementia remisisti. 35. uti solet in victoria fieri. 36. occidere & perire debuissemus. 37. instincta, voluntate. 38. ratio, consvetudo.

CAPUT. V.

ATque hoc C. Cæsaris iudiciū 1. P. C. quā late pateat 2. attendite 3. Omnes enim, qui ad illa arma fato 4. sumus, nescio quo, reipubl: misero 5. funestoque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani 6 a scelere certe liberati-

1. Clementia. 2. in quam multos illa extendatur & derivetur. 3. observare. 4. ex voluntate & permissu deorum. 5. quod fatum, miseriam & calamitatem attulit reipubl: Romanæ. 6. si aliquam culpam habemus in hoc errore, (si quidem homines facile possunt errare,) quod putavimus

rati sumus 7. Nã cũ 8. M. Marcellũ deprecãtibus vobis 9. reipublicæ conservavit: memet 10 mihi 11. & itẽ 12. reipublicæ nullo deprecante, reliquos ãplissimos viros, & sibi ipsis 13. & patriæ reddidit: quorũ, & frequentiã, & dignitatẽ hoc ipso in consessu 14. videtis: non ille hostes induxit in curiã, sed iudicavit 15. a plerisque ignoratione 16. potius, & falso atque inani metu, quã 17. cupiditate aut crudelitate 18 civile bellũ esse susceptũ 19. Quo quidẽ in bello semper de pace agendũ audiendumque esse putavi, semperque dolui, non modo pacem, sed orationem 20 etiam civium pacẽ efflagitantiũ, repudiari 21. Neque enim ego illa, nec ulla unquã secutus sũ arma civilia. sẽperque mea consilia, pacis & togæ socia, non bella atque armorum fuerunt 22. Hominẽ 23 sũ secutus 24 privato officio 25 non publico 26. tantumque apud

tavimus, Cæsarem velle evertere rempublicam. 7 certum tamen est, quod nullum scelus commiserimus. 8 cum C. Cæsare. 9 Senatoribus, dum vos pro ipso estis precati. 10 Ciceronem. 11. me restituit in pristinam dignitatem. 12. perinde etiam. 13. pristinæ ipsorum dignitati & honori. 14. in hac curia. 15. putavit, arbitratus est prudenter. 16 ex ignorantia. 17. quam ex. 18. scelere 19. cœptum, gestum. 20. preces. 21. reiici, contemni. 22. & ego semper me associavi illis, qui pacem svaserunt, non vero his, qui ad bellum. 24. ab eius partibus steti, & ideo ego ab amicis eius recedere nolui. 26. non auctoritate publica, aut eo tempore, quo ego officium in republica sustinui.

27. ergo

apud me grati 27. animi fidelis 28. memoria valuit,ut nulla nõ modo cupiditate 29. sed ne spe 30. quidẽ,prudẽs & sciens, tanquã ad interitũ ruerẽ voluntariũ. Quod quidem meum consilium 31 minime obscurum 32 fuit. Nã in hoc ordine 33 integra re 34 multa de pace dixi, & in ipso bello eadem 35 etiam cum capitis 36. mei periculo sensi. Ex quo 37 nemo erit tã iniustus rerũ 38 æstimator, qui dubitet, quæ Cæsaris voluntas 39 de bello fuerit, cum 40. pacis auctores 41 conservandos statim censuerit, cæteris 42 fuerit iratior. Atque id minus mirũ fortasse tũ 43 cũ esset incertus exitus 44 & anceps 45 fortuna belli. Qui vero victor, pacis auctores diligit, is profecto declarat, se maluisse non dimicare 46 quam vincere.

sustinui. 27. erga Pompeium. 28. constans ex nulla. 29. avaritia, scelere, desiderio novas res moliendi. 30. ex spe aliqua ditescendi aut potentiam meam augendi. 31. animus, intentio, voluntas. 32. omnibus notum. 33. Senatu 34. cum nondum deventum esset ad arma, cum bellum civile nondum conflatum esset. 35. eadem pacis consilia habui & pacem svasi. 36. vitae. 37. ex qua causa. 38. hactenus gestarum in bello civili. 39. qui scopus Cæsaris fuerit hoc toto bello. 40. dum. 41. svasores. 42. qui ad arma animos concitarunt & pacem non svaserunt. 43. illo tempore. 44. eventus belli. 45. dubia, incerta, cum nesciremus quanam pars victoriam esset reportatura. 46. bellum civile gerere & cum civibus pugnare.

CAPUT. VI.

ATqe huius quidem rei M. Marcello sum te-

tis 1. Nostri enim sēsus 2, ut in pace semper, sic um 3 etiam in bello congruebant. Quoties ego ū 4, & quanto cum dolore vidi, cū 5 insolen- iam certorum hominum 6, tum 7 etiam ipsius ictoriæ 8 ferocitatem 9 extimescentem? Quo o. gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui lla 11 vidimus, debet esse. Non enim jam cau- æ 12 sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Vidimus, tuam victoriam prœliorum exitu ter- ninatam 13: gladium vagina vacuum in urbe 14 non vidimus, quos amisimus cives, eos Mar- tis 15 vis perculit 16 non ira 17 victoriæ: ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri pos- set, C. Cæsar ab inferis 18 excitaret 19, quoni- am ex eadem acie 20 conservat, quos potest 21. Alterius vero partis, nihil amplius di- cam, quam id, quod omnes verebamur, ni- mis iracundam futuram fuisse victoriam 22. Quidam 23 enim non modo armatis,

sed

1. Atque ego testor iam, quod eandem M. Marcellus habuerit sententiam, quam ego. 2. sententiæ, voluntates. 3. illo tempore. 4. extimescentem. 5. tam. 6. qui erant à partibus Pompeij. 7. quam. 8. si tam impetrasset Pompeius. 9. crudelitatem. 10. eo. 11. hanc differentiam inter tuam & Pompeij victoriam. 12. causæ belli civilis. 13 finitam. 14. Roma. 15. belli. 16. occidit. 17. crudelitas. 18. è mortuis, è terra. 19. resuscitaret, excitaturus esset. 20. post aciem. 21. omnes istos, quos servare potest. 22. constructio est: Nihil amplius dico, quam id, quod omnes verebamur, victoriam alterius partis (nempe Pompeianæ) futurā fuisse nimis iracundam sive crudelē. 23 Pōpeiani;

24 his;

sed interdum etiam otiosis 24 minabantur: nec, quid quisque sensisset 25. sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant: ut mihi quidē videantur dii immortales etiā si poenas a populo Romano ob aliquod delictū expetiverint 26 qui 27 civile bellum tantum, & tam luctuosum excitaverunt vel placari iam, vel etiam satiati 28 aliquando 29 omnem spem salutis ad clementiam victoris & sapientiā contulisse 30. Quare gaude tuo isto 31. tam excellenti bono 32: & fruere 33. cū fortuna & gloria, tum etiam natura, & moribus tuis: ex quo quidem maximus est fructus 34. iucunditasque sapienti 35. Cætera cum tua 36 recordabere, etsi 37. persæpe virtuti tamen plerumque felicitati tuæ congratulabere. De nobis, quos in republica tecum simul sal vos esse 38. voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate...

24 his, qui in otio vivebant, neutri parti adhærentes. 25 & qui dicebant, non id respiciendum esse, quam hic vel iste sententiam de bello aut de pace habuisset, sed id, cui parti adhæsisset, an Pompeio an Cæsari. 26. punire voluerint populum Romanum. 27. dum, quoniam. 28 sangvine effuso. 29 tandem. 30 dii immortales mihi videntur id velle ut nos victi omnem spem salutis & sapientiam à Cæsare victore petamus. 31 propter istud. 32 clementiæ. 33. solus percipe fructus gloriæ & fortunæ clementiæq;, ut natura & mores tui svadent. 34 voluntas. 35 sapiens percipit, in sapientem promanat. 36 res à te gestas. 37. et congratulabere. 38. conservare.

39 sed

ßeralitate, toties de ſingulari ſapientia tua ꝛogitabis: quæ non modo ſumma bona, ſed ꝛimirum audebo vel ſola dicere 39. Tantus eſt ꝛnim ſplendor 40. in laude vera, tanta 41 in magnitudine animi & conſilii dignitas, ut hæc 42. a virtute donata 43. cætera 44. a fortuna ꝛommodata eſſe videantur. Noli igitur in con-ſervandis bonis viris defatigari 45. non cu-piditate præſertim, aut pravitate aliqua lapſis 46. ſed opinione 47. officii, ſtulta 48 fortaſſe, ꝛerte non improba, & ſpecie 49. quadam rei-publicæ. Non enim tua ulla culpa eſt, ſi te ali-qui timuerunt. contraque minime timendum fuiſſe ſenſerunt.

39 ſed audebo etiam id dicere, hæc bona ſola mereri no-mē bonorū. 40 honor. 41 dignitas & gloria. 42 magnitu-do āimi & clemētia. 43 bona ōnia. 44 hōibus. 45 velis igitur plures viros bonos in poſterū cōſervare. 46 qui lapſi ſunt, erraverunt. 47 dū crediderunt, ſe obligari ad Pōpei-um ſequēdū. 48 incōſiderata opiniōe. 49 cū perſvaderētur ſpecioſè, Pōpeiū intēdere libertates reip: & defēſionē le-gū. 50 nō tu in cauſa es, quod aliqui te timuerūt: ſed ſum-mā laudē ideo mereris, quod pleriq; putarūt, te nō eſſe ti-mēdum, cùm perpetuâ clemētiâ ōnibus cōſtaret.

CAPUT. VII.

NUnc vero venio ad graviſſimā 1. querelā, & atrociſſimam ſuſpicionem tuā: quæ non ꝛibi ipſi magis, quam cum omnibus civibus, tum maxime nobis, qui a te conſervati ſumus, provi-

1. Singularem

2. Qua

dēda eſt 2. quā 3. etſi ſpero eſſe ſaltē, nunquā ta
men verbis extenuabo. Tua enim cautio 4. no
ſtra cautio eſt: ut, ſi in alterutro 5. peccand
6. ſit, malim videri nimis timidus, quam pa
rum prudens 7. Sed quisnam eſt iſte tam de
mens 8. de tuisne 9? tametſi qui 10 magis ſun
tui, quam quibus tu ſalutem inſperantibus 11
reddidiſti? an ex eo numero, qui una tecu
fuerunt 13. non eſt credibilis tantus in ullo fu
ror 14. ut, quo duce 15. omnia ſumma 16. ſi
adeptus, huius vitam non anteponat ſuæ. A
ſi tui 17. nihil cogitant ſceleris 18. cavendu
eſt, ne quid 19. inimici. Qui 20? omne
enim, qui fuerunt 21. aut ſua 22. pertina
cia vitam amiſerunt, aut tua 23. miſericordi
retinuerunt: ut aut 24. nulli ſuperſint d
inimicis, aut qui ſuperfuerunt amiciſſim
25. ſint

2 à qua ſuſpicione nō tā tu cavere debes, quā nos ipsi, ō
ōnes cives. 3 ſuſpicionē. 4 providētia. 5 timore vel ſecu
ritatate. 6 excedēdū. 7 providus, cautus. 8 qui audeat tib
inſidiari. 9 anne verò eſt unus ex tuis? 10 quinā magis tib
adhærēt, quā illi, quib9. 11 cùm de ſalute ſua iā deſperarē
12 an eſt ille ex eodē nūero. 13 dimicarūt, partib9 tuis ſte
terūt, cōtra Pōpeiū. 10 nō eſt credibile, tantū furorē, au
daciā & demētiā fore in ullo homine. 15 ſub cujus ductu
16 ſūma beneficia, victoriā. 17 qui tibi adhærēt. 18 d
nullis inſidiis vitæ tuæ. 19 nè inimici cogitēt aliquid ſce
leris & tibi inſidiētur. 20 qui nā verò ſint illi inimici tu
21 tui inimici. 22 per ſuā. 23 per tuam. 24 aut illi, qui e
inimicis adhuc forte ſuperfuerunt.

25. ma-

25 sint. Sed tamen, cum 26. in animis homi-
num tantæ latebræ 27. sint, & tanti 28. reces-
us 29. augeamus sane suspicionē tuam: simul
nim augebimus & diligentiam 30. Nam quis
st omnium tam ignarus rerum 31. tam rudis
2 in republica tam nihil unquam nec de sua
3. nec de communi salute cogitans, qui non
ntelligat tua salute contineri suam 34? & ex
nius tua vita pendere omniū 35 Equidē de te
ies noctesque, ut debeo, cogitans, casus dūta-
at humanos, & incertos eventus valetudinis 36
& naturæ cōmunis fragilitatē extimesco: doleo-
que, cū respublica immortalis esse debeat, eā 37
n unius mortalis anima consistere. Si vero ad
umanos casus, incertosque motus valetudinis,
celeris etiam 39. accedat, insidiarumque con-
ensio: quem deum, etiam si cupiat 40. opitula-
i posse reipublicæ credamus,

25 maximè amici nūc tibi sint. 26 quoniā. 27 cogitati-
nes obscuræ & secretæ. 28 tā oculti. 29 viæ. 30 cautiōē.
1 hactēus gestorū. 32 imperitus. 33 salute. 34 quod ex
ua, Cæsar, salute ipsius quoq; salus pēderit. 35 vitā. 36 sa-
itatis, quæ variis ēsib9 obnoxia est. 37 temp: 38 hōinis, qē
nori oportet. 39 adhuc etiā. 40 etiāsi aliquis deus vel maxi-
nè cupiat opitulari reip. 41 auxilium ferre.

CAPUT. VIII.

OMnia sūt excitanda 1 tibi, C. Cæsar, uni, quæ
iacere sētis, belli ipso impetu 2 quod necesse

1 Tu excitare, exigere, & in meliū rē ordinē redigere de-
bes ōnia ea, quæ perculsa ac prostrata vides jacere humi. 2
per impetum.

fuit 3. perculsa, atque prostrata: constituend
4 iudicia, revocanda fides 5. comprimendæ li
libidines 6. propaganda soboles 7. omnia
quæ dilapsa iam fluxerunt 8. severis legibus
vincienda 9. sunt. Non fuit recusandum 10
in tanto civili bello, tantoque animorum ar
dore & armorum, quin quassata 11. respu
blica, quicunuqe belli eventus fuisset 12
multa perderet & ornamenta dignitatis, & præ
sidia stabilitatis, suæ 13. multaque 14. uter
que dux 15. faceret armatus, quæ idem 16
togatus 17. fieri prohibuisset. Que quiden
nunc tibi 18. omnia belli vulnera curand
sunt: quibus 19. præter te, mederi nemo po
test. Itaque illam tuam præclarissimam & sa
pientissimam vocem 20. invitus 21. audivi
SATIS TE DIU VEL NATURÆ
22. VIXISSE, VEL GLORIÆ
Satis 23. si ita vis 24. naturæ fortasse: add
etiam,

3 quod aliter fieri aut esse nõ potuit. 4 sunt. 5 inter cre
ditores & debitores. 6 scortatiões vagæ. 7 ita ut cogantu
juvenes cœlibes cõtrahere matrimõia. 8 corruerũt. 9 rursu
cõjũgẽda, cõstituẽda sũt. 10 nõ potest aliter fieri. 11 labe
factata, cõcussa, debilitata. 12 quocũq; tãdẽ modo bellũ e
vẽisset. 13 multa, ex quib9 resp: haberet alias ornamẽtũ &
præsidiũ, nè posset corruere. 14 & quin multa. 15 Põpeiu
ac Cæsar. 16 dux uterq;. 17 si bellũ nõ gessissẽt, sed tran
quille vixissẽt in rep: 18 tu, Cæsar, curare debes hæc õni
vulnera belli. 16 vulnerib9. 20 oratiõẽ, sermõẽ. 21 cõtr
volũtatẽ meã. 22 quoad naturæ cursũ; jam tũ ẽim Cæsa
expleverat annũ 54. 23 vixisse. 24 quõiã ita tibi placet.

25 pace

ẻtiam ſi placet 25. gloriæ 26: at quod maxi-
num eſt, patriæ certe parum 27. Quare omitte
8. quæſo, iſtam doctorum hominum 29 in con-
emnenda morte prudentiam: noli 30. noſtro
ericulo ſapiens eſſe. Sæpe enim venit ad au-
es meas 31. te idem iſtud nimis crebro dice-
e, SATIS TE TIbi VIXISSE, Credo: ſed cum
d audirem 32. ſi tibi 33. ſoli viveres, aut ſi
ibi etiam ſoli 34. natus eſſes. Nunc cum
mnium ſalutem civium, cunctamque rem-
ubl: res tuæ geſtæ complexæ ſint 35. tantum
6. abes a perfectione maximorum operum 37
t fundamenta, quæ cogitas, nondum iece-
is. Hic tu modum tuæ vitæ, non ſalute
eipublicæ, ſed æquitate animi definies 38?
uid 39. ſi iſtud ne gloriæ quidem tuæ ſa-
is eſt? cuius 40. te eſſe avidiſſimum, quam-
is ſapiens, non negabis. Parumne? 41. igi-
ur inquies, (gloriam magnam) relinquemus?

 Imo

25 pace tua, permiſſu tuo. 26 vixiſti. 26 nimis breviter
xiſti. 28 ſepõe paulisper. 29 philoſophorũ. 30 noli ad-
ſcere hãc ſapiẽtiã de morte cotẽnẽda, qoniã ingẽs ex mor.
tua in rẽp: periculũ erit. 31 ego audio, mihi narratur.
z libẽter. 33 naturæ & gloriæ tuæ. 34 pro te ſolo. 35 jam
ero per res à te geſtas ſalutẽ civiũ quæris & certũ ordinẽ
rep: 36 tã lõge adhuc. 37 magni hujus operis, quod me-
taris. 38 an tu verò jã modũ vis põere & ſtatuere vitæ
æ, nõ juxta ſalutẽ reip: ſed ſolũ juxta volũtatẽ eſt trãquil-
tatẽ animi tui? 39 quid reſpõdebis, ſi dicã iſtud mortis de
deriũn õdũ eſſe ſatis ad gloriã tuã perficiẽdã. 40 gloriæ-
ı gloriæ.

42 reli-

Imo vero 42. aliis, quāvis multis, satis: tibi uni parum 43. quidquid enim est, quamvis amplum 44. sit, id certe parum est tum, cum est aliquid amplius 45. Quod si 46. rerum tuarum immortalium 47 C. Cæsar, hic exitus futurus fuit 48. ut, devictis adversariis, rempublicam in eo statu relinqueres in quo nunc est: vide, quæso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura, quam gloriæ 49. siquidem 50. gloria est illustris ac pervagata 52. & magnorum vel in 53 suos cives, vel patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.

42 relinquis satis gloriæ. 43 gloriæ relinquis. 44 magnū, excellēs. 45 majus, excellētius. 46 si verò. 47 quæ externā laudē merētur. 48 hic finis esse debuit. 49 ipse, quæso, expēde, ānon hōines magis admiraturi sint tuā divinam virtutē, quā tuā gloriā; 50 quādoquidē, nam. 51 ubiq; nota & celebris. 52 meritorū & beneficiorū. 53 erga.

CAPUT. IX.

HÆc igitur tibi reliqua pars est 1. hic restat actus 2. in hoc elaborandum est, ut rempublicam constituas 3. æque ta imprimis composita 4. summa tranquilitate & otio perfruare: tum 5. te si voles, cum & patriæ, quod debes, solveris 6. & naturam ipsam expleveris satietate vivendi 7. satis diu vixisse dicito. Quid

1 Est adhuc perficiēda. 2 ultimus tāquā in cōedia. 3 in bonū ordinē redigas. 4 & postquā cōposueris remp. 5 tūc si hoc feceris. 6 præstiteris. 7 & quādo satis vixeris naturæ 8. diu

Quid eſt enim omnium hoc ipſum diu 8. in quo eſt aliquid extremum 9. quod 10. cum 11. venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo 12. eſt, quia poſtea nulla 13. futura ſit? quanquam iſte tuus animus nunquam his 14. anguſtiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, ſemperque immortalitatis amore flagravit. Nec vero hæc tua vita ducenda 15. eſt quæ corpore & ſpiritu continetur 16. illa, inquam, illa vita eſt tua, Cæſar, quæ videbit 17. memoria ſæculorum omnium: quam 18. poſteritas alet 19. quam ipſa æternitas ſemper tuebitur 20. Huic 21. tu inſervias, huic te oſtentes, oportet: quæ quidem, quæ miretur, iampridem multa habet 22. nunc etiam 23. quæ laudet, expectat. Obſtupeſcent poſteri certe imperia 24. provincias 25. Rhenum 26. Oceanum 27. Nilum 28. pugnas innumerabiles, incredibiles victo-

8 diuturnitas. 9 ultimū. 10 extrēū. 11 quādo. 12 nihil. 13 voluptas. 14 hoc brevi ſpatio & tēpore. 15 putāda, nō verò putare debes, hāc eſſe viam tuā. 16 quæ tādiu durat, quādiu anima vel ſpiritus in corpore eſt. 17 florebit, permanebit in memoria. 18 vitā ſeu perpetuā tui memoriam. 19 cōſervare ſtudebit. 20 cōſervabit. 21 vitæ & immortalitati oportet ut tu ſtudeas & magnitudinē āimi tui oſtētes, tū eā deſideras. 22 equidē hæc poſteritas habet jam multas res quas in te poſſit mirari. 23 etiā ea quæ poſteritas poſſit laudare. 24 magiſtratus ſummos, quos geſſit. 25 abs te victas. 26 quē tu primus pōte jūxiſti. 27 quē ſæpius cū claſſe occupaſti. 28 Ægyptū, ubi Ptolomæū ſuperaſti.

29. po-

victorias, monumenta, munera 29. triumphos audientes & legentes tuos. 30. Sed, nisi hæc urbs 31. stabilita tuis consiliis & institutis erit 32. vagabitur modo 33 nomen tuũ longe atque late: sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit 34. magna dissensio 35. cum 36. alii laudibus ad cœlum res tuas gestas efferent: alii fortasse aliquid requirent 37. idque 38, vel maximũ, nisi belli civilis incendiũ salute 39. patriæ restinxeris: ut illud fati fuisse videatur, hoc consilii 40. Servi 41. igitur iis etiam iudicibus, qui multis post sæculis de te iudicabunt: & quidem haud scio, an 42. incorruptius 43, quam nos. 44. Nam 45. & sine amore & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine invidia iudicabũt Id autem etiam si tunc 46. ad te, ut quidam falso putant, non perti-

29 populo data dona, nẽpe cõgiaria, epulas, visceratiões, ludos scẽicos & theatrales, gladiatores, naumachiã &c. 30 posteri, qui audiẽt & legẽt tuos triũphos, imperia &c. 31 Roma. 32 cõfirmabitur, in bonũ ordinẽ redigetur. 33 tãtũmodo. 34 talis dissẽsio. 35 posteri in diversas ibũt sententias de te. 36. quãdo, dũ. 37 adhuc desiderabũt in rebus tuis gestis. 38 & hoc maximũ & præcipuũ erit, quod posteri in te requirẽt. 39 per salutẽ & restitutionẽ. 40 ut videri possit, bellũ civile fuisse à fato seu volũtate deorũ excitatũ, sed restitutionẽ patriæ attribuẽdã esse prudẽtiæ tuorum cõsiliorũ. 41 servire, attendere debes & vereri illos judices actionũ tuarũ. 42 ãne judicaturi sint de rebus tuis. 43 majori cũ libertate & sinceritate. 44 judicamus. 45 nã posteri. 46 olim.

47 etiam

pertinebit 41. nunc certe pertinet 48. esse te talem, ut tuas laudes obscuratura 49. nulla unquam sit oblivio.

47. etiamsi quidam falso putant, te non debere curare. quid olim posteri iudicaturi sint de te. 48. tamen profecto nunc curare debes. obscurare possit.

CAPUT. X.

DIversæ voluntates 1. civium fuerunt, distractæqve 2. sententiæ. Non enim consiliis solum, & studiis 3. sed armis etiam, & castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quædam 4. erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant 5. quid optimum esset: multi 6. quod sibi expediret 7. multi, quid deceret: nonnulli etiam, quid liceret 8. Perfuncta res publica est 9. hoc misero fatalique 10. bello: vicit is 11. qui non fortuna 12. inflammaret odium suum, sed bonitate 13. leniret, nec qui 14. omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exilio, aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita 25. ab aliis erepta sunt. Ingratus est, iniustusque civis, qui armorum 16. periculo liberatus, animum tamen retinet armatum

1 Sentētiæ. 2 discordes, variæ. 3 volūtatibus. 4 obscurum & incertū erat, quænā pars sequēda esset, nū Pompeij, an Cæsaris. 5 ignorabāt. 6 ignorabāt. 7 utile esset. 8 iustū & fas esset. 9 pertulit, superavit. 10 quod fata excitaverunt. 11 Cæsar. 12 cū fortunā haberet favētē. 13 Clemētis. 14 & qui nō. 15 sponte deposita sunt victo Pompeio. 16 belli civilis.

matum 17. ut 18. etiam ille sit melior, qui 19. in acie cecidit, qui in causa 20. animam profudit 21. quæ enim 22. pertinacia quibusdam 23 eadem aliis constantia videri potest. Sed iam 24. omnis fracta 25. dissensio est armis 26 & extincta æquitate 27. victoris, restat 28. ut omnes unum velint 29. qui modo habent aliquid non solum sapientiæ, sed etiam sanitatis 30. Nisi te, C. Cæsar, salvo 31. & in ista sententia 32. qua cum 33. antea, tum 34. hodie vel maxime usus es 35. manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc 36. salva esse volumus, & hortamur, & obsecramus, ut vitæ, ut saluti tuæ consulas 37. omnesque tibi, ut pro aliis etiam loquar, quod de me ipse sentio, quoniam subesse 38. aliquid 39. putas, quod cavendum sit, non modo excubias & custodias 40. sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. 41.

CAP-

17 belli cupidū. 18 adeo, ut. 19 & qui in causa. 20 factione, Pōpeij partes defēdēs perijt. 21 cecidit. 22 id enim quod. 23 videri potest. 24 postquam tu Cæsar vicisti. 25 superata, victa, remota. 26 per arma. 27 per æquitatē & clemētiā. 28 jā id unicū adhuc superest. 29 ut ōnes unū sentiāt & vivāt cōcordes. 30 sanæ rationis ac mētis. 31 nisi tu vivis. 32 & nisi tu manes in ea sentētia. 33 tā. 34 quam. 35 ostēdisti, dū Marcello clemēter ignovisti. 36 hāc remp. 37 respicias, nè in periculū te cōjicias. 38 adesse, latere. 39 aliquod periculū. 40. custodes corporis tui. 41 sed pollicemur etiā, quod velimus corpori tuo opponere & illud stipare corporib9 lateribus nostris, ut tu nisi per latera nostra, tangi non possis.

CAPUT

CAPUT. XI.

SEd unde 1. est orsa 2. in eodem terminetur 3 oratio; maximas tibi omnes gratias agimus 4. C. Cæsar: maiores 5. etiam habemus 6. nam omnes idem sentiunt 7. quod ex omnibus precibus & lacrymis sentire potuisti. Sed quia non est stantibus 8. omnibus necesse dicere: a me certe dici volunt 9. cui 10. necesse est 11. quodammodo, & quod 12. volunt, & quod decet, & quod M. Marcello a te huic ordini populoque Romano & Reipublicæ reddito, fieri intelligo 13. Nam lætari omnes, non ut de unius solum, sed ut de communi omnium salute, sentio: quod 15. autem summæ benevolentiæ est, quæ mea erga ullum omnibus semper nota fuit, ut vix 16. C. Marcello, optimo & amantissimo fratri, præter eum quidem, cederem nemini, cum 17. id solicitudine, cura, labore tamdiu præstiterim 18. quamdiu est de illius salute

1 in eo argumẽto, in ea materia. 2 in qua cœpit Oratio mea. 3 jã finiri debet. 4 verbis. 5 gratias. 6 in animo. 7 eãdẽ habẽt sentẽtiã & volũtatẽ. 8 quia nõ necesse est, ut õnes illi Senatores, qui hic stant, verba faciãt. 9 illi itaq; jã volũt ut ego verba faciã nomine omniũ. 10 mihi. 11 dicere. 12 quoniã. 13 quoniã video, me posse hac oratione mea prodesse M. Marcello, quia te redditus nũc Senatui & populo Romão. 14 tãquã ob. 15 illud verò quod pertinet & spectat ad benevolẽtiã meã erga Marcellũ, debeo ipsi hoc tẽpore præstare &c. 16 ut vix in Marcello amãdo credere fratri ejus. 17 potissimũ, cum. 18 eam benevolentiam ipsi demonstraverim.

ſalute dubitatum: certe hoc tempore, magnis curis moleſtiis, doloribus 19. liberatus, præſtare debeo. Itaque, C. Cæſar, ſic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus a te non conſervato ſolum, ſed etiam ornato 20. tamen ad tua innumerabilia in me unum merita 21. quod fieri iam poſſe non arbitrabar 22. maximus hoc tuo facto 23. cumulus 24. acceſſerit.

19 quos pro ejus ſalute impetrãda ſuſcepi. 20 poſtquam ego õnibus in rebus nõ ſolũ ſum cõſervatus à te, ſed etiã ornatus magnis honoribꝰ. 21 beneficia. 22 quod jã fore non crediddiſſẽ. 23 hac tua tu Marcellũ clemẽtia. 24 beneficium.

SENTENTIÆ.

Modus in ſumma poteſtate rerum omnium laudandus eſt.

Qui in eadem cauſa fuerunt, par eſt eos in eadem eſſe fortuna.

Reipublicæ dignitatem privatis vel doloribus vel ſuſpicionibus anteferre oportet.

Magna in dato beneficio laus eſt, cum in accepto magna eſt gloria.

Eſt vere fortunatus ille, cuius ex ſalute non minor pene ad omnes, quam ad illum ventura ſit, lætitia pervenerit.

Humanarum rerum domina eſt fortuna

Fortuna in gloriæ clementia partæ. ſocietatem ſe non offert.

Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec in conſilium caſus admittitur.

Iracudia eſt inimica conſilio.

Vi.

Victoria natura inſolens & ſuperba.

Frequenter evenit, ut eos, quos nunquam vidimus, diligamus.

Nihil eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conſumat vetuſtas.

Laus iuſtitiæ & clementiæ floreſcit quotidie magis ac magis.

Nonnunquam qui culpa tenentur erroris humani, tamen a ſcelere liberantur.

Valere debet apud nos grati animi fidelis memoria.

Dubitari non poteſt, quæ fuerit eius voluntas de bello, qui pacis auctores conſervandos putat cœteris eſt iratior,

Incertus eſt exitus & fortuna belli.

Plerumque præſtat non dimicare, quam vincere.

Ex moribus maximus eſt fructus, iucunditasque ſapientiæ,

Tantus eſt ſplendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & conſilii dignitas, ut vel hæc a virtute donata, cætera a fortuna commodata eſſe videntur.

Non oportet in conſervandis viris bonis defatigari.

In bellis civilibus non ſemper culpa ducis eſt, ſi eum aliqui timent; contraque ſumma laus, quod plerique minime timendum putant.

Principum cautio ſubditorum cautio eſt.

Præſtat videri nimis timidum, quam parum prudentem.

Non eſt credibilis tantus in ullo furor, ut quo duce omnia ſit adeptus, huius vitam nan anteponat ſuæ.

In animis hominum magnæ latebræ sunt, & magni recessus

Qui auget suspicionem insidiarum; auget & diligentiam.

Nonnunquam unius principis vita totius reipublicæ salus continetur.

Incerti sunt eventus valetudinis.

Dolendum est, rempublicam, quæ immortalis esse debet, in unius mortalis anima consistere.

Ad ordinandam rempubl: constituenda iudicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles, omnia, quæ dilapsa iam fluxerunt, severis legibus vincienda.

In civili bello multa dux facit armatus, quæ togatus facere prohiberet.

Nos debemus alieno periculo esse sapientes.

Non nobis solis vivimus.

Multum abest a perfectione summorum operum, qui fundamenta, quæ cogitat, nondum iecerit.

Gloria, quæ aliis quamvis multis satis est, uni forti & generoso viro parum est.

Quidquid est, quamvis amplum sit, id certe parum est, cum est aliquid amplius.

Gloria est illustris & pervagata multorum & magnorum, vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.

Qui & patriæ, quod debet, solverit, & naturam ipsam expleverit satietate vivendi, dicere potest, satis diu vixisse.

Nihil est diu, in quo est aliquid extremum: quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est, quia postea nulla futura sit.

Magnas

Magnas angustias natura vobis ad videndum dedit.

Immortalitatis amore flagrandum.

Non est vita dicenda quæ Corpore & spiritu continetur.

Serviendum etiam iis iudicibus, qui multis post sæculis de nobis iudicabunt.

Posteri de nobis & sine amore & sine cupiditate, & rursus sine odio & invidia iudicabunt.

Etsi posterum iudicium ad nos nihil pertineret, nunc certe pertinet nos esse tales, ut nostras laudes obscuratura nulla unquam sit oblivio.

Non fortuna inflammandum odium, sed bonitate leniendum.

Ingratus est iniustusque civis, qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum.

Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest

Concordiam amant, qui habent aliquid non solum sapientiæ sed etiam sanitatis.

ORATIO. III.
quæ est
PRO Q. LIGARIO.
Argumentum Orationis pro Ligario.

EX hac Oratione constat, quod Tubero, vel Pansa Pater eius, Ligarium vehementer accusarit, tanquam Africam tenuerit contra Cæsarem, eamque Pompeianis Regique Iubæ servarit, Tuberone, à Senatu eo misso, excluso. Cicero negat quidem Ligarium illa culpa teneri, aut saltim minus quam ipse Tubero. quippe qui Africam mox traditurus fuisset Pompeianis, quandoquidem a Varo, Africam tenente, terra prohibitus querelas suas detulit ad Cn. Pompeium. Sed submissione & deprecatione solitæ Cæsaris clementia magis nititur orator.

Status sunt duo: Defensio & Deprecatio.

Partes Qvatuor: Exordium, Narratio, Contentio, Peroratio.

Stylus dicendi hic mediocris, acutus & subtilis.

Habita Oratio Cæsare ex Africa victore redeunte, A. V. C. 707. Iulio Cæsare III. M. Æmilio Coss. cum Cicero annum ætatis LXI. ageret.

Genus est iudiciale, quatenus accusatur & defenditur Ligarius.

Eventus fuit talis, ut Cæsar permotus hac oratione ad Clementiam absolverit crimine Ligarium.

ORA-

ORATIO III.

PRO Q. LIGARIO AD C. CÆSAREM.

CAPUT I.

NOvum 1. crimen 2. Cæsar, & ante hunc diem inauditum, propinquus 3 meus ad te Q. Tubero detulit 4. Q. Ligarium in Africa uisse: idque C. Pansa, præstanti vir ingenio, retus fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecū . ausus est confiteri 6. Itaque, quo me vertã escio. Paratus 7. enim veneram, cū tu 8. id 9. eque per te 10. scires; neque audire aliunde otuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri alutē abuterer 11. sed quoniã diligentia inimici nvestigatū 12. est, quo latebat 13. cōfitēdū est, t opinor: præsertim cum meus necessarius, C. ansa, fecerit, ut id iam integrū non esset 14. missaque 15. controversia, omnis oratio ad misericordiam tuam 16. conferenda 17. est, qua 8. plurimi sunt conservati, cū a te non liberationem

1 Hactenus inauditū, insolitū. 2 delictū, peccatū. 3 conatus vel vicinus. 4 indicavit. 5 quā ipse tecū habet. 6 cōrmare. 7 instructus. 8 Cæsar. 9 quod Ligarius fuerit in frica. 10 ex te ipso hoc scire nō potuisti, nisi ab alijs esset latū. 11 ut tibi persvaderē, Ligariū nō fuisse in Africa, uōiã tu rem totã ignorabas; ut hac ratione homo miser cōrvaretur. 12 detectū. 13 quod nemo alias sciebat. 14 ut nō liceat ãplius negare factū Ligarij. 15 jãq; ego omittã nnem litem de facto Ligarij. 16. Cæsar. 17. conferenda est. 18 misericordia 19. tua. delicti, crimi-

nis 20

tionem culpæ 19. ſed errati 20. veni in impe-
travissent. Habes igitur, Tubero, quod accuſa-
tori maxime optandum, confitentem reum 21
ſed tamen ita confitentem, ſe in ea parte 22
fuiſſe, qua 23. te, Tubero, qua virum omni lau-
de dignum, patrem tuum Itaque prius de veſtr[o]
delicto confiteamini neceſſe eſt, quam Ligari[i]
ullam culpam reprehendatis. Q. enim Ligarius
cum eſſet adhuc nulla beli 24. ſuſpicio, lega-
tus 25. in Africam cum C. Conſidio profectu[s]
eſt: qua in legatione 26. & Civibus 27. & ſo-
ciis ita ſe probavit 28. ut decedens Con[ſi]diu[s]
provincia, ſatisfacere hominibus 29. non poſſet
ſi quemquam alium 30. provinciæ præfeciſſe
31. Itaque Q. Ligarius, cum diu recuſans ni-
hil profeciſſet, provinciam 32. accepit invitu[s]
33. cui ſic præfuit in pace, ut & civibus, &
ſociis gratiſſima eſſet ejus integritas 34. & fide
35. Bellum ſubito exarſit 36. quod 37. qui 38
erant in Africa ante 39. audierunt geri, quam
parati. Quo audito 40. partim cupiditate in-
con-

nis. 20 lapſus, erroris humani. 21 reum & peccatorem
qui culpam ſuam ſpōte confitetur. 22 Pompeij. 23 in
qua parte ego ſcio fuiſſe te, & patrem tuū. 24 civilis inte[r]
Cæſarem & Pōpeiū. 25 ſocius Procōſulis vel aſſecla, eju[s]
Vicarius, Lieutenant. 26 officij legati. 27 negotiatoribu[s]
Romanis, qui in Provincia legati. 28 ita bene ſe geſſi apu[d]
ipſos. 29 civium deſiderio. 30 quū quidem Ligariū. 31 fru-
ſtra preces ſuas impenderet. 32 ejus adminiſtrationem. 3[3]
illubenter, cōtra volūtatem ſuam. 34 morū æquabilitas, c[on]-
tinentia. 35 honeſtas, conſtantia in promiſſis.

considerata, partim cœco quodam timore, primo salutis, post etiam studii 41. sui, quærebant aliquem ducem? cum Ligarius domum spectans 42. & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est 43. Interim P. Accius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam 44 venit: ad eum statim concursū 45. est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium 46. si 47. illud imperium esse potuit, quod ad privatum 48. clamore multitudinis 49. imperitæ, nullo publico consilio deferebatur 50. Itaque Ligarius, qui omne tale 51. negotium cuperet effugere 52. paulum adventu Vari conquievit 53.

36 cœpit. 37 bellū civile Cæsaris. 38 illi qui. primus, citius. 40 cum de hoc bello passim jā rumor esset. 41 favoris erga Pōpeiū. 42 redire cupiens Romā ex provincia. 43 nō potuit persvaderi, ut aut Pōpeij aut Cæsaris partes teneret. 44 quæ erat primaria Africæ minoris urbs, post Carthaginem expugnatā. 45 incolæ cōcurrerūt. 46 in provinciā, cōtra Cæsarem. 47 si modo, si alias. 48 ad hōinem privatū, qui nulla auctoritate publica ad id erat instructus. 49 plebis 50 tradebatur. 51 tam periculosum. 52 vitare. 53 abstinuit à gubernatione provinciæ.

CAPUT. II.

ADhuc 1. C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpa vacat 2. Domo est egressus 3. non modo nullam ad bellum, sed ne ad minimam quidem

1 Huc dum usque. 2. liber est. 3. ex Roma est profectus Legatus Considii.

ſuſpicionem belli: legatus 4. in pace profe-fectus, in provincia pacatiſſima ita ſe geſſit, ut ei pacem eſſe expediret 5. Profectio 6. certe animum tuum non debet offendere. Num 7. igitur remanſio? multo minus. Nam profectio voluntatem 8. habuit non turpem: remanſio etiā 9. neceſſitatem honeſtam. Ergo hæc duo tempora carent 10. crimine: unum 11. cum 12 eſt, legatus profectus: alterum, cum efflagitatus 13. a provincia præpoſitus Africæ eſt. Tertium eſt tempus, quo poſt adventū Varii Africa reſtitit: quod 14. ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis. An ille 15. ſi potuiſſet illic 16. ullo modo evadere, Uticæ potius, quam Romæ: cum P. Accio 17. quam cum concordiſſimis 18. fratribus: cum alienis 19. eſſe, quam cum ſuis maluiſſet? cum ipſa legatio 20. plena deſiderii ac ſollicitudinis fuiſſet propter incredibilem quendam fratrum amorem: hic 21. æquo 22. animo eſſe potuit, belli diſſidio 23 diſtractus a fratribus? Nullū igitur habes, Cæſar, adhuc in Q. Ligario ſignū alienæ

4 Vicarius. 5 sūme utile eſſet. 6 Ligarij. 7 num verò te offendit remanſio Ligarij in Provincia? 8 intentionem. 9 habuit. 10 libera ſunt ab omni culpa. 11 tempus. 12 quādo Ligarius. 13 multis precibus ſollicitatus & expetitus à civibus. 14 quod tertium tempus. 15. an ille Ligarius maluiſset eſſe potius Vticae quam Romae; 16. ex Africa 17 an ille maluiſſet eſſe cum P. Accio &c. 18. cū fratribus ſuis, cum quibus in ſumma concordia vivit. 19. peregrinis 20. officium legari, vicariatus. 21. noſter Ligarius. 22. læto bonoque. 23. per diſcordiam. 24. odii

alienæ 24. à te voluntatis, cuius 25. ego caussam, animadverte quæso, qua fide defendam, cum prodo meam 26. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis 27. monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit, alium 28. in ea voluntate non fuisse, 29. in qua se ipsum confitetur 30. fuisse: nec tuas tacitas 31. cogitationes extimescit: nec 32. quid tibi de alio audienti 33. de se 34. ipso occurrat 35. reformidat 36.

24 odij erga te. 25 Ligarii. 26 causam: dũ ipse ego spõte Pompeiũ secutus sum, & tamen tu mihi ignovisti, Ligarius autem ex necessitate in provincia remãsit. 27 libris scriptis. 28 hunc Ligariũ. 29 non habuisse talem voluntatem & animum. 30 Cicero ipse confitetur. 31 secretas, ocultas. 32 & non reformidat. 33 qui audis de Ligario nunc dici. 34 Cicerone. 35 in mentem veniat. 36 extimescit.

CAPUT. III.

VIde, quam non 1. reformidem: vide, quanta lux 2. liberalitatis 3. sapientiæ tuæ mihi 4. apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, voce contendam. 5. ut hoc populus R. exaudiat, Suscepto bello 6. Cæsar, gesto 7. etiam ex magna parte, nulla 8. vi coactus, iudicio ac voluntate, 9. ad ea arma profectus sũ, quæ erant sumpta contra te. Apud quẽ igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret,

1 quomodò sinè omni metu nunc verba faciam. 2 cognitio. 3 beneficij. 4 nunc dicenti. 5 clamabo. 6 postquã bellũ jã cœptũ erat. 7 bello. 8 ego nulla. 9 spõte ac cũ cõsilio. 10 etsi

ret 10. tamen me, antequam vidit, reip: reddidit 11. qui ad me ex Ægypto literas misit, ut essem, qui fuissem 12: qui cum ipse imperator in toto imperio populi R. unus esset 13. esse 14. me alterum passus est 15. a quo 16. hoc ipso 17. C. Pansa mihi nuncium perferente, concessus fasces 18. laureatos 19. renui 20. quod 21. tenendos putavi: qui mihi tum 22. denique se salutem putavit dare si eam nullis spoliatam ornamentis 23. dedisset. Vide, quæso, Tubero, ut 24. qui de meo facto non dubitem 25. dicere, de 26. Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de se 27. eadem, 28. dicerem ignoscere 29. cuius ego industriæ, gloriæque faveo 30. vel propter propinquam cognationem,, vel quod eius ingenio, studiisque delector 31. vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum 32. redundare 33. Sed hoc quæro 34. quis putet esse 35. crimen, fuisse in Africa Ligarium? nem-

10 etsi hæc omnia mea facta sciebat. 11 restituit in pristinam dignitatem. 12 ut eosdem honores reciperem, quos olim habuissem. 13 solus. 14 tamen & essem ego & appellarer alter Imperator. 15 concessit, sinit, permisit. 16 Cæsare. 17 dũ hic ipse præsens Pansa nunciũ hũc ad me tulit. 18 insignia consularis officij. 19 triumphales. 20 obtinui. 21 quãdiu. 22 hac ratione. 23 honoribus pristinis. 24 quomodò ego, Ironia. 25 verear. 26 facto. 27 Tuberone. 28 idem factũ narrarem. 29 non irascetur. 30 non invideo, libenter video, Tuberonem & diligentem esse & gloriæ cupidũ. 31 gaudiũ capio. 32 utilitatem, cõmodum. 33 pervenire. 34 interrogo, scire cupio. 35 quod Ligarius fuerit.

nempe is 36, qui & ipse in eadem Africa esse voluit, & prohibitũ se à Ligario queritur, & certe contra ipsũ Cæsarẽ est congressus 37. armatus. Quid enim, Tubero, districtus 38. ille tuus in acie 39. Pharsalica gladius agebat? cuius latus 40. ille mucro petebat 41? qui sensus 42. erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo 43. commoveri 44. videtur adolescens 45. ad me reuertar; iisdem in armis fui 46.

36 putat fuisse crimẽ. 37 pugnavit. 38 nudus, è vagina eductus. 39 in qua victus est Pompeius. 40 nisi Cæsaris? 41 ferire, pugnare, perfodere cupiebat. 42 scopus, intentio. 43 plura fortassis dico, quam nec esse est. 44 contremiscere. 45 Tubero accusator. 46 dum secutus sum Pompeium.

CAPUT. IV.

QVid autem aliud egimus, Tubero, nisi, ut, quid hic 1. potest, nos 2. possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio 3. Atque in hac causa nonnihil 4. equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero 5: quod homo cum ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc causæ quod esset 6. non viderit 7. Nam si

1 Cœsar. 2. qui stetimus a partibus Pompeii. 3. constructio & sensus est: an vero Oratio eorum acuet & instigabit te, Cæsar, ad crudelitatem, quibus clementiam tuam cum summa tua laude demonstrasti? 4 quodammodo. 5. requiro. 6. quale esset, 7. expenderit. 8.

si vidisset 8. quovis 9. profecto, quam illo modo, a te 10. agi maluisset. Arguis 11. fatentem? non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico meliorem, quam, tu: aut ut tu vis, parem 12. Hæc admirabilia sunt, sed prodigio 13. simile est, quod dicam, Non habet eam vim 14. ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur, sed ut necetur. Hoc 15. egit civis Romanus ante te nemo. Externi 16. isti sunt mores: usque ad sangvinem incitari 17. solet odium aut levium 18. Græcorum, aut immanium 19. barbarorum. Nam quid aliud agis? ut Romæ ne sit 20? ut domo careat 21? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Brucco, avunculo 22. suo, ne cum eius filio consobrino 23. suo; ne nobiscum vivat? ne sit in patria? num 24. est? num potest magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur 25. exulat: Non tu ergo hunc 26. patria privare, qua caret, sed vita vis 27. At illud 28. ne apud eum quidem dictatorem. 29. qui

8. expedisset hoc genus causæ. 9. quovis alio modo. 10. Tuberone filio suo. 11. accusas Ligarium, qui tamen fatetur suum crimen. 12. qui pari in culpa tecum est. 13. miraculo, monstro simile, prorsus incredibile. 14. intentionem, voluntatem. 15. tale quid. 16. barbari, non civiles, non Romani. 17. Incendi, instigari. 18. 19. crudelium. 20. an vero hoc agis &, intendis, ut Romæ Ligarius non sit? 21. exul sit. 22. fratre matris. 23. consobrini sunt duarum sororum filii. 24. estne vero Ligarius. iam in patria? 25. non licet ipsi in Italiam venire. 26. Ligarium. 27. intendis, cupis. 28. tam crudelem occasionem.

29. Syl-

gui omnes, quos oderat, morte multabat quis quam egit isto modo. Ipse, 30. iubebat occidi, nullo postulante: præmiis 31. etiam invitabat 32. quæ tamen crudelitas ab hoc eodem 33. aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis 34. vindicata est 35.

29 Syllam summum gubernatorem reip: Romanæ. 30 Sylla, non alius verò ipsi per vadebat ad cædes. 31 proscriptione & venditione bonorum, quæ illis dabantur qui proscriptos & exules interfecerant. 32 adjiciebat ad interficiendum proscriptos. 33 I. Cæsare. 34 cupis. 35 punita, castigata.

CAPUT. V.

EGo vero istud 1. non postulo, inquies 2. Ita me hercule 3. existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem, novi domum, nomenque vestrum: studia 4. denique generis 5. ac familiæ vestræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarũ artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certo scio, vos non petere 6 sangvinem: sed 7 parum attenditis. Res enim eo spectat 8. ut ea 9 pœna, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est 10. igitur alia, præter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? an, ne ignoscatur 11? Hoc vero multo acerbius, 12.

Ut Ligarius occidatur. 2 Tubero. 3 profecto. 4 mores, exempla. 5 gentis, familiæ. 6 postulare. 7 sed vos tractatis rem inconsideratè, & parum prudenter. 8 totus orationis vestræ scopus videtur esse. 9 cum ea pœna exilii. 10 quænam igitur alia pœna superest. 11 an id forte postulatis, ut Cæsar Ligario non ignoscat.

12, multoque eſt durius. Quod 13 nos domi 14. perimus, precibus & lacrymis proſtrat. e pedes 15; non tam noſtræ cauſæ fidentes quam huius 16 humanitati: id ne impetremus, pugnabis 17? & in noſtrum fletũ irrumpes 18? & nos iacentes 19 ad pedes, ſupplicium voce prohibebis 20? Si, cũ 21 hoc domi faceremus, quod & fecimus, & ut ſpero, non fruſtra fecimus, tu de repente 22 irrupiſſes, & clamare cœpiſſes: CÆSAR, CAVE IGNOSCAS 23. CAVE TE FRATRUM PRO FRATRIBUS SALUTE OBSECRANTIUM MISEREATUR 24: nonne omnem humanitatem 25 exuiſſes 26? quanto hoc durius 27. quod nos domi 28 petimus id a te in foro 29. oppugnari 30? & in tali miſeria multorum perfugium miſericordiæ tollere 31? Dicam plane 32. C. Cæſar, quod ſentio Si in hac tanta tua fortuna lenitas 33 tanti non eſſet, quantam tu per te 34, per te, in quam,

12 Crudelius. 13 quam Cæſaris clementiam. 14 Romæ 15 Cæſaris. 16 Cæſaris. 17 tunc pugnabis & operam dabis ut hanc clementiam non impetremus? 18 & importune turbabis nos, dum poſtulamus lacrymis Ligarii ſalutem? 1 qui jacemus, proſtrati ſumus. 20 tu prohibebis nos, nè ſupplices oremus pro Ligario? 21 quando. 22 inopinato, confeſtim, præter opinionem. 23 noli ignoſcere. 24 noli miſericors eſſe erga fratres Ligarii, qui obſecrant pro ſalute fratris ſui. 25 humanos mores. 26 abjeciſſes. 27 crudelius eſt. 28 privatim. 29 publice. 30 prohiberi, impediri. 31 & quod tu tollis perfugium miſericordiæ, quod ſolum tot miſeris reſtat adhuc. 32 apertis verbis. 33 clementia. 3. natura tua.

35 pos-

quam, obtines (35 intelligo 36, quod loquar) acerbiſſimo luctu 37, redundaret iſta victoria. Quam multi enim eſſent de 38 victoribus, qui te crudelem eſſe vellent, cum 39 etiam de victis reperiantur quam multi 40 qui cum a te nemini, ignoſci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipſe ignoviſti, nolint te in alios 42 eſſe miſericordem? quod ſi probare 43 Cæſari poſſemus, in Africa Ligarium omnino non fuiſſe; ſi honeſto, & miſericordi 44 mendacio, ſaluti eius calamitoſæ conſultum eſſe 45 vellemus: tamen hominis non eſſet 46, in tanto diſcrimine 47 & periculo civis, refellere & coarguere 48 noſtrum mendaciū? &, ſi eſſet alicuius 49 eius certe non eſſet 50, qui in eadē cauſa 51 & fortuna fuiſſet. Sed tamen aliud eſt errare Cæſarem nolle, 53, aliud nolle miſereri. CAVE CÆSAR, CREDAS 54. FUIT IN AFRICA LIGARIUS: TULIT ARMA 55 CON-

35 poſſides. 36 probe ſcio. 37 tu certe egiſſes crudeliter, & victoria tua præberet nobis materiam plurimam lugendi. 38 ex ipſis. 39 cum etiam aliqui ex victis reperiantur, qui vellent te eſſe crudelem. 40 eſſent. 41 qui impedirent. 42 erga alios. 43 affirmare, oſtendere, perſvadere. 44 per quod miſericordia impetrari poſſet. 45 conſulere, perſpicere. 49 tamen hoc repugnaret humanis moribus. 47 periculo. 48 refutare. 49 ſi imò homo quiſpiam id facere deberet. 50 tamen & minimum ille hoc facere nou deberet 51 Pompeiana. 52 aliud eſt, Cæſarem nolle. 53 tunc, ſi errare Cæſar vellet, & credere, Ligariū in Africa nō fuiſſe. 54 noli credere.

55 CONTRA TE. Nūc quid dicis? CAVE IGNOSCAS 56, Hæc nec hominis 57, nec ad hominem 58. vox 59: qua 60 qui apud te, C. Cæſar utetur, ſuam 61 citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit 62 tuam 63.

55 militavit, geſſit bellum. 56 noli credere. 57 non eſt vox humana, vel homine digna. 58 qui miſericors eſſe debet, non crudelis. 59 ſermo, oratio. 60 vere. 61 in ſuum. 62 ex animo evellet. 63 miſericordiam.

CAPUT. VI.

AC primus aditus 1, & poſtulatio Tuberonis hæc, ut opinor, fuit, velle ſe de Q. Ligarii ſcelere dicere. Non dubito, quin 2 admiratus ſis, vel quod de nullo alio quisquam 3 vel quod is, qui in eadem cauſa fuiſſet, vel quidnam novi facinoris afferret. Scelus tu illud 4 vocas, Tubero? cur? iſto enim nomine illa adhuc cauſa caruit 5: alii errorem appellant: alii timorem: qui durius 6, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui graviſſime, temeritatē: ſcelus, præter te adhuc nemo 7. Ac mihi quidem, ſi proprium & verū nomē noſtri mali 8 quæratur 9, fatalis 10 quædam calamitas incidiſſe videtur & improvidas hominū mentes occupaviſſe:

1 Propoſitio. 2 quia tu Cæſar. 3 quod nēmo alium accuſaret, præterquam hic Tubero Ligarium. 4 quod facit Ligarius. 5 nemo autem hactenus ſcelus appellavit factum Ligarij. 6 illi qui durum nomen imponūt huic facto, appellāt illud ſpem &c. 7 appellavit. 8 infortunium. 9 poſtulatur. 10 â fato excitata, neceſſaria.

isse ut nemo mirari debeat, humana consilia ivina 11. necessitate esse superata. Liceat esse iseros 12, quanquam hoc victore 13 esse non ossumus 14 Sed non loquor de nobis: de illis oquor, qui occiderunt 15. Fuerint 16 cupidi, uerint irati, fuerint pertinaces: sceleris vero rimine, furoris, parricidii, liceat Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere 17. Quando hoc 8 quisquam ex te, Cæsar, audivit, aut tua uid aliud arma voluerunt, nisi a te 19 contumeliam propulsare 20? quid 21 egit tuus ille nvictus exercitus, nisi ut suum ius tueretur 2, & dignitatem tuam? quid 23 tu? cum 24 acem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum celeratis, an ut cum bonis civibus conveniet 25. Mihi vero, Cæsar, tua in me maxima merita, tanta certe non viderentur, si me, ut 26 celeratum, a te coservatum putarem. Quomodo autem tu de reip: dignitate 27 esse voluisses? Secessionem 28 tu illam existimavisti, Cæsar, initio 29. non bellum: non hostile odium

11 a quadam divina, a diis immissa. 12 ponamus, concedamus, nos esse miseros. 13 dum Cæsar nos vicit. 14 nos sse miseri. 15 mortui sunt. 16 concedamus, quod illi fuerint. 17 sed hoc oportet ut dicamus, quod a crimine sceleris, furoris, parricidij, non solũ Pompeius iam mortuus, ed multi etiam alii liberi sunt. 18 quod Pompeius cõmiserit scelus. 19 illatam tibi. 20 vindicare, propellere. 21 quid aliud. 22 defenderet. 23 quid porro dicam? 24 dum. 25 pacem faceres. 26 tanquam. 27 salvos, incolumes, conservatos. 28 separationẽ civiũ in duas partes & factiones. 29 n principio. 30 civi-

um, ſed civile 30. diſſidium 31, utriuſque 32 cupientibus rempubl: ſalvam, ſed partim conſiliis, partim ſtudiis 33 a communi utilitate aberrantibus. Principum 34 dignitas erat pæne par? non par fortaſſe eorum qui ſequebantur 35: cauſa tum 36 dubia, quod 37 erat aliquid in utraque parte quod probari 38. poſſet: nunc melior certe ea 39. iudicanda eſt, quam etiam dii adiuverunt 40. Cognita 41. vero clementia tua, quis non eam victoriam probet 42, in qua occiderit 43 nemo, ni i armatus 44?

30 civium. 31 diſcordiam. 32 dum utraque pars cupiebat conſervare remp. 33 favore partium. 34 Pompeii ac Cæſaris. 45 ſed fortaſſe illi non erant pares dignitate, qui Cæſarem & Pompeium ſequebantur. 26 præterea erat. 37 quoniam. 38 laudari. 39 cauſa Cæſaris. 40 qui victoriā Cæſari dederunt. 41 & poſtquā igitur cognovimus & vidimus tuam clementiā. 42 laudet. 43 perierit. 44 ille tantum, qui in prælio contra te pugnavit.

CAPUT. VII.

SEd, ut omittam 1 communem cauſam, veniamus ad noſtram 2: utrum 3 tandem exiſtimas, facilius fuiſſe, Tubero, Ligario ex Africa exire, an 4. vobis in Africam non venire? Poteramusne 5. inquis, cum ſenatus

1 Deſinam dicere de bello civili, quæ cōmunis omnium cauſa eſt. 2 ad cauſam Ligarii. 3 quemnam ex duobus. 4 an fuit vobis facilius? 5 in Africam venire.

6. ita

us censuisset 6? Si me consulis 7. nullo mo-
o 8. Sed tamen Ligariū senatus idem legave-
at 9. Atque ille eo tempore paruit 10, cum
arere senatui 11, necesse erat: vos tū 12 parui-
is, cū 13. paruit 14 nemo, qui noluit 15. Re-
rehendo 16 igitur: minime vero. Neque 17,
icuit aliter vero generi, nomini, familiæ, di-
ciplinæ 18: sed hoc non concedo, ut, quibus
ebus gloriemini in vobis, easdem 19. in aliis
eprehendatis. Tuberonis sors coniecta est 20
x S. C. cum ipse non adesset, morbo etiam im-
edireture: statuerat 21 se excusare. Hæc ego
ovi 22 propter omnes necessitates 23, quæ
ihi sunt cum L. Tuberone: domi una eru-
iti 24, militiæ contubernales 25, post affi-
es, in omni denique vita familiares. Magnum
tiam vinculum 26, quod iisdē 27 studiis sem-
er usi sumus. Scio igitur, Tuberonem domi
nanere voluisse. Sed, ita quidem 28 aiebat, ita
reip:

6 ita jussisset. 7 interrogas, in consilium adhibes. 8 hoc lane non facere poteratis. 9 in provinciā miserat. 10 mā-lata Senatus observabit. 11 cujus summa auctoritas erat an-e bellum civile. 12 illo tempore. 13 quo tempore. 14 Se-natui. 15 obedire. 16 an verò putas, quod ego reprehendā, vos Senatui paruisse? 17 vos enim non potuistis aliter face-e propter vestrum genus, nomen, &c. 18 moribus vestris, præceptis & institutis, secundū quæ vos geritis. 19 res. 20 per factam sortitionem missus est Tubero in provinciā ex Senatûs Consulto vel mandato. 21 constituerat. 22 scio. 23 amicitias, conversationē. 24 ego & Tubero simul fuimus in literis instructi. 25 socij. 26 amicitiæ nostræ est. 27 sē-per inter nos fuit una voluntas. 28 Cato.

reip: sanctissimum nomen opponebat 29. Ut, etiam si aliter sentiret, verborum 30 tamen ipsorum pondus 31 sustinere 32 non posset 33, cessit 34 auctoritati amplissimi viri 35, vel potius paruit. Una 36 est profectus cum iis 37, quorum 38 erat una causa: tardius iter fecit. Itaque in Africam venit iam occupatam 39. Hinc in Ligarium crimen 40. oritur vel ira potius. Nam, si crimen est ullum, voluisse 41 non minus magnum 42 est, vos 43 Africam, omnium provinciarum arcem 44, natam ad bellum contra hanc urbem 45 gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse 46: atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat: fasces 47 certe habebat. Sed, quoquo modo sese illud habet, hæc querela vestra, Tubero, quid valet 48? RECEPTI 49. IN PROVINCIAM NON SU

29 prætexebat, cum Tuberonem urgeret & persvadere vellet, ut in provinciam proficisceretur. 30 quibus ipsi persvadere volebat Cato. 31 vim. 32 ferre diutius. 33 & ita eandem se persvaderi passus fuerit. 34 persvaderi se passus est. 35 Pompeii. 36 simul. 37 reliquis provinciarum præfectis. 39 a P. Accio Varo, non a Ligario. 40 accusatio 41 quod quis voluntatem & intentionē habuit. 42 crimen voluisse, quod vos voluistis. 44 perfugium, 45 Romā. 46 quod aliquis alius maluit pro se obtinere Africā. 47 insigni præfecturæ & imperii. 48 quē usum habet? quē scopum habet quid vult illa sibi? 49 vos equidē respōdetis, recepti &c.

50 quid

SUMUS. Quid 50 fieſſetis 51? Cæſarine eam tradituri fuiſſetis, an 52 contra eum retenturi?

50. quid futurum fuiſſet. 51. recepti. 52. fuiſſet is am provinciam.

CAPUT. VIII.

VIde, quid licentiæ 1. Cæſar, nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ 2. Si reſponlerit Tubero, Africam, quo 3. ſenatus eum ſorſque miſerat, tibi 4. patrem ſuum tradituum fuiſſe: non dubitabo 5. apud ipſum te, cuius id eum facere interfuit 6. graviſſimis verbis eius conſilium reprehendere 7. Non enim i tibi ea res 8, grata 9. fuiſſet, eſſet etiam probata 10. Sed iam hoc totum omitto 11, non am ut ne offendam tuas patientiſſimas aures, quam 12. ne Tubero, quod nunquam cogiavit 13. facturus fuiſſe 14 videatur. Veniebatis igitur in Africam provinciam unam ex omnibus huic victoriæ maxime infeſtam 15. n qua erat rex 16 potentiſſimus, inimicus huic cauſæ 17, aliena voluntas 18. conventus 19. irmi atque magni. Quæro, quid facturi fuiſſetis?

1 Quantam licentiam dicendi. 2 quantam audaciam dicendi. 3 in quam Africam. 4 Cæſari. 5 verebor. 6 cuius ſūma utilitas fuit, ſi Tuberonis pater provinciam tradidiſſet. 7 caſtigare. carpere. 8 hæc proditio provinciæ. 9 iucunda. 10 laudata. 11 de hoc non loquar. 12 quam ideo. 13 voluit facere. 14 facere voluiſſe. 15 quæ ſola fere ex omnibus provinciis inimiciſſima fuit Cæſari, & eius victoriis obſtitit. 16 Iuba Rex Numidiæ, Pompeii amicus. 17 Cæſaris. 18 odium erga Cæſarem. 19 in ea quoq; provincia, conventus ſociorum agebant, qui in magna erant potentia.

Quanquam quid facturi fueritis, dubitem 2
cum videam, quid feceritis? Prohibiti es
21 in provincia vestra pedem ponere, & pr
hibiti, ut perhibetis 22, summa cum iniuri
Quomodo id tulistis 23? acceptæ iniuriæ qu
relam ad quem detulistis? nempe ad eum, cui
auctoritatem secuti 24 in societatem belli v
neratis 25. Quod si 26. Cæsaris causa in pr
vinciam veniebatis, ad eum profecto excl
provincia 27. venissetis, Venissetis ad Pompei
Quæ est 28 ergo apud Cæsarem querela, cu
29 eum accusatis, a quo queramini vos proh
bitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque
hoc 30 quidem vel cum mendacio, si vult
gloriari per me licet 31, vos provinciam f
isse Cæsari tradituros, etiamsi a Varo, & qu
busdam aliis prohibiti essetis Ego autem conf
teor culpam esse Ligarii, qui vos tantæ lau
occasione privaverit 32.

20 quid opus est ut dubitem. 21 impediri. 22 dicitis. accepistis. 24 vos qui eratis secuti. 25 eratis ejus socii bello. 26 si verò. 27 vos, cum non essetis admissi in p vinciam. 28 quid opus ergo est, ut querelam deferatis Cæsarem. 29 dum, quando. 30 hac parte. 31 per me lic per me potestis gloriari etiam cum mendacio, si vultis, tradere voluisse Cæsari provinciam; quod tamen falsum 32 qui vobis eripuerit occasionem tantã laudẽ adipiscen

CAPUT. IX.

SEd vide, quæso, C. Cæsar, constantiã ornat
simi 1. viri, L. Tuberonis: quã ego, quã
ipse

1. Ironia: ornatus dicitur, qui egregio aliquo mun factus est.

[i]pſe probarim 2. ut probo, tamen non commemorarem, niſi 3 a te cognoviſsẽ inprimis eã [v]irtutẽ ſolere laudari. Quæ fuit igitur ũquam [i]n ullo homine tanta cõſtantia? 4. conſtantiam [d]icc? neſcio, an melius patientiam poſſem dicere, quotus enim iſtud quiſque feciſſet, ut, a [q]uibus 5 in diſſenſione civili non eſſe receptus, [e]ſſetque etiam cum crudelitate 6. reiectus, ad [e]as ipſas partes rediret? Magni cuiuſdam animi, atque eius viri eſt 7. quem de ſuſcepta 8. [c]auſa, propoſitaque ſententia, nulla contume[l]ia, nulla vis, nullum periculum poſſet de[p]ellere 9. Ut enim 10. cetera paria Tuberoni [c]um Varo fuiſſent, honos, nobilitas, ſplendor, [i]ngenium, quæ nequaquam fuerunt 11: [h]oc certe præcipuum Tuberonis 12. fuit, quod [i]ſtud 13 cum imperio ex S. C. 14. in provin[c]iam ſuam venerat. Hinc prohibitus 15. non [a]d Cæſarem 16. ne iratus 17: non domum 18: ne in ora 19. non 20. aliquam in regionem, ne condemnare cauſam 21.

 illam,

2 laudaverim. 3 niſi cognoviſſem, ac dudum ſcirem. 4 an verò unquam in ullo homine tãta cõſtãtia fuit? 5 partib9. 6 maxima cum ignominia. 7 hoc magnum animum & talem virum decet. 8 ſemel ſuſcepta. 9 dehortari, dimovere. 10 ponamus enim, quod Tubero cum Varrò in omnibus par fuerit. 11 quæ tamen omnia paria inter ambos non fuerunt. 12 in Tuberone. 13 rite & juſtis modis impetrato. 14 juxta Senatûs conſultum. 15 cum verò impediretur, nè in provinciam poſſet pedem ponere. 16 venit. 17 nè videretur eſſe iratus Pompeio. 18 non Romam rediit. 19 nè videretur nihil feciſſe. 20 non venit.

illam 21. illã, quam ſecutus eſſet, videretur: 22. Macedoniam ad Cn. Pompeii caſtra, v nit, in eam ipſam cauſam 23. a qua erat re ctus cum iniuria: Quid 24? cum iſta res nihil commoviſſet eius 26. animum, ad que 27. veneratis; langvidiore, credo, ſtudio cauſa fuiſtis 28. tantummodo in præſidiis 2 eratis: animi vero a cauſa 30 abhorrebant. A ut fit in civilibus bellis, nec in vobis mag quam in reliquis, omnes vincendi ſtudio ten bamur 31? Pacis equidem ſemper auctor fui: ſed tum 33. ſero, erat enim amentis 3 cum aciem 35. videres, pacem cogitare. O mnes, inquam, vincere volebamus: tu 36. ce præcipue, qui in eum locum 37 veniſſes, u 38. tibi eſſet 39. pereũdum, niſi viciſſes, qua quam, ut nunc ſe res habent 40. non dubit quin hac ſalutẽ 41 anteponas illi victoriæ 42

21 Pompeii. 22 ſed in. 23 partes. 24 quid porro dicam 25 illa querela Tuberonis de prohibitione ab Africa. Pompeii. 27 in cujus caſtra. 28 inde credo & perſvade quod favor veſter erga cauſam Pompeii plurimum fu imminutus. 29 in cuſtodia in urbe Dyrrachio, ad quam Cæ ſar venit. 30 Pompeiana. 31 an non omnes volebamus vin cere, ſicuti fieri ſolet in bellis civilibus, dum vos non mi vincendi cupiditatẽ habuiſtis, quàm reliqui habuerunt. ſvaſor. 33 illo tempore. 34 ſtultiſſimi hominis hoc erat. præſentem pugnam. 36 volebas vincere Cæſar. 37 con tionem, ſtatum, vel in campos Pharſalicos. 38 in quo. fuiſſet. 40 quemadmodum nunc res comparata eſt. 41 fr tunam, clementiam, victoriam. 42 Pompeii victoriæ q dubio procul crudelis & triſtis fuiſſet.

CAP.

CAPUT. X.

HÆc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficii ıi pœniteret. Nunc quæro, utrum vestras in-ırias, an 1. reip: persequamini 2? si reipubli-e 3. quid de vestra in ea causa perseverantia spondebitis! si 5. vestra, videte, ne erretis qui æsarem vestris inimicis iratum fore putetis, ım 6. ignoverit suis 7. Itaque num tibi vi-eor, Cæsar, in causa Ligarii occupatus esse ? num 9. de eius facto 10. dicere? quidquid ixi, ad unam summam referri volo vel huma-itatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. ausas, Cæsar, egi multas, & quidem tecum. 1. dum te in foro tenuit ratio honorum tu-rum 12? certe nunquam hoc modo 13. Igno-cite: iudices, erravit: lapsus est: non pu-ıvit si unquam posthac 14. ad parentem 15. ic agi solet, ad iudices 16. Non fecit, non co-itavit, falsi testes 17. fictum crimen 18. Dic, , Cæsar, de facto Ligarii iudicem esse: qui-bus

1 An injurias. 2 velitis de iis conqueri. 3 si persequi vul-s injurias reip: 4 Pompeii. 5 si persequi vultis vestras in-rias. 6 cum tamen. 7 inimicis. 8 multa dicere. 9 num ideor tibi. 10 delicto. 11 qui etiam, tanqam Orator, ausas egisti olim. 12 dum necesse fuit propter honores & agistratus, quos gessisti, ut in foro versareris. 13 egi cau-as pro aliquo reo, ut dixerim: ignoscite. 14 si unquã post-ac similem errorem commitet, tunc potestis in illum ani-advertere. 15 qui errantibus liberis facilè ignoscit, sic di-i solet. 16 ita dicere solemus. 17 sunt. 18 accusatio est.

19 quem

bus in præsidiis fuerit 19. quære. Taceo 21 ne hæc quidem colligo 22. quæ fortasse valerent 23. etiám apud iudicem. Legatus 24 ante bellum profectus, relictus in pace, bell oppressus, in eo non acerbus 25: tum 26: eti totus animo & studio 27 tutus 27. Ad iudicer sic agi solet: sed ego ad parentem 29. loquor Erravi, temere feci 30. pœnitet: ad clementiar quam confugio: delicti veniam peto: ut igno scas, oro: si nemo impetravit, arroganter 31 si plurimi 32, tu idem 33 fer opem, qui spem 34 dedisti. An sperandi 35 Ligario causa non sit, cum mihi apud te sit locus, 36. etiam pro altero deprecandi 37? Quanquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis 38, qui a te pro Ligario petunt 39, tu 40. necessarii.

19 quem locum defenderit contra te. 20 interroga me. 21 de hac re nè verbulum quidem proferam, & per hoc meum silentium fatebor culpam Ligarii ea in re. 22 commemorabo. 23 excusare possent reum. 24 ita enim dicerem possem pro Ligario ad judicem: Legatus est profectus &c. 25 in bello se non gessit crudelem. 26 prætercam. 27 favore. 28 fuit, partes tuas, Cæsar, tenuit. 29 ad te, tanquam ad patrem patriæ communem. 30 imprudenter, stulte. 31 equidem arroganter facio & veniam peto, si nemo hactenus impetravit à te. 32 si verò multi alii veniam à te impetraverunt. 33 ipse porro. 34 spem veniæ. 35 veniam. 36 occasio, libertas. 37 interc:dendi, veniam rogandi, spes causæ bonæ. 38 favore. 39 intercedunt. 40 & qui sunt tu cognati & amici.

CAPUT

CAPUT XI.

VIdi enim, & cognovi quid máxime ſpectares,
cum pro alicuius ſalute multi laborarent
1. cauſas apud te rogantium gratiores eſſe
2. quam vultus: neque, ſpectare quam tuus
eſſet neceſſarius, qui te oraret: ſed quam illi-
us, pro quo laboraret 3. Itaque tribus 4. tu
quidem tuis 5, ita multa, ut mihi beatiores
illi eſſe videantur interdum, qui tua liberali-
tate fruuntur, quam tu ipſe, qui illis tã multa
concedis. Sed video tamen, apud te cauſas 6.
ut dixi, rogantium valere plus, quam preces:
ab iiſque moveri 7. maxime, quorum iuſtiſ-
ſimum dolorem videas in petendo. In Q. Li-
gario conſervando, multis tu quidem gratum
8. facies neceſſariis tuis: ſed hoc, quæſo con-
ſidera, quod ſoles 9. Poſſum fortiſſimos
viros, Sabinos, tibi probatiſſimos 10. totum-
que agrum 11 Sabinum, florem 12 Italiæ,
ac robur reip: proponere 13. noſti optime ho-
mines: animadverte 14. horum omnium
mœſtitiam, & dolorem: huic T. Brocchi de
quo

1 Multis precibus intercedent. 2 quod gratiores ſcilicet ſint cauſæ, ob quas petunt, quam vultus triſtes & ſubmiſſionem indicantes. 3 & te non id ſpectare, quam arcta cognatione ille ſit tibi conjunctus, qui pro alio rogat, ſed id potius, quam arcte conjunctus ſit reus illis, qui pro ipſo rogant. 4 concedis, *zu gefallen thun*. 5 amicis & neceſſariis. 6 quæ à rogantibus adferuntur. 7 perſvaderi ad clementiam. 8 gratiam, jucundam rem. 9 conſiderare. 10 quorum fidem & integritatem noviſti. 11 provinciam, tractũ. 12 pulcherrimam partem 13 huc adducere, qui omnes pro Ligario rogabunt. 14 conſidera. 15 pro-

quo non dubito 15. quid existimes lachrymas, squalloremque 16. ipsius, & filii vides. Quid de fratribus 17. dicam? noli, Cæsar, putare, de unius capite 18. nos agere. Aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate sunt, aut tres ex civitate exterminandi 19., quodvis exilium his est optatius 20. quam patria, quam domus, quam dii penates, uno 21. illo exultante. Si 22 fraterne, si pie si cũ dolore faciũt, moveant te horum lacrymæ, moveat pietas, moveat germanitas 24: valeat tua vox 25. illa, quæ vicit 26. Te enim dicere audiebamus. Nos 27. omnes adversarios putare, nisi 28. qui nobiscum essent 29: te, omnes 30. qui contra te non essent, tuos. Videns igitur hunc splendorem 31. omnem hanc Brocchorum domum 32, hunc L. Marcium, C. Cæsarium. Corfidium, hosce omnes equites Rom. qui adsunt veste mutata 33. non solum notos tibi, verum etiam probatos 34. viros, tecum 35. fuisse? Atque his maxime irascebamur 36.

hos

15 probe scio. 16 sordidas vestes, promissam barbam, ac capillos promissos. 17 Ligarii. 18 vita. 19 ejiciendi. 20 charius. 21 si solus ille noster Ligarius in exilio erit. 22 dum igitur. 23 ut decet fratres, qui fratrem suum amant. 24 quod germani fratres sunt. 25 oratio. 26 hostem, dum dixisti, nè quis civem occideret. 27 qui eramus a partibus Pompeii. 28 præter eos. 29 a partibus nostris starent. 30 Audivimus autem, te putare omnes eos, tuos esse amicos. 31 hos splendidos equites Romanos. 32 familiam totam. 33 lugubri, sordida. 34 laudatos, fideles. 35 a partibus tuis stetisse.

36 nos

hos requirebamus, & his nonnulli etiam mirabantur. Conserva igitur tuis 37. suos: ut, quemadmodum certa 38. quæ dicta sunt a te, si hoc verissimum reperiatur. Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus, fuerit 39. in qua fratres fuerunt: quis est 40. qui horum 41. consensum, 42 conspirantem, & pene conflatum 43, in hac prope æqualitate 44. fraterna non noverit? qui 45. hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diuersas sententias fortunasque 46. sequerentur? voluntate 47. igitur omnes tecum fuerunt: tempestate 48. abreptus est unus 49. qui si 50. consilio 51. id fecisset 52. esset 53. eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti.

CAP-

36 nos qui a partibus Pompeii eramus, irascebamur his equitibus, quoniam te, Cæsar, sequebantur. 37 amicis. 38 verissima reperta sunt. 39 & a partibus tuis steterit. 40 nemo est. 41 fratrum Ligariorum. 42 unanimitatem. 43 ex pluribus partibus veluti in unum corpus redactum. 44 qui æquales sibi invicē sunt honoribus, ætate, dignitate &c. 45 quis est, qui. 46 partes, causas. 47 quo ad voluntatem. 48 per casum aliquem inopinatum, & per vim belli. 49 ex his fratribus. 50 etsi. 51 studio præmeditato. 52 Pōpeii partes secutus fuisset. 53 saltim esse hic similis, qui etiam contra te fuerunt, & tamen sunt a te conservati.

I. pone

CAPUT. XII.

SEd ierit 1. ad bellum: discesserit non a te solum, verum etiam a fratribus: hi te orant tui. Equidem, cum tuis omnibus negotiis 2. interessem, memoriam teneo 3. qualis 4, T. Ligarius, quæstor urbanus 5. fuerit erga te 6, & dignitatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse, spero etiam te, qui oblivisci nihil soles, nisi iniurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiám ingenii tui 7. te aliquid de huius illo quæstoris officio cogitantē, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim hæc 8. divinabat 9) nisi 10. ut tu eum studiosum 11. & bonum virum iudicares, nunc a te supplex fratris salutem petit, quam, 12. huius 13. admonitus 14 officio 15. cum 16. utrisque his 17. dederis, tres fratres optimos & integerrimos, non solum sibi ipsos, neque 18. his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reip: condonaveris. Fac igitur quod de homine nobilissimo & clarissimo, Mr. Marcello, fecisti nuper in curia, nunc idem 19. in foro

1 Ponamus, quod Ligarius ierit ad bellum, & quod dissenserit. 2 actionibus, rebus gestis. 3 recordor. 4 quam favens & benevolus. 5 Urbis Romæ. 6 te recordari cogitantem aliquid &c. 7 quoniam hæc oblivio injuriarum proprie spectat ad magnitudinem animi tui. 8 futura. 9 conjicere poterat. 10 nisi id. 11 amantem. 12 salutem. 13 Quæstoris Ligarii. 14 rogatus. 15 tibi præstito. 16 quando. 17 fratri-

foro de optimis, & huic 20. omni frequentiæ, probatissimis fratribus. Ut concessisti 21. illum 22. senatui, sic da hunc 23. populo: cuius voluntatē carissimam semper habuisti: & si ille 24. dies tibi gloriosissimus populo Rom. gratissimus fuit: noli obsecro, dubitare 25, C. Cæsar similem illi 26. gloriæ laudem quam sæpissime quærere. Nihil est enim populare 27. quam bonitas. nulla de virtutibu tuis plurimis nec admirabilior, nec gratior misericordia 28. est. Homines enim ad deos nulla re 29. propius accedunt, quam salutem hominibus dando 30. Nihil habet nec fortuna 31. tua maius quã ut possis 32: nec natura 33. tua melius, quã ut velis cōservare quã plurimos. Longiorē orationē causa forsitan postulat, tua certe natura breviorem. Quare, cum utilius esse arbitret te ipsum 34. quam aut me, aut quemquam, loqui tecum 35. finem 36. iam faciam, tantum 37. re ipsum admonebo, si illi 38. absenti salutem dederis, præsentibus his 39. omnibus te daturum 40.

SEN-

fratribus Ligarii 18 non solū. 19 eandē clementiã demonstrat. 20 & qui apud omnes huic præsentes in summa laude sunt. 21 restitui. 22 M. Marcellū. 23 Ligariū. 24 quo Marcellum restituisti. 25 velit. 26 superiori. 27 populo gratū & jucundum. 28 quam misericordia. 29 per nullam aliam rem. 30 sistant. 31 status fortunatus. 32 servate plurimos. 33 ad misericordiam proclivis. 34 potius, quam me &c. 35 te ipsum apud te meditari. 36 orationis, dicendi. 37 hoc solummodo adhuc. 38 Ligario. 39 qui pro Ligario deprecentur. 40 esse salutem.

Accusatori maxime optãdũ est, ut habeat cõfitẽtẽ reũ.

Laus propinquorum ad nostrum aliquem fructum redundat.

Crudelitas est arguere fatentem.

Non est accusandus, qui causã habet meliorem quam accusator, aut certe parem.

Non est concedendum, ut, quibus rebus alii gloriantur, easdem in aliis reprehendant.

Magnũ est amicitiæ vinculũ studiorũ similitudo.

Non, si cuipiã res grata est, eadem est etiã probata.

Magni cuiusdam animi est, quem de suscepta causa propositaque sententia nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum possit depellere.

Amentis est, cum aciem videat, pacem cogitare.

Non facile irascetur aliorum inimicitiis, qui ignoverit suis.

Nihil est tam populare quam bonitas.

Homines ad DEVM nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando.

Nihil habere potest, nec fortuna nostra maius, quam ut possimus, nec natura melius, quam ut velimus conservare quam plurimos.

ORATIO. IV.
quæ est
PRO REGE DEIOTARO.

Argumentum Orationis pro Deiotaro.

Deiotarus Rex seu Tetrarcha Gallo-Græciæ seu Galatiæ pene totius & Armeniæ minoris, populo Romano amicissimus, bello civili cum Pompeio esse coactus

fuit

fuit, & post pugnam Pharsalicam domum se contulit & Cæsarem subsidiis iuvit, cum Alexandrinis aliisque adhuc bellum gerentem. Hoc bello finito cum Cæsar per Gallo-Græciam Romam peteret, Deiotaro ignovit, aliqua tamen regni parte mulctato, Cum deinde Cæsar litteris Tarraconæ datis eum bene sperare & bono animo esse iussisset paulo post huius nepos Castor & servus Deiotari Philippus medicus accusant eum insidiarum, quod occidere Cæsarem voluerit, eique semper fuerit inimicus, & copias contra eum comparaverit &c. quæ omnia Cicero refutat.

Dicta est causa Romæ privatim, præsentibus dictis accusatoribus & Deiotari Legatis eodem fere quo superior Oratio tempore.

Genus est Judiciale, an rex Deiotarus Cæsarem voluerit interficere.

Stylus est subtilis & tota Oratio talis qualem ipse dicit Cicero LIX. ad famil. ep. 12.

Eventus fuit is, ut Cæsar Regi reconciliaretur.

ORATIO. IV.
quæ est
PRO REGE DEIOTARO
CAPUT I.

CUm in omnibus causis 1 gravioribus, C. Cæsar, initio dicendi 2. commoveri 3. soleam vehementius, quam videtur vel usus 4. vel ætas

1. 2. in exordio, quando dicere incipio. 3. timidus, meticulosus esse. 4. longa exercitatio.

5. sene-

ætas 5. mea postulare: tum in causa 6. ita 7. me multa perturbant, ut quantum 8. mea fides 9. studii 10. mihi afferat ad salutem Regis Deiotari defendendam, tantum facultatis 11. timor detrahat. Primum dico pro capite 12. fortunisque Regis: quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo 13: tamen est ita inusitatum, Regem, capitis reum esse 14. ut ante hoc tempus non sit auditum. Deinde cum Regem, quem ornare 15. antea cuncto cum senatu solebam pro 16 perpetuis eius in nostram rempublicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen 17. cogor defendere. Accedit 18. ut accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate 19. perturber 20. Crudelem Castorem 21. ne dicam 22. sceleratum & impium, qui nepos avum in discrimen 23. capitis adduxerit 24, adolescentiæque suæ terrorem intulerit ei 25. cuius senectutem tueri & tegere 26 debebat: commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere

5 senecta. 6 Deiotari causa. 7 usque adeo, tam. 8 quantum studii. 9 data Clienti meo Deiotaro. 10 bonæ voluntatis. 11 ex facultate mea. 12 vita. 13 dum tu certe; saltē, in periculo versaris. 14 regem capitis accusari. 15 laudare, beneficiis afficere. 16 ob perpetua. 17 accusationem. 18 huc referri debet porro. 19 nequitia, dum servus Philippus regem & dominum suum accusat. 20 ad iram commoveat. 21 unum accusatorem, cum videbam. 22 ne ipsum appellē. 23 periculum vitæ. 24 accusatione sua. 25 & adhuc adolescens eum cōjecerit in terrorem, cujus &c. 26 defendere ab injuriis.

27 qui

ere duxerit 27. Avi 28. servum corruptum præmiis, ad accusandum dominum impulerit, & 29. a legatorum 30. pedibus abduxerit. Fugitivi 31. autem dominum accusantis, & dominum absentem & dominum amicissimum nostræ reipublicæ, cum os 32. videbam, cum verba audiebam: non tam afflictam 33 regiam 34. conditionem 35. dolebam, quam de fortunis communibus extimescebam 36. Nam, cum more maiorum de servo in dominum 37. ne tormentis 38 quidem queri liceat, in qua quæstione 39. dolor veram vocem 40. elicere 41. possit etiam ab inito 42. exortus est servus 43. qui quem in equuleo appellare non posset, cum accuset solutus 44.

27 quiq; putaverit, se adolescentiam suam optime commendare posse per hoc scelus & hanc impietatem. 28 qui impulerit & persvaserit servum avi sui Deiotari. 29 & qui servum. 30 quos miserat Deiotarus, & a quorum pedibus stabat servus. 31 pessimi servi. 32 faciem. 33 miseram. 34 regis Deiotari. 35 statum. 36 timui, ne alii reges inposterum a servis suis accusarentur, si jam liceret, Deiotarum a servo suo tam impudenter accusari. 37 ut contra dominum suum diceret testimonium. 38 per torturam, per equuleos. 39 tortura. 40 veritatem. 41 vi extorquere. 42 a servo, qui tamen nollet prodere suum dominum. 43 tunc prodit servus. 44 qui in libertate constitutus dominū suum accusat, quē tamen accusare nō posset, etiā esset in equuleū positus.

CAPUT II.

PErturbat 1. me, C. Cæsar, etiam illud interdum, quod tamen, cum 2. te penitus reco-

1 Confundit, commovet. 2 dum. 3 mores tuos & sapien-

recognovi 3. timere desino: te 4. enim iniqvum est 5. sed tua 6. sapientia sit æquissimum. Nam dicere apud eum de facinore 7. contra cuius vitam consilium facinoris 8. inisse arguare 9. si per seipsum 10. consideres, grave est 11. Nemo enim fere est, qui sui periculi iudex non sibi se æquiorem quam reo præbeat 12. Sed tua, C. Cæsar, præstans singularisque natura 13. hunc mihi metum minuit 14. Non enim tam 15. timeo, quid tu de Rege Deiotaro, quam 16. intelligo, quid de te ceteros velis iudicare. Moveor etiam loci ipsius insolentia 17. quod tantam causam, quanta nulla unquam in disceptatione 18. versata est 19. dico intra domesticos parietes 20. dico extra conventum, & eam frequentiam 21. in qua oratorum studia 22. niti 23. solent: In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquiesco 24: te unum 25. intueor: ad te unum omnis mea spe-

tiam perspectam habeo. 4 si ipsam rem consideramus. 5 fas nō est, ut is apud te defendatur, qui dicitur insidias struxisse tuæ vitæ. 6 propter & per tuam. 7 scelere aliquo. 8 insidiarum. 9 tu accuseris. 10 rem ipsam. 11 difficile est, periculo non caret. 12 qui non sit æquior erga se ipsum quam erga reum, dum judicat de suo periculo, in quod potuisset cōjici a reo. 13 quæ ad benignitatem est proclivis. 14 adimit. 15 tam id. 16 id. 17 dum insolitum & inconsvetum est mihi dicere pro aliquo reo intra privatos parietes. 18 judicio. 19 fuit. 20 intra domum tuam. 21 multitudinem auditorum. 22 industria, contentio. 23 excitari. 24 nihil aliud respicio & veneror. quam oculos tuos &c. 25 præter te, nullum alium judicem.

pectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ 26. veritatis grivissima 27. sunt, ad 28. motũ animi & omnem impetum 29. dicendi contẽtionemque 30. leviora 31. Hanc enim, C. Cæsar, causam si in foro dicerẽ, eodẽ 32. audiente & disceptante te, quantã mihi alacritatẽ 33. populi R. concursu afferret? Quis enim civis ei Regi non faveret, cuius omnẽ ætatẽ 34. in populi R. bellis consũmatam esse meminisset? spectarẽ curiã, intuerer forũ, cœlum denique testarer ipsum, Sic 35. cum & Deorum immortalium & populi R. & senatus beneficia in Regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deesse posset oratio 36. Quæ quoniam angustiora parietes faciunt 37. actioque causæ maxime debilitatur loco 38: Tuum est 39. Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit 40. ad te ipsum referre 41. quo facilius tum æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam. Sed antequam de accusatione ipsa dico, de accusatorum 42. spe pauca dicam. Qui, cum

G vide-

26. defendendæ. 27. præcipua. 28. ea ad 29 vehementiã in dicendo. 30. excitãtionem affectuũ. 31. sunt, parũ facient. 32. si tu & auditor & simul iudex esses. 33 alacrẽ & lætũ animũ. 34 omne tempus vitæ. 35 etiã. 36 profecto me oportere verba multa facere, sane ipsa verba mihi dicenti succurrerent. 37 quoniã verò hi motus animi nõ possunt mõstrari in hoc loco angusto. 38 tã angusto. 39. tu debes. 40 quã perturbatus nunc animus meus sit. 41 ipsa tecũ perpendere, ex te ipso judicare. 42 eorum, qui accusant Deiotarum Castoris & Phil ppi.

43 con-

videantur neque ingenio, neque usu 43. atque exercitatione rerũ valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe & cogitatione 45 venerũt

43 consvetudine dicendi. 44. aliquid posse. 45 spe boni eventus, & spe invidiæ periculique contra vitam Deiotari

CAPUT. III.

IRatum te 1 Regi Deiotaro fuisse non erant ne scii 2. affectum 3. illum quibusdam incõmodis & detrimẽtis, propter 4. offensionem animi tui, meminerant, teque cum huic 5. iratum, tibi 6. amicum, cognoverant, cumque apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabãt, ut, in exulcerato 7. animo fictum 8. crimen insideret. Quamobrem hoc nos 9. primum metu C. Cæsar, per fidem & constantiam & clementiam tuam 10. libera, ne residere 11 in te ullam partem iracundiæ suspicemur. Per dexteram 12 te istam oro, quam regi Deiotaro hospes 13 hospiti 14. porrexisti: istã, inquã, dexteram non tam in bellis & præliis, quam in promissis & fide firmiorem 15. Tu illius domum inire, tu vetus hospitiũ renovare voluisti 16: te eius di-

pena

1 Cæsarem 2 probe sciebant. 3. sciebant etiam, te affecisse illum quibusdã incõmodis, & eripuisse illi aliquam partẽ regni sui. 4 quoniam eras in illũ iratus. 5 Deiotaro 6 Castor. & Philippo. 7 iam irato, corrupto, male affecto 8 falsa accusatio. 9 me. 10 quam imploro. 11 manere, habere. 12 manum 13. 14. Deiotaro. 15 constantem. 16 sponte, non invitatus a Deiotaro. 17 in

penates acceperunt: te amicum & placatum Deiotari Regis aræ focique 17. viderunt. Cum 18. facile exorari, Cæſar, tum 19 ſemel exorari ſoles. Nemo unquam te placavit 20. inimicus, qui ulllas reſediſſe 21. in te 22 ſimultatis 23. reliquias ſenſerit. Quanquam cui 24. ſunt inaudiatæ cum Deiotaro querelæ? unquam tu illum accuſaviſti, ut hoſtem, ſed ut amici officio parum functum. 25. quod 26. propenſior in 27. Cn. Pompei amicitiam fuiſſet, quam in tuam, cui tamen ipſi Regi veniam te daturum fuiſſe dicebas, ſi 28. tam auxilia Pompeio, vel ſi etiam filium 29. miſiſſet, ipſe tamē excuſatione ætatis uſus eſſet 30. Itaque cum maximis eum rebus 31. liberares, perpetuam amicitiæ 32. culpam relinquebas. Itaque non ſolum in eū non animadvertiſti, ſed omni metu liberaſti, hoſpitē agnoviſti, Regē relinquiſti. Neque enim ille odio 33. tui progreſſus 34 ſed errore cōmuni 35. lapſus eſt 36. Is Rex, quem Senatus, hoc 37. nomine ſæpe honorificentiſſimis decretis appellaviſſet: quique illum ordi-

17 in quibus ſacra fiebant dijs penatibus. 18. non ſolum. 19. ſed etiam. 20 tecum in gratiā redit. 21 remanſiſſe. 22 in animo tuo. 23 occultæ iracundiæ. 24. quis non audivit de querelis tuis? 25 qui officium amici non recte ſit exſequutus. 26 ideo quod. 27 erga. 28 ſi uſus eſset. 29 Deiotarum Juniorem. 30 ſi tantū ſe excuſaſſet, quod propter ſenectutē ipſe venire non poſset. 31 curis. 32 neglectæ a Deiotaro. 33 ex odio erga te. 34 Pompeio miſit auxilia. 35. in quē errorē multi inciderunt. 36 peccavit. 37 regia.

38 Se-

ordinē 38. ab adoleſcentia graviſſimū, ſanctiſſimumque duxiſſet 39. & alienigena, quibus 41 nos 42. in media republ: nati ſēperque verſati.

38. Senátū. 39. putaviſſet, qui auctoritatē Senatus inviolabilē ſēper habuit. 40. pròcul a nobis remotus, 41. rebus. 42. perturbati ſumus.

CAPUT IV.

CUm 1. audiſſet, Senatus conſentientis auctoritate arma ſūpta 2; Cōſulibus, prætoribus, tribunis pl: nouis, Imperatoribus remp: defendendam datam 3. movebatur animo 4. & vir 5. huic 6. imperio amiciſſimus, de 7. ſalute populi R. extimeſcebat 8. in qua etiam ſuam 9. incluſam eſſe 10. videbat: in ſummo tamen timore quieſcendū 11. ſibi eſſe arbitrabatur, Cōſules ex Italia profugiſſe, omneſque conſulares 13. (ſic enim nūciabatur) cūctū Senatū, totam Italiā 14. eſſe effusā 15. Talibus 16. enim nūciis & rumoribus patebat ad oriētē via, nec ulli veri 17 ſubſequebātur 18. Nihil ille 19. de cōditionibus

1 Deiotarus. 2 bellum civile cœptum eſse. 3 eſſe. 4 dolebat, dolorem in animo ſentiebat ob hoc bellū civile. 5 hic Rex. 6 Romano. 7 propter. 8 erat in timore. 9 ſalutem 10 dependere, comprehendi. 11 nihil monendum, neutrā partem ſequi. 12 poſtquā. 13 illi, qui iam conſules fuerāt. 14 omnes populos Italiæ. 15 profugiſſe. 16 tales falſi rumores perferebantur in provincias Oriētis, inter quas etiā erat regnū Deiotari. 17 nūcii, rumores. 18 hos falſos. 19 Deiotarus. 20 qui

ibus tuis 20. nihil de ſtudio 21. concordiæ & pacis, nihil de conſpiratione audiebat certorum hominum, contra dignitatem tuam. Quæ cum ita eſſent, tamen uſque eo 22. ſe tenuit 23. quoad 24 a Cn. Pompeio ad eum legati literæque venerunt. Ignoſce, ignoſce, Cæſar, ſi eius viri 25. auctoritati Rex Deiotarus ceſſit, quem nos omnes ſecuti ſumus. in quem cum Dii atque homines omnia ornamenta 26. congeſſiſsēt, tum 27, tu ipſe plurima & maxima. Neque enim ſi 28. tuæ res geſtæ ceterorum laudibus obſcuritatem attulerunt, idcirco Cn: Pompeii memoriam amiſimus. Quantum nomen 29. eius fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi 30. R. quanti Senatus 31. quanti tui 32. quis ignorat? tanto 33. ille ſuperiores 34. vicerat gloria 35. quanto tu omnibus præſtitiſti. Itaque Cn: Pompei bella, victorias triūphos, conſulatus admirantes 36. numerabamus: tuos 37 enumerare non 38. poſſumus.

CAPUT

20 quibus tu Cæſar pacem facere volebas. 21 deſiderio. 22 tamdiu. uſq; adeo. 23 continuit, abſtinuit a bello. 24 donec uſque dum, tandem. 25 Pompeii. 26. & honores; id eſt Dii & homines Pompeio dederant ſingulares virtutes & extraordinarios honores & maxima imperia. 27 tu quoq; ipſe maximos honores & Pompeio tribuiſti. 28 etſi. 29. fama, celebritas. 30. a populo R. oblati Pōpeio. 31 quāti honores a Senatu oblati. 32 a te oblati. 33 in tantū. 34 priores, majores, ſe antiquiores. 35. maximis honoribus. 36 nos cum admiratione. 37 honores. 38 tui honores omnem numerum ſuperant, innumerabiles ſunt. 1 Pom-

CAPUT. V.

AD eum 1. igitur Rex Deiotarus venit hoc misero fatalique bello, quem ante te iussis, hostilibusque 2. bellis adiuverat quocum erat non hospitio solum, verum etiam familiaritate coniunctus: Et 3. venit vel rogatus ut amicus, vel acersitus 4. ut socius: vel evocatus, ut is, qui senatui parere 5. didicisset: postremo venit ut 6. ad fugientem, non ut ad insequentem 7. id est, ad periculi, non ad victoriæ societatem. Itaque Pharsalico prælio facto, a Pompeio discessit 8. Spem infinitam 9. persequi 10 noluit, vel officio 11. si quid debuerat; vel errori, si quid nescierat, satisfactum esse duxit 32. domum se contulit: teque Alexandrinum bellum gerente, utilitatibus tuis paruit 13. Ille exercitum Cn. Domitii, amplissimi viri, suis tectis 14. & copiis 15. sustentavit. Ille Ephesum ad eum. quem tu ex tuis fidelissimum & probatissimum 16. omnibus delegisti, pecuniam misit: ille iterum, ille tertio, auctionibus 17. factis pecuniam dedit, qua ad bellum uteretis; ille corpus suum periculo obiecit, tecumque in acie contra Pharnacem fuit, tuumque

1 Pompeium, ad tam magnum Virum. 2 non civilibus. 3 ad eum. 4 iussus. 5 obedire. 6 tanquam. 7 ut ad talē, qui te non insequebatur & profligabat, sed qui te fugiebat. 8 domum. 6 incertam. 10 sequi. 11 quo tenebatur erga Pompeium hospitem & familiarem suum, vel erga Senatum, cujus jussibus parendum erat. 12 putavit. 13 te juvit, tua commoda promovit. 14 civitatibus, pagis. 15 frumento. 16 fidelem. 17 publice vendidit Deiotarus bo-

que hostem esse duxit 18. suum. Quæ quidem a te in eam partem accepta sunt 19. C. Cæsar, ut eum amplissimo Regis honore, & nomine affeceris. Is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur 20. domi te suæ 21. interficere voluisse, quod tu, nisi eum furiosissimum 22. iudicas, suspicari profecto non potes. Ut enim omittam 23. cuius tanti sceleris fuerit 24. in conspectu 25. deorum penatium necare hospitem: cuius 26. tantæ importunitatis omnium 27. gentium atque omnis memoriæ 28. clarissimum lumen extingvere: cuius 29. tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimescere: cuius tam inhumani & ingrati animi 30, a quo 31. Rex appellatus esset, in eum tyrranum 32. inveniri? ut hæc omittam, cuius tanti furoris fuit 33. omnes Reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes socios, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se unum excitare 34? quoniam ille 35. modo

na sua, ut posset tibi pecuniā mittere. 18 putavit. 19 hæc omnia ita tu interpretatus es. 20 accusatur. 21 in domo sua. 22 mente captum, omnis rationis expertē. 23 silētio prætereain. 24 quantū scelus hoc fuisset. 25 præsentia. 26 quanta importunitas, nequitia. 27 lumē omniū. 28 omniū temporū aut sæculorū. 29 quanta ferocitas fuisset. 31 in & erga eum, a quo. 32. tanquam tyrannū, crudeliter agere. 33 quantus furor & quanta stultitia fuisset. 34 irritare.

35 quo-

modo eum regno, cum 36. domo, cũ coniuge, cũ cariſſimo filio diſtractus 37 eſſet 38. tanto ſcelere non modo perfecto, ſed etiã cogitato 39?

35 quomodo, quã infeliciter ille. 36 ſimul cũ. 37 abalienatus ab aliorũ regũ ſocietate & amicitia. 38 foret fuiſſet. 39 ſi non modo perfeciſſet tantum ſcelus, ſed etiam, ſi cogitaſſet ſolum illud perficere.

CAPUT. VI.

AT credo 1 hæc 2. homo 3 inconſultus 4. & temerarius non videbat. Quis conſideratior ille? quis rectior 5? quis prudentior? quãquã hoc loco Deiotarum non tam ingenio 6 & prudentia, quam fide & regione 7. vitæ defendẽdum puto. Nota tibi eſt, C. Cæſar, hominis 8. probitas, noti mores, nota conſtantia, Cui porro, qui modo populi R. nomẽ audivit, Deiotari probitas, integritas, gravitas, virtus, fides non ſit audita? quod igitur facinus 9. nec 10. in hominẽ imprudentẽ cadere poſſet 11, propter metũ præſentis 12. exitii nec 14. in facinoroſum niſi eſſet idẽ 15 amãtiſſimus: id 16. & vos a viro optimo, & ab homine minime ſtulto cogitatũ eſſe cõfingitis. At quã non modo non credibili-

dibili-

1 Ut mihi perſvadeo. 2 quæ ego nunc dixi. 3 Deiotarus 4 imprudens, qui ea non recte perpendit, quæ agit. 5 quis poteſt magis occultare cogitationes ſuas quam ipſe? 6 propter ingeniũ. 7 puritate. 8 Deiotari. 9 ſcelus. 10 nec imo. 11 quod ſi vero nec imo etiam hoc imprudens tale ſcelus animo cogitare aut concipere poſſet. 12 certiſſimi. 13 periculi. 14 quod etiam facinus nec facinoroſus quidẽ homo cogitare poſset. 15 ille. 16 tale facinus.

17 vos

dibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidẽ 17. cũ, inquit 18. in caſtellũ Luceiũ voluiſſes 19. & domũ Regis, hoſpitis tui, divertiſſes 20 locus erat quidã, in quo erãt ea compoſita 21. quibus Rex te munerare conſtituerat. Huc 22. te a balneo, priuſquam accumberes 23. ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipſo loco collocati. En crimen 24. en cauſa, cur Regẽ fugitivus, dominũ ſervus, accuſet. Ego mehercule, C. Cæſar, initio cum 25. eſt ad me iſta cauſa delata, Phidippum medicum ſervum regiũ 26. qui cũ legatis miſſus eſſet, ab iſto 27 adoleſcente exiſtimavi eſſe corruptũ 28. hac ſuſpicione sũ perculſus 29: medicũ indicẽ 30 ſubornabit 31: finget videlicet aliquod crimẽ veneni 32. Etſi a veritate longe, tamen a cõſvetudine criminandi non multũ res abhorrebat. 33. Quid ait medicus? nihil 34. de veneno. At id 35, fieri potuit: primo occultius in potione vel in cibo: deinde etiã impunius fit 36. quod 37. cum

17 vos fingitis tale ſcelus. 18 accuſator Deiotari. 19 proficiſci. 20 veniſſes. 21 congeſta, ordinata, diſpoſita. 22 in hunc locum. 23. ad menſam, paranderes, vel cœnares. 24 accuſationem. 25 quando. 26 regis. 27 Caſtore. 28 muneribus seductum. 29 ita in animo meo ſuſpicatus ſum & cogitavi. 30 delatorem, accuſatorem. 31 inſtruet, informabit, quomodo mendaciũ debeat proferre. 32 quod tibi Cæſar, debuit propinari. 33 falſa quidem res erat, ſed tamen exẽpla alia habemus eorum, qui propter venenum datum alios accuſarunt. 34 ait. 35 ut tibi venenum dari iuberet Deiotarus. 36 pœna non ſtatim ſequitur. neque ſtatim ſuſpicio oriri poteſt. 37 quoniam id. 38 quando.

39 omni

cũ 38. eſt factũ, negari poteſt. Si palã te interemiſſet, õniũ in ſe gẽtiũ non ſolũ odia, ſed etiam arma cõvertiſſet: ſi veneno: Iovis illius quidẽ hoſpitalis numen 39. nũquã celare 40 potuiſſet, homines 41 vero fortaſſe celaviſſet. Quod igitur & occultius cõari, & efficere cautius potuit: id tibi & medico callido, & ſervo, ut putabat fideli, non credidit: de armis, ferro, de inſidiis celare te noluit 42?

39 omniſcientiã 40 ocultare hanc ſuã potuiſſet nequitiã. 41 hominibus. 42 an putas, eũ tibi celare noluiſſe de armis?

CAPU VII.

AT quã feſtive 1 crimen contexitur 2! tua te 3, inquit, eadẽ, quæ ſemper, fortuna ſervavit. Negaviſti tum te inſpicere velle 4. Quid poſtea? an Deiotarus, re 5. illo tẽpore nõ perfecta, cõtinuo 6. dimiſit exercitũ? nullus erat alius inſidiandi locus? at eodẽ 7 te, cũ cænaviſſes, rediturũ dixeras: itaque feciſti. Horam unam, aut duas eodẽ loco armatos, ut collocati fuerãt, retinere magnũ 8. fuit 9? cũm in convivio comiter & iucunde fuiſſes, tũ illuc iviſti ut dixeras, quo in loco, Deiotarũ talem erga te cognoviſti, qualis Rex Attalus in 10 P, Africanum fuit: cui magnificentiſſima dona, ut ſcriptum legimus, uſque ad Numantiã miſit ex

1 Pulchre, ordinate. 2 cohæret. componitur. 3 Cæſarẽ. 4 dixiſti tunc, te nolle inſpicere munera illa. 5 inſidiis. 6 ſtatim. 7 eundem in locum. 8 difficile. 9 an fuit, 10 erga. 11 præ-

ex Asia: quæ Africanus, inspectante exercitus 11. accepit. Quod cum præsens Deiotarus regio & animo & more fecisset 12 tu in cubiculum discessisti. Obsecro, C. Cæsar, repete 13 temporis illius memoriam, pone illum ante oculos diem: fultus 14. hominum te intuentium atque admirantium, recordare. Num 15 quæ 16. trepidatio? num qui tumultus? num quid 17. nisi 18. moderate, nisi quiete, nisi ex 19. hominis gravissimi & factissimi 20. disciplina? quid 21. igitur causæ excogitari potest, cum te lautum 22. voluerit, cænatum 23. noluerit occidere? in posterum, inquit 24 diem distulit, ut cum in castellum Luceium ventum esset 25. ibi cogitata 26. perficeret. Non video causam loci mutandi 27. sed tamen 28 acta res criminose 29. est. Cum, inquit vovere post cœnam velle te dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Ibi enim erant insidiæ: at te eadem tua fortuna servavit: in cubiculum te ire malle dixisti 30. Dii te perdant, fugitive 31. ita 31. non modo nequam & impro-

11 præsente. 12 & tibi munera dedisset. 13 recordare illius temporis. 14 oculos. 15 an fuit in illis. 16 aliqua. 17 aliquid aliud observasti. 18 nisi id, quod fierent omnia moderate. 19 iuxta disciplinam & institutionem. 29 religiosissimi. 12 quænam causa. 22 lavatum e balneo veniẽtẽ. 23 & te, postquam cœnasses. 24 accusator. 25 tu venisses. 26 scelus, quod ipse meditabatur. 27 ob quam locũ insidiarum debuisses mutari. 28 pergit accusator. 29 suspiciose. 30 cum Deiotarus te ducere vellet in balneum. 31 tu nequam serve. 32 usq; adeo. 33 ima-

improbus, ſed fatuus, & amens es. Quid? ſigna 33. ænea in inſidiis poſuerat, quæ e balneo in cubiculum transferri non poſſent? habens 34. crimina inſidiarum. Nihil enim dixit 35. amplius. Horum, inquit, eram conſcius. Quid tum 36? ita demens ille erat, ut eum 37. quem conſcium tanti ſceleris habebat 38. a ſe dimitteret? Romam 39. etiam mitteret, ubi & inimiciſſimum ſciret eſſe, nepotem 40. ſuum & C. Cæſarem, cui feciſſet inſidias? præſertim cum is unus 41. eſſet, qui poſſet de abſente 42. ſe vindicare? & fratres meos, inquit 43, quod erant conſcii, in vincula coniecit 44. Cum igitur eos vinciret 45. quos ſecum habebat, te ſolutum 46. Romam mittebat, qui eadem 47. ſcires, quæ illos 48. ſcire dicis?

33 imagines tales. 34 ſic adeo intelligis, Cæſar. 32 ſervus. 36 quid tu poſtea. 37 ſervum. 38 qui conſcius erat tãti ſceleris. 39 & ut eum Romam mitteret. 40 Caſtorem. 41 ſolus. 42 Deiotaro. 43 Philippus. 44 Deiotarus, ne poſſent Deiotarum prodere. 45 in vincula coniiceret 46 liberum a vinculis. 47 illas inſidias Deiotari 48. fratres tuos.

CAPUT. VIII.

RElíqua pars accuſationis duplex fuit: una 1: regem ſemper in ſpeculis 2. fuiſſe, cum a te animo eſſet alieno 3; altera 4. exercitũ eũ 5. cõtra te magnũ comparaſſe 6. De exercitu dicam bre-

1 Pars 2. ſpeculatum, meditatum fuiſſe, aucupatũ eſſe occaſiones inſidiarum. 3 cum tibi factus eſſet inimicus. 4 pars accuſationis. 5 Deiotarum. 9 collegiſſe.

breuiter, ut 7. cetera. Nunquam eas 8. copias Rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellũ populo R. posset; sed 9. quibus fines suos ab incursionibus hostiũ, & latrociniis tueretur, & imperatoribus 10. nostris auxilia mitteret. Atque antea 11. quidem maiores copias alere 12 poterat: nũc 13 exiguas 14 vix tueri 15 potest. At 16 misit 17 ad Cælium nescio quem. Sed eos, quos misit, quod 18. ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quæro, quam verisimile sit, aut non habuisse regem, quos 19. mitteret: aut eos, quos misisset, non paruisse 20; aut, qui dicto audientes 21. in tanta re non fuissent, eos vinctos potius, quam necátos fuisse. Sed tamẽ cum ad Cælium mittebat, utrum causam illam 22 victam esse nesciebat, an Cælium iustũ magnum hominem putabat 23? quẽ 24. profecto is 25. qui optime nostros homines novit, vel quia nõ nosset, vel si nosset, cõtẽneret 26. Addidit etiã illud, equites non optimos misisse 27. veteres, credo, Cæsar, nihil 28. ad tuũ equitatũ, sed misit ex iis, quos habuit, electos. Ait, nescio quem

7 quemadmodũ etiã cætera breviter dixi. 8 tãtas. 6 sed solum tantas. 10 ducibus exercituũ nostrorũ. 11 ante bellum inter Cæsarẽ & Pompeiũ. 12 sustentare. 13 postquam vero nunc, spoliatus est a te, Cæsar regno Armeniæ & parte Galatiæ. 14 paucas copias. 15 alere. 16 pergit accusator. 17 Deiotarus auxilia. 18 quoniam. 19 milites, quos mittere posset. 20 obsequutos fuisse. 21 obsequens. 22 partes Pompeianas. 23 esse putabat. 24 Cœliũ. 25 Deiotarus. 26 contempsisset. 27 Deiotarum. 28 qui cum tuo equitatu non fuissent comparandi.

quẽ ex eo numero 29. servũ iudicatũ 30. Non arbitror: non audivi: sed in eo 31, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer.

29 ex his equitibus, quos misit. 30 pro servo esse habitum & ideo ab exercitu remotum. 31 in ea re.

CAPUT. IX.

Alieno autem a te animo fuit 1. Quomodo: spectavit, credo, difficiles tibi Alexãdriæ fore exitus, propter regionis naturam 2. & fluminis. At eo ipso tempore 3. pecuniã dedit, exercitũ aluit: quẽ acie præfeceras, ei 4. nulla in re defuit 5. tibi victori, non solum ad hospitiũ, sed ad periculũ etiam præsto 6. fuit. Secutum est bellum Africanum. Graves de te 7. rumores sparsi 8. qui etiam furiosum illlum Cælium excitaverunt 9. Quo tum 10. erga te Rex animo fuit 11, qui auctionatus sit 12 seseque & filiũ suum expoliare maluerit, quam tibi pecuniã non subministrare. At eo, inquit 13. qui rumores Africanos exciperent 14. & celeriter ad se 15. referrẽt 16. Itaque cũ esset ei nunciatũ, Domitiũ naufragio periisse, te in castello circumsideri. de Domitio dixit versũ Græcũ eadem 17. sententia, qua etiã nos habemus Latinum

1 inimicus erga te fuit. 2 situm. 3 quo tu gerebas bellũ Alexandrinum. 4 Cn. Domitio. 5 omni in re illum iuvit. 6 præsens auxilio. 7 tua morte. 8 disseminati sunt. 9 ad tumultũ. 10 illo tempore. 11 rex Deiotarus 12 vendit publice sua bona. 13 Deiotarus certos homines. 14 observarent. 15 regem. 16 narrarent, nuntiarent. 17 cuius eadem est sententia. 18 ver-

num 18. *Pereant amici, dũ una* 19. *inimici intercidãt.* Quod ille, si 20. esset tibi inimicissimus, numquam tamen dixisset. Ipse etenim mansuetus, versus immanis 21. Qui autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? tibi porro inimicus cur esset, a quo cum vel 22. interfici belli lege 21. potuisset, regem *& se & filium suum constitutos 24. esse meminisset? quid deinde? furcifer quo progreditur? ait, hæc lætitia 24. Deiotarum elatum vino se obruisse 26. in convivioque nudum saltavisse. Quæ crux huic fugitivo potest satis suplicii afferre 27. Deiotarum saltantem quisquam aut ebriũ vidit unquam! omnes sunt in illo regiæ virtutes, quod te, Cæsar, ignorare non arbitror: sed præcipue singularis & admiranda frugalitas 28. etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi 29. hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem iustum, severum, gravem, magnanimum, largũ, beneficũ, liberalem, hæ sunt regiæ 40. laudes: illa privata est 31. Ut volet quisque accipiat 32. ego tamẽ frugalitatẽ, id est, modestiã & temperantiam, virtu-

18 versum. 19 simul 20 etsi. 21 crudelis, ideo, quod vult, ut gaudeamus, si simul cum inimicis amici pereant, quos tamen servari optandum est. 22 etiam. 23 jure. 24 factos, confirmatos 25 ob rumores de morte *Cæsaris*. 26 ingurgitasse. 27 hic fugitivus omni supplicio dignus est. 28 Oeconomica prudentia, & virtus talis, quæ libidini adversatur. 20 frugalem. 30 regnum. 31. frugalitas potius spectat non ad reges & principes, sed ad homines privatos. 32 hæc dicta alii accipiant, uti velint. 33 De-

virtutem esse maximam iudico. Hæc in illo 33 est ab ineunte ætate 34. tum a cuncta Asia, tum a Magistratibus 35. legátisque 36. nostris, tum ab equitibus R. qui in Asia negotiati sunt 37. perspecta & cognita. Multis ille quidem gradibus officiorum erga rempubl: nostram ad hoc regium nomen adscendit, tamen, quidquid a bellis populi Rom: vacabat 38 cum hominibus nostris consvetudines, amicitias, res 39. rationesque 40. iungebat: ut non solum Tetrarchá 41 nobilis, sed optimus pater familias, & diligentissimus agricola & pecuarius 42. haberetur. Qui igitur adolescens, nondum tanta gloria præditus, nihil unquam nisi severissime & gravissime 43. fecerit, is ea 44 existimatione atque ætate 45. saltavit?

33 Deiotaro. 34 inde iam ab adolescentia. 35 Proconsulibus, Prætoribus, Quæstoribus provinciarũ. 36 Vicariis Proconsulum. 37 mercaturã exercuerũt. 38 reliquũ temporis habebat. 39 opes. 40 consilia. 41 quatuor provinciarũ rector; vel: rector quartæ partis provinciæ. 42 modeste 44 postquam consecutus est famam tantam ac numen regium. 45 & tam senex.

CAPUT. X.

IMitari potius, Castor, Avi 1. tui mores disciplinãque 2. debebas, quã optimo & clarissimo viro fugitivi ore 3 maledicere. Quod si saltatorẽ avũ habuisses, neque eũ virũ, unde 4 pudoris

1 Deiotari. 2 instituta. 3 per os, utens verbis servi fugitivi. 4 a quo. 5 sen-

oris pudicitiæque exempla peterentur 5. tamen hoc maledictum 6. minime in illam ætatem conveniret 7. quibus ille studiis 8. ab ineunte ætate se imbuerat 9. non saltandi, sed bene ut armis, optime ut equis uteretur: ea tamen illum cuncta, iam ætate exacta 10. defecerant 11. Itaque Deiotarum cum plures in equum sustulissent, quod hærere 12 in eo senex posset, admirari solebamus. Hic 13. vero adolescens 14. qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cum in illo nostro 15. exercitu equitaret cũ suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium pater 16. miserat, quos concursus facere solebat 17? quam se iactare 18? quam se ostentare? quam nemini in illa causa 19. studio 20. & cupiditate 21. concedere? Cum vero, exercitu 22. amisso, ego, qui pacis auctor 23. semper fui, post Pharsalicum autem prælium suasor fuissem armorum non deponendorum sed abiiciendorum, hunc 24. ad meam auctoritatem 25. non potui adducere, quod 26. & ipse ardebat studio 27.

H ipsius

5 sensi, capi, sumi deberent. 6 accusatio de saltatione 7 tamen non debuisses senẽ Regem & avum tuum ea propter accusare. 8 rebus. 9 exercuerat. 10 post peractam iuventutem. 11 deerant; non poterat amplius saltare nec equitare, propter senectutem suã. 12 sedere. 13 Castor. 14 cũ esset adhuc. 15 meo. 16 secundarius gener Deiotari. 17. quantus solebat concursus ad eum fieri, cum equitaret. 18 gloriari. 19 Pompeianis partibus. 20 favore. 21 vincendi Cæsarem. 22 Pompeii. 23 svasor. 24 Castorem. 25 consilia, ut etiam ipse arma abiiceret. 26 quoniam. 27

ipſius belli, & patri 28. ſatisfaciendum e
arbitrabatur. Felix iſta domus, quæ non impu-
nitatem ſolum adepta ſit 29. ſed habet etiã a-
cuſandi licentiam: calamitoſus 30 Deiotaru
qui & ab eo, qui in iiſdem 31. caſtris fueri
non modo apud te, ſed etiã a ſuis accuſetu
Vos veſtra ſecunda fortuna 32. Caſtor, nõ pot
ſtis ſine propinquorũ 33 calamitate eſſe cõtẽ

27 cupiditate. 28 ſuo. 29 etiamſi contra Cæſarem ta
acriter ſteterat & pugnaverat. 30 in miſero ſtatu eſt.
Pompeii. 32 tu & pater tuus, qui tam ſecundam fortuna
habetis. 33 Soceri & Avi veſtri.

CAPUT. XI.

SInt ſane inimicitiæ, quæ 1. eſſe non debebã
Rex enim Deiotarus veſtram familiam abi-
ctam & obſcuram, e tenebris in lucem vocavi
Quis tuum 2. patrem ante qui eſſet, quam
cuius gener eſſes, audivit? ſed quamvis ingra
& impie neceſſitudinis 4. nomen repudiareti
tamen inimicitias, hominum 5. more gere
poteratis, non ficto crimine 6. inſectari, n
expetere vitam, non capitis arceſſere 7. Eſt
concedatur 8. hæc quoque acerbitatis & od
magnitudo. Adeone 9. ut etiam omnia 10 vi-
tæ, ſalutiſque communis, atque etiã humani-
tatis

1 Quæ ipſæ tamẽ inimicitiæ inter vos eſſe non debeb
erga Senẽ Deiotarũ. 2 Caſtor. 3 quam auditũ eſt. 4 arc
familiaritatis, cognationis. 5 non belluarũ more. 6 accuſa-
tione 7. accuſare. 8 vobis. 9 etiam hoc cõcedatur. 10 iu
11. hu-

tatis 11. iura violentur? servum sollicitare 12. verbis: spe, promissisque corrumpere: adducere domum, contra dominum armare: hoc est, non uni propinquo 13. sed omnibus familiis bellum nefarium indicere. Nam ista corruptela 14. servi, si non modo impunita fuerit, sed etiã a tanta auctoritate 15. approbata, nulli parietes 16. nostram salutem, nullæ leges, nulla iura custodient, Ubi 18. enim id, quod intus est 18 atque nostrum, impune evolare potest, contraque nos pugnare: sit in dominatu servitus, in sevitute dominatus 19. O tempora, o mores 20! Cn. Domitius ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus pl: M: Scaurũ, principem 21. civitatis, in iudicium populi vocasset 22. Scaurique servus ad eũ clam domũ 23 venisset, & crimina in dominũ delaturũ 24 se esse dixisset, comprehendi hominem iussit, ad Scaurũque deduci. Vide quid intersit 25. etsi inique 26. Castorẽ cũ Domitio cõparo: sed tamẽ ille 27 inimico 28 servũ remisit: tu 29 ab

11 humani status 12 seducere, persvadere ad parva facinora. 13 cognato. 14. seductio ad dominũ accusandũ. 15 Cæsaris. 16 non domus nostræ. 17 si, quando. 18 quod intra domũ & familiã nostrã est. 19. tunc fient ex dominis servi, & ex servis domini. 20 o ! mala tẽpora. 21 præcipuũ, primarium virum. 22 accusavisset apud populum Romanum. 23 in domum Domitij. 24 judicaturum. 25 quantũ discrimen sit inter utrumque. 26 non satis recte & accurate. 27 Domitius. 28 suo, Scauro. 29 Castor.

Avo abduxiſti 30: ille incorruptum 31 audi re noluit, tu corrupiſti: ille adiutorẽ 32 servi cõtra dominũ repudiavit 33. tu etiã accuſatorẽ adhibuiſti. At ſemel iſte eſt corruptus a vobis? nonne, cũ eſſet productus teſtis, & cum tecũ fuiſſet, refugit ad legatos? nõne eiã ad hũ Cn. Domitiũ venit? nõne audiẽte hoc Ser: Sulpicio, clariſſimo viro, qui tũ caſu 34. apud Domitiũ cænabat, & 35. hoc T. Torquato, optimo adoleſcente, ſe a te corruptum tuis promiſſis in fraudẽ 36 impulsũ 37 eſſe cõfeſſus eſt

30 ſerwum 31 ſarvũ, qui neque muneribus, neque verb blandis erat corruptus, ut dominum ſuũ accuſaret. 22 qu Domini crimina contra Scaurũ iuvare & confirmare po tuiſsèt. 33 eius auxilio uti noluit. 34 forte, fortuito. 35 e audiente etiã hoc. 36 vitiũ. 37 deductũ, præcipitatum.

CAPUT. XII.

QUæ eſt iſta tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? idcirco 1 in hanc urbem veniſti. ut huius urbis iura & exempla corrumperes 2. domeſticaque 3 tua inhumanitate noſtræ civitatis humanitatem inquinares? & quam, acute 4. collecta 5 crimina? Bleſamius, inquit 6, (cuius enim nomine, optimi hominis, nec tibi 7. ignoti ma-

1 Tunc ob eã cauſam, hac intentione. 2 peiora faceres 3 Aſiatica, nam Aſiatici putabãtur eſſe leves & crudeles. 4 prudẽter, calide. 5 excogitata, hinc inde cõquiſita sũt ab te crimina in Deiotarum. 6 Caſtor. 7 Cæſar.

8. Deio-

aledicebat tibi) ad regem 8. ſcribere ſolebat, in iuvidia 9. eſſe, tyrãnum exiſtimari: ſtatua nter reges poſita 10, animos hominũ vehemẽ- er offenſos: plaudi tibi non ſolere 11, Nonne ntelligis, Cæſar, ex urbanis 12. malevolorum ermũculis. 13. hæc ab iſtis 14 eſſe collecta? Bleſamius tyrannũ Cæſarẽ ſcriberet? multorũ nim 15 civiũ capita viderat: multos iuſſu Cæ- ſaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas x euerſas domos 16. armatis militibus refertũ orũ, quæ 17. ſemper in civili victoria ſenſi- nus, ea te victore 18, non vidimus. Solus inquã s, C. Cæſar, cuius in victoria ceciderit 19. nemo niſi armatus. Et quem nos liberi, in ſumma reipublicæ libertate nati, non modo non tyrãnum, ſed etiam clementiſſimum in vi- ctoria ducimus 20. is Bleſamio, qui vivit in regno 21, tyrãnus videri poteſt? nam de ſta- tua quis queritur, una 22. præſertim, cum tam multas videat? valde enim 23. inviden- dũ eſt eius ſtatuæ, cuius trophæis 24. non in- videmus. Nam, ſi locus 25 affert invidiã, nul- lus

8 Deiotarum, a quo miſſus erat Romam Bleſamius. 9 odio hominum. 10 & poſtquam tua ſtatua poſita eſſet inter ſtatuas Regum. 11 populum non ſolere tibi cum gaudio acclamare in ſpectaculis. 12 qui in urbe circumferebantur. 13 levibus ſermonibus. 14 Caſtore & Bleſamio. 15 ſcilicet, Ironia. 16 familias. 17 hæc omnia quidem, quare tunc di- xi. 18 poſtquã tu viciſti. 19 occiſus eſt. 20 eſſe ſtatuimus & profitemur. 21 Deiotari. 22. præſertim cum unica ſta- tua tibi poſita ſit. 23 ſcilicet, Ironia. 24 tam multis tro- phæis. 25 in quo ſtatua poſita eſt. 26 locus

lus locus est ad statuã quidẽ rostris 20 clarior. De plausu 27. autem quid respondeam? qui nec desideratus unquam a te est, & nonnunquam obstupefactis hominibus ipsa 28. admiratione cõpressus 29 est, & fortasse eo 30. prætermissus, quia nihil vulgare 31. te dignũ 32 videri potest.

26 locus in foro Romano, qui á rostris navium in eo affixis nomen habebat, & in quo Orationes ad populum solebant haberi. 27 acclamationibus populi. 28. dum populus admiratus est cum stupore magnificientiam spectaculorum a te editorum 29. impeditus. 30 ideo 31 quod a vulgo provenit. 32 tibi convenire.

CAPUT. XIII.

Nihil 1. a me arbitror prætermissum, sed aliquid ad extremã 2 causæ 3. partẽ reservatũ. Id autẽ aliquid 4 est 5, te ut plane Deiotaro 6. reconciliet oratio mea. Non enim iam metuo, ne tu illi succenseas; illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere: quod abest 7. longissime, mihi crede. Cæsar. Quid enim retineat per te 9, meminit, non 10. quid amiserit: neque se a te multarum 11. arbitratur: sed cum existimaret, multis tibi multa esse tribuenda 12, quo minus a se, qui in alia parte fuis-

1 quod ad defendendum Deiotarum faceret. 2 ultimam 3 Orationis huius. 4 hoc vero, quod ego appellavi. 5 in eo consistit. 6 cum Deiotaro. 7 quod plane non est credẽdũ. 8 quid ex provinciis suis. 9 tuo beneficio. 10 non vero meminit. 11 privatum esse parte regni. 12. quod tu deberes multa multis distribuere & donare, qui te in bello erant secuti.

13 fa-

fuisset, ea sumeres, non recusavit 13. Etenim, Antiochus 14. Magnus ille Rex Asiae, cum 15. posteaquam a Scipione devictus, Tauro tenus 16. regnare iussus esset, omnemque hanc Asiam, quae est nunc nostra provincia, amisisset: dicere est solitus, benigne sibi a populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione 17. liberatus, modicis regni terminis 18 uteretur: potest 19 multo facilius se Deiotarus consolari 20 Ille 21 enim furoris 22 multam 23. sustinuerat 24, hic 25 erroris. Omnia 26 tu Deiotaro Caesar, tribuisti, cum 27. & ipsi & filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento atque conservato 28. nullum beneficium populi Romani, nullum iudicium de se 29 Senatus imminutum putat 30. magno animo & erecto est, necunquam sucumbet 31 inimicis, ne fortunae quidem 32. Multo 33 se arbitratur & peperisse 34 antea factis 35 & 36 habere in animo atque virtute: quae nullo modo

13 facile passus est Deiotarus, ut etiam a se aliqua sumerentur, quoniam fuisset in partibus Pompeii. 14 dicere est solitus. 15 cum iussus esses. 16. usque ad montē Taurū, qui dividit Asiam & Syriam. 27. cum regiminis. 18. finibus. 19 itaque nunc potest. 20 in iactura provinciarū suarū. 21 Antiochus. 22 sui, seditionis. 23 poenam. 24 poenam dederat passus erat. 25 Deiotarus autem poenam patitur ob suum errorem. 26 laudem virtutis. 27 quando dum. 28 hoc nomen Regis si retinebit Deiotarus. 29 Deiotaro. 30 putat esse. 31 superabitur ab inimicis suis. 32 neque etiam succumbet fortunae. 33 laudem & habitum virtutis. 34 se promeruisse. 35 in rebus olim praeclare gestis. 36 & se possidere

do poſſit amittere. Quæ enim fortuna, aut qui caſus, aut quæ tanta poſſit iniuria omnium imperatorum de Deiotaro decreta 37. delere: ab omnibus enim hic ornatus 38 qui poſtquam in caſtris eſſe potuit per 39 ætatem 40. in Aſia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella geſſerũt. Sanatus vero iudicia de illo tam multa tamque honorifica, quæ publicis populi R. literis monumentisque 41. conſignata ſunt, quæ unquã vetuſtas 42 obruet, aut quæ tanta delebit oblivio? quid de virtute eius dicam? quid de magnitudine animi, gravitate, conſtantia? quæ omnes docti atque ſapientes ſumma 43, quidã 44. etiam ſola bona eſſe dixerunt: hiſque 45. non modo ab bene, ſed etiam ab beate 46. vivendum contentam virtutem eſſe. Hæc ille 47 reputans 48 & dies & noctes cogitans, non modo tibi non ſuccẽſet, (eſſet enim non ſolum ingratus, ſed etiam amens) verum omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis acceptam 40. refert clementiæ tuæ.

dere multa in animo ſuo & virtute. 37 egregia judicia de ipſius virtute. 38 laudatus, honoratus. 39 propter. 40 militaris ætas Romana fuit ab anno 17. 41 tabulis publicis, 42. longum tempus delebit. 43 ſumma bona eſſe dixerãt. 44 ſapientes & docti. 45 & his bonis virtutibusque. 46 feliciter. 47 Deiotarus. 48. expendens in animo ſuo. 49 adſcribit, tribuit.

CAPUT. XIV.

QVo quidem animo, cum 1. antea fuerit, tũ 2. nõ dubito, quin tuis literis, quarũ exẽplum

1 Non ſolum. 2 ſed etiam.

plum 3 legi, quas ad eum Tarracone 4. huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit 5. ab omnique sollicitudine abstraxerit 6. Iubes enim eum bene sperare, & bono esse animo: quod scio te non frustra scribere solere. Memini enim iisdem fere verbis ad me te scribere, meque tuis 7. literis bene sperare, non frustra esse iussum. Laboro equidem regis Deiotari causa: 8. quocum mihi amicitiam resp: conciliavit, familiaritatem cosvetudo 9 attulit, summam vero necessitudinem 10 magna eius officia 11. in me & in exercitum meum 12 effecerunt. Sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, quibus semel 13. esse ignotum a te oportet 14, nec 15. beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum sollicitudinem 16. sempiternam. nec accidere 17. ut quisquam 18. te timere incipiat eorum, qui semel a te sint liberati timore. Non debeo, C. Cæsar, quod fieri solet in tantis periculis, tentare, quonam modo 19. dicendo misericordiam tuam commovere possim nihil, opus est. Ocurrere 20 illa 21 solet supplicibus,

3. 4 ex urbe Tarracone quæ in Hispania sita erat. 5 ad constantiā & ad lætitiam. 6 liberaverit. 7 in tuis. 8 propter Regem. 9 longa conservatio, 10 amicitiam. 11 beneficia. 12 cum ego Imperator essem in Cilicia. 13 omnino. 14 quibus veniā omnino dare te oportet. 15 nec oportet. 16 me tū. 17 nec oportet fieri aut contingere. 18 eorū 19 quibus argumentis aut rationibus, qua oratione. 20 prævenire. 21 tuā misericordia.

22 etiam

bus & calamitosis, nullius oratione evocata 22. Propone tibi duos 23. reges: & id animo contemplare, quod oculis non potes 24. Dabis 25 profecto misericordiæ, quod iracundiæ negavisti 27. Multa sunt 27. tuæ clementiæ monumenta 28. sed maxime eorum incolumitates quibus salutem 30 dedisti. Quæ si in privatis 31 gloriosa sunt 32 multo magis commemorabuntur 33. in regibus. Semper regium nōmen in hac civitate sanctum 34 fuit, sociorum vero regum 35, & amicorum, sanctissimũ.

22 etiam si non evocetur & imploretur oratione alicuj9. 23 Deiotarũ patrem & Deiotarũ iuniorem 24 contēplari. 25 concedes, indulgebis. 26 recusavisti. 27 habemus prostāt. 28 exēpla, documenta. 29 liberationes. 30 libertatē & incolumitatem. 31 hominibus, personis. 32 gloriã afferunt. 33 laudabuntur 34 quod violari nefas esset. 35 nomē.

CAPUT. XV.

QUod nomen hi 1. reges ne amitterent, te victore 2, timuerunt: retentum 3 vero & a te confirmatum posteris etiam suis tradituros 4. esse confido: Corpora vero sua, pro salute regũ suorum hi legati tibi regii tradunt, Hieras, & Blesamius, & Antigonus, tibi nobisque omnibus iam diu noti, eademque 5. fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus est ad te missus, tum regum amicissimi 6, tum tibi etiam, ut spero, probati 7. Ex-

qui-

1 Hi duo Deiotari. 2 postquam victoriam reportasti. 3 nomen, quod retinebunt tuo beneficio. 4 relicturus. 5 pari. 6 qui non solũ Regibus suis sunt fideles. 7 a te laudati.

quire 8. de Blesamio, nunquid ad regem contra dignitatem 9. tuam scripserit? Hieras quidem causam omnem suscipit, & criminibus illis pro rege se supponit 20. reum, memoriam tuam implorat, qua vales plurimum: negat unquam 11 se a te in Deiotari Tetrarchia pedem discessisse; in primis finibus tibi se præsto 12 fuisse dicit, usque ad ultimos 13 prosecutum 14: cum e balneo exisses, tecum se fuisse, cum illa munera inspexisses cœnatus 15. cum in cubiculo recubuisses: eandemque assiduitatem 16. tibi se præbuisse postridie. Quamobrem, si quid eorum 17, quæ obiecta sunt 18. cogitatum sit, non recusat, quin id facinus suum iudices 19. Quocirca, C. Cæsar, velim existimes, hodierno die sententiam tuam, aut cum summo dedecore miserrimam pestem 20 importaturam 21. esse regibus, aut incolumem 22. famam cum salute: quorum alterum 23. optare, illorum 24 crudelitatis est: alterum 25. conservare, clementiæ tuæ 26.

8 percontare. 9 honorem. 10 vadem se sistit atque pro Deiotaro. 11 dicit se nunquam. 12 præsentem. 13 fines 14 comitatum esse. 15 postquam cœnaveras. 16 frequentem, præsentem & celeberrima officia. 17 ex his criminibus. 18 Deiotaro. 19 offert se, ut de se statuas, quidquid velis. 20 malum, periculum. 21 allaturum. 22 intemeratam. purã. 23 prius. 24 eorum, qui accusant Deiotarum. 25. famam & salutem Regum. 26 est; ad clementiam tuã pertinet.

SEN.

NEmo fere est, qui sui periculi iudex non sibi se æquiorem quam reo præbeat,

Immane est dicere, pereant amici, dum simul inimici intercidant.

Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, iustum, severum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, sunt regiæ laudes: illa privata est.

Frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam virtutem esse maximam iudico.

Corruptela servi, si non modo impunita fuerit, sed etiam a magna auctoritate approbata, nulli parietes nostram salutem, nullæ leges, nulla iura custodient: ubi enim id, quod intus est atque nostrum, impune evolare potest, contraque nos pugnare, fit in dominatu servitus, in servitute dominatus.

Semper regium nomen in civitate Romana sanctum fuit: sociorum vero regum & amicorum anctissimum.

ORATIO. V.
quæ est
PRO L. MANILIA.
Argumentũ Orationis pro L. Manilia.

GRavia & diuturna Romanis cum Mithridate Rege Ponti bella fuere. Contra hunc primum missi sunt cum imperio Sylla & post L. Lucullus. Hi duo quamquam regem magnis cladibus afflixerunt, indebellatũ tamen relinquere coacti sunt. Sylla enim, ad reprimendã factio-

factionem Marianam, Romam rediit, pace cum Mithridate facta, L. Lucullus cum Regem iam ad èxtremum pene spiritum redegisset, per seditionem militum suorum, sequi longius nolentium, prohibentur id bellum finire. Ad hæc Lucullus Senatus consulto avocabatur ab eo bello. Itaque exercitu eius disperso Mithridates impune grassabatur. Proinde C. Manilius tribunus plebis legem ferebat, ut Pompeio Phrygia, Lycaonia Galatia, Cappadocia, Ciliciá, Colchis, Pontus, Armenia, aliaque loca & exercitus, quos Lucullus tenebat, crederentur, & contra Mithridatem & Tigranem Imperator extra ordinem iret. Hac lege potentia Pompeii nimis crescere, & Lucullus imminui videbatur. Quare optimi quique rogationi huic sine lege obsistebant. Sed cum dies promulgationis adesset, metu plebis, quæ Pompeio favebat, quiescebat. Silus Catulus & Hortensius Consulares rogationem dissvadebant, Hic Cicero respondet hac Oratione svadetque populo, ut lege Manilii Pompeium ducem declarent belli Mithridatici, & obiectiones, Catuli & Hortensii refutat.

Genus orationis est deliberativũ. Svadet enim Cicero, ut Pompeium deligant ducem eius belli; atque huc pertinet laus Pompeii ex Genere demonstrativo.

Status est coniecturalis: An pompeius bello Mithridatico sit præficiendus? quod affirmatur.

Stylus seu dicendi character est temperatus.

Habita hæc Oratio ad populum M. Æmilio Lepido I. Volcatio Tullo Coss. Anno V. C. DCLXXXVII. Cicerone ætatem agente XLI.

Eventus fuit, ut valeret Lex Manilii, & Pompeius præfectus fuit bello Mithridatico.

ORA-

ORATIO. V. PRO LEGE MANILIA, AD POPULUM.

CAPUT I.

QUamquam mihi semper frequens conspectus 1 vester multo iucundissimus, hic autem locus 2. ad agendum 3. amplissimus 4, ad dicendum ornamentum est visus, Quirites: tamen hoc auditu 5. laudis 6. qui semper optimo cuique 7. maxime patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes 8. ab ineunte ætate 9. susceptæ prohibuerunt. Nam cum antea per 10. ætatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem statueremque 11, nihil huc 12, nisi 13 perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere, omne meum tempus amicorum temporibus 14., transmittendum 15. putavi. Ita neque hic 16. locus vacuus fuit unquam ab iis, qui vestram causam defenderent: & meus labor in priva-

1 præsentia. 2 forum iudiciale, rostra. 3 Causas forenses ad dicendum. 4 decorus mihi, honorificus. 5 occasione, consvetudine. 6 acquirendæ, adipiscendæ. 7 cuilibet. 8 propositum meum, vitæ meæ constitutiones. 9 a prima juventute. 10 propter ætatem adhuc iuvenilem 11 putarem, persvaderer. 12 ad hunc locum, ad hæc rostra. 13 nisi id quod esset perfectum. 14 periculis, causis forensibꝰ. 15 indulgendum, permittendum. 16 hæc rostra.

17 causis

privatorum periculis 17. caste 18, integreque 19 versatus, ex vestro iudicio 20. fructum 21. est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum 22. ter præter primus centuriis 23. cunctis renunciatus sum facile, intellexi, Quirites, & quid de me judicaretis, & quid aliis præscriberetis 24. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandis 25. esse voluistis, & 26. ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre; & si quid auctoritatis in me est, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt; & si quid etiam dicendo consequi 28 possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei 29. fructum 30. suo iudicio 31. tribuendum esse censuerunt. Atque illud 32. inprimis mihi lætandum iure esse video, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione 33. dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio 34. nemini de-

17 caulis forensibus defendendis. 18 sincere. 19 dum muneribus me corrumpi non sum passus. 20 sententia, opinione. 21 utilitatem 22 conventum populi Romani, suffragiorū causa. 23 a centuriis, a populo, qui in centurias dividebatur. 24 quod ipsi de me judicare deberent. 25 in honoribus, qui mihi dati sunt. 26 & cum in me sit tanta facultas agendi. 27 consvetudine. 28 efficere. 29 huic eloquentiæ meæ. 30 honores amplissimos. Ædilitatem scilicet & Præturam. 31 suffragio, voluntate. 32 propter illud. 33 more, modo, consvetudine. 34 copia verborum

35. justa

deesse potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute. Huius autẽ orationis difficilius est exitum, quam principium invenire. Itaque non mihi tam copia, quã modus 35. in dicendo quærendus est.

35 justa moderatio.

CAPUT II.

ATque ut inde 1. oratio mea proficiscatur 2, unde hæc omnis causa dicitur 3 bellũ grave & periculosum vestris vestigalibus 4. atque sociis a duobus potentissimis regibus infertur, Mithridate, & Tigrane: quorum alter relictus 5. alter 6. lacessitus 7. occasionem sibi ad occupandã Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus 8 Romanis, honestissimis viris, adferũtur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res 9 agũtur 10. in vestris vectigalibus exercẽdis 11. occcupatæ, qui ad me pro necessitudine quæ mihi est cũ illo ordine 13, causã reip: pericula que rerũ suarũ detulerunt 14. Bithyniæ, quæ nunc vestra provincia est, vicos exustos esse complures: regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus 15. totũ esse in hostium

1 Ex hac re. 2 incipiat, profluat. 3 derivatur, originẽ habet. 4 iis hominibus, qui vobis vectigalia in provincijs solvunt. 5 non plane fuit victus. 9 Tigranes. 7 ad bellum nobiscum gerendum irritatus a Lucullo. 8 qui in provincijs vectigalia exigunt & solvunt. 9 opes. 10 periclitantur. 11 administrandis. 12 amicitia. 13 publicanorum. 14 nunciarunt mihi. 15 oppidis, locis, in quibus vestra vectigalia maxime exiguntur.

ium poteſtate; Lucullum magnis rebus ge-
is 16. ab eo bello diſcedere; huic 17 qui
ccurrerit, non ſatis eſſe paratum 18. ad tã-
um bellum adminiſtrandum: unum 19. ab
mnibus ſociis, & civibus ad id bellum impe-
atorem depoſci atque expeti, eundem hunc
num ab hoſtibus metui, præterea neminem.
Cauſa 20 quæ ſit, videtis: nunc quid agen-
um ſit, conſiderate. Primum mihi videtur de
enere belli, deinde de magnitudine, tum de
mperatore deligendo eſſe dicendum. Genus 21
ſt enĩ eiuſmodi 22. quod maxime veſtros ani-
nos excitare atque inflammare debet: in quo
gitur 23. populi Romani gloria, quæ vobis
maioribus cum magna in rebus omni-
us tum ſumma 24. in re militari tradita
25. eſt? agitur ſalus ſociorum, atque amicorũ,
ro qua 26. multa maiores veſtri magna &
ravia bella geſſerunt: aguntur 27. certiſſima
populi Rom: vectigalia, & maxima: quibus
28 amiſſis, & pacis ornamenta 29. & ſubſidia
elli requiretis 30. aguntur bona multorum
civium, quibus a vobis, & ipſorum & reip:
cauſa conſulendum. 31. CAPVT

16 poſtquam magnas res geſſerat. 17 eum vero, qui A-
riobarzano huic debeat ſuccurrere. 18 inſtructum, idoneũ.
19 ſolum Pompeium. 20 materia de qua ego nunc dicã, &
de qua vos debetis nunc ſuffragia ferre. 21 belli. 22 ita eſt
comparatũ. 23 verſatur. 24 gloria. 25 relicta, & quã vos
conſervare debetis. 26 ſalute & conſervatione. 27 in peri-
culo ſunt. 28 quæ ſi amiſſa ſunt. 29 media pacis conſervã-
dæ. 30 deſiderabitis, 31 auxilium ferendũ, proſpiciendũ.

CAPUT. III.

ET quoniam semper appetentes 1. gloriæ præter cæteras gentes, atque avidi laudis fuistis, delenda est 2. vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta 3. quæ penitus iam insedit, atque inveteravit in populi Romani nomine: quod is 4. qui uno die tota 5. Asia, tot in civitatibus, uno nūcio, atque una literarū significatione 6 cives Rom. necandos trucidandosque denotavit 7. non modo adhuc pœnā nullā suo dignā scelere 8 suscepit 9. sed ab illo tēpore 10 anū iam tertiū & vigesimum regnat, & ita regnat, ut se non Ponto 11, neque Cappadociæ latebris 12. occultare velit, sed emergere 13. a patrio 14. regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiæ luce 15 versari 16 Etenim adhuc ita vestri cum illo rege cōtenderunt 17, imperatores, ut 18 ab illo insignia 19. victoriæ, non 20. victoriā reportarent. Triūphavit L. Sylla, triūphavit L. Muræna de Mithridate, duo fortissimi viri, & sūmi imperatores 21, sed ita triūpharūt, ut ille pulsus 22, superatusque regnaret. Verū tamen

1 Cupidi. 2 vos oportebit extingvere illam maculam & illud dedecus. 3 accepta. 4 Mithridates. 5 in tota. 6 uno mandato facto per literas. 7 iussit. 8 crudelissimo facinore. 9 pertulit. 10 quo cives Romanos trucidari iussit. 11 in Regno Pontico. 12 speluncis 13 sed quod velit etiam audacter prodire. 14 Pontico. 15 conspectu. 16 grassari. 17 pugnarunt. 18 ut quidem. 19 honores. 20 non vero ipsam & plenā victoriā. 21 sed tantū modo. 22 quā vis pulsus & superatus sit, tamē adhuc regnaret & potēs sit ac metuēdꝰ

mē illis imperatoribus laus est trubuēda, quod egerūt 23 venia dāda 24. quo reliquerunt 25. propterea quod ab eo bello Syllā in Italiā respublica 26. Muræuam Sylla revocavit.

23 vexaverunt Mithridatem, eumque coêgerunt accipere leges pacis. 24 ipsis est. 25 eum, quod eū non persecuti fuerunt ulterius. 26 reipublicæ, necessitas.

CAPUT. IV.

Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem 1. novi contulit 2. qui postea quā maximas ædificasset ornassetque 3. classes, exercitusque permagnos, quibuscunque ex gētibus potuisset, comparasset 4. & se Bosphoranis 5. finitimis suis bellū inferre simulasset, usque in Hispaniā legatos Ecbatanis 6. misit ad eos duces 7. quibuscū tū bellū gerabamus: ut, cū duobus in locis distinctissimis 8 maximeque diversis uno 9. cōsilio, a binis 10 hostiū copiis, bellū terra marique gereretur, vos 11. ancipiti contentione districti, de imperio dimicaretis 12 Sed tamen alterius partis 13 periculū, Sertorianæ atque Hispaniensis, que multo plus fir-

 mamen-

1 instructionem, initium. 2 applicuit. 3 instruxisset. 4 collegisset, conscripsisset. 5 accolis Bosphori Thracii. 6 ex urbe Ecbatanis, quæ metropolis est Mediæ. 7 Sertorium aliosq; reipublicæ tum hostes. 8 remotissimis. 9 conjūctis unitis consiliis. 10 a gemino exercitu. 11 Quirites, 12 sic vos diversas haberetis opiniones, & incerti essetis, cui imperiū exercitus Romani mandari deberet. 13 hostis.

mamēti ac roboris habebat 14 Cn. Pōpeii divino 15 consilio ac singulari virtute depulsū est: in altera parte 16. ita res 17. a L. Lucullo, sūmo viro, est administrata, ut initia illa gestarū rerū magni atque præclara, nō felicitati eius sed virtuti 18. hæc autē extrema 19 quæ nuper acciderūt, nō culpæ 20. sed fortunæ tribuēda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco 21, & ita dicam, Quirites, ut neque vera 22. laus ei 23. detracta 24, oratione nostra, neque falsa 25 afficta esse videatur: de vestri imperii dignitate atque gloria quoniam is exorsus 26. orationis meæ, videte, quem nobis animum 27. suscipiendum 28. putetis.

14 quam quidem exercitus Mithridatis. 15 prudētissimo- 16 Mithridatis. 17 imperium. 18 fortitudini. 19 hoc ultimum autem, quod regem persequi non potuit. 20 Luculli. 21 in hac tamen oratione. 22 debita. 23 Lucullo. 24 adēta. 25 laus. 26 contextus, & quasi filum & præcipuum argumentum. 27 sententiam. 28 ferendum, sumendum.

CAPUT. V.

MAiores vestri sæpe mercatoribus, ac naviculatoribus 1 injuriosius tractatis 2, bella gesserūt: vos tot civiū Rom: millibus, uno nūcio atque uno tēpore necati 3 quo tādē animo esse debetis 4? legati quod 5 erāt appellati superbius, Corīthū pātres vestri, totius Græciæ lumen

1 Qui navium domini sunt, & operam suam locant ad merces vehendas. 2 si forte tractati fuerunt. 3 postquam tot cives necati fuerunt. a Mithridate. 4 quid putatis, vos facere debere. 5 quoniam. 6 cla-

lumen 6: exſtinctũ eſſe voluerũt: vos eũ regem inultum eſſe 6 patiemini, qui legatum populi Rom. coſularem 8. vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatũ negavit? Illi libertatem civium Rom: iminutam 10 non tulerunt 11 vos vitã ereptã negligetis 12? Ius legationis verbo 13 violatum illi 14. perſecuti ſunt: vos legatum populi Rom: omni 15: ſupplicio interfectum inultum relinquetis? videte 16, ne ut 17. illis pulcherrimũ 18. fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere, ſic vobis turpiſſimum ſit, illud 19 quod accepiſtis, tueri & conſervare non poſſe. Quid? quod 20 ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur 21. Regno expulſus eſt Ariobarzanes rex, ſocius populi Rom: atque amicus: imminẽt 22. duo reges toti Aſiæ nõ ſolũ vobis inimiciſſimi, ſed etiam veſtris ſociis atque amicis: civitates autẽ omnes cuncta Aſia atque Græcia veſtrum auxiliũ expectare propter periculi magnitudinẽ cogũtur: imperatorẽ a vobis certũ 23 depoſcere, cũ præſertim vos

 alium

6 clariſſimam urbem. 7 non puniri. 8 virum, qui iam Conſul fuerat. 9 maiores veſtri 10 eſſe, imminui, violari, debilitari. 11 paſſi ſunt. 12 vosve concedetis, ut vita l[e]gato veſtro impune erepta ſit? etiam unico verbo iniurioſo. 14 maiores veſtri. 15 crudeliſſimo. 16 conſiderate, expedire. 17 quemadmodum. 18 honorificnm 19 illã gloriam Imperij. 20 quinimo etiam. 21 trahitur. 22 minantur, inferre bellũ volunt. 23 Pompeium, cui fidere poſſit.

24 Lu-

alium 24 miseritis, neque audent, neque se id facere summo sine periculo posse arbitrantur: vident 25, & sentiunt hoc idem, quod vos 26 unum 27. virum esse in quo summa 28. sint omnia, & eum 29, prope esse (quo etiam carent ægrius 30:) cuius adventu ipso 31. atque nomine 32. tametsi ille ad maritimum 33. bellum venerit, tamen impetus hostium repressos 34. esse intelligunt, ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacere rogant, ut se 35 quoque, sicut cæterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem 36. tali viro commendetis: atque hoc etiam magis quam cæteros, quod 37. eiusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut, etiamsi ab hoste defendant 38. tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione 39. differant 40. Hunc 41. audiebant antea, nunc præsentem vident, tanta temperantia, tanta 42, mansuetudine, tanta humanitate, ut ii beatissimi 43. esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur.

24 Lucullum. 25 amici & socii vestri vident hoc. 26 quod vos videtis & sentitis. 27 scilicet, unum esse Pompeiū. 28 præclara virtus, auctoritas, scientia rei militaris &c. 29 solum Pompeium. 30 quem maxime desiderant. 31 solo. 32 fama. 33 cum piratis gerendum. 34 metu Pompeii advenientis. 35 ipsos. 36 conservationem. 37 quoniam alias. 38 socios & provinciam. 39 devastatione. 40 quoniam avari sunt, & civibus bona sua solent eripere. 41 Pompeiū. 42 tam temperantem esse. 43 felicissimi.

CAP.

CAPUT. VI.

QVare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti 1 maiores vestri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Pœnis 2. bella gesserunt: quanto 3? vos studio convenit iniuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate 4. defendere? præsertim cum de vestris maximis vectigalibus agitur. Nam cæterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta 5. sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas 6. vix 7, contenti esse possimus: Asia vero tam opima est, & fertilis, ut & ubertate 8. agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum 9. quæ exportantur 10. facile omnibus terris 11 antecellat. Itaque hæc 12 vobis provincia, Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatē sustinere 13 vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. Nā cæteris in rebus cum venit calamitas 14, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non solum adventus 15. mali 16, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum 17 hostium copiæ non longe absunt,

etiam

1 Quamvis maiores vestri ipsi nulla iniuria affecti erant 2 Carthaginensibus. 3 quanto cum ardore decet vos defendere salutē &c. 4 honore. 4 tā exigua. 6 defendēdas. 7 ut illa vix sufficiāt aut satis sint. 8 fertilitate. 9 merciū. 10 devehuntur in alias provincias. 11 provinciis. 12 Asia. 13 tueri, conservare. 14 tēpestas, quæ calamos in agris prosternit. 15 præsentia. 16 calamitatis, detrimenti. 17 quoniā, quando, dum. 18 ad-

etiamsi 18 irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorũ navigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis 19, neque ex scriptura 20 vectigal conservari potest. Quare sæpe totius anni fructus 21. uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos 22, qui vectigalia nobis pensitant 23, aut eos, qui exercent 24. atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis prope adsint, cum una excursio equitatus: 25. perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit: cum publicani familias maximas, quas in saltibus 26. habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis 27, magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus 28, frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi 29. sunt, conservaveritis, non solum (ut antea dixi) calamitate 30 sed etiam calamitatis formidine liberatos 31?

18 adhuc. 19 decimis, decima pars frumenti collecti. 20 vectigal, quod ex decimis colligebatur. 21 proventus, reditus, vectigal. 22 incolas Asiæ. 23 exsolvunt. 24 administrant. 25 equitum. 26 in sylvis. 37 familiæ quas habent in custodiis, 28 vectigalibus. 29 utiles. 30 liberatos. 31 ita ut liberentur a calamitate.

CAPUT. VII.

Acne illud quidē 1 vobis negligēdū est, quod mihi ego extremum 3. proposueram, cum essem

1 Non etiam 2 ultimo loco dicere.

ſſem de belli genere dicturus, quod ad multo- um bona civium Rom. pertinet 3: quorum vobis pro veſtra ſapientia, Quirites, haben- da eſt ratio 4. diligenter. Nam & publicani, homines & honeſtiſſimi & ornatiſſimi 5. ſuas rationes & copias 6. in illam provinciam con- tulerunt 7: quorum ipſorum per ſe 8. res, & fortunæ 9. curæ vobis eſſe debent. Etenim ſi vectigalia nervos 10. eſſe reipubl: ſemper duximus 11. eum certe ordinem 12. qui exer- cet 13. illa 14. Firmamentum cæterorum or- dinum recte eſſe dicemus. Deinde cæteris ex ordinibus 15: homines gnavi 16. & indu- ſtrii partim in Aſia negotiantur 17. quibus 18. vos abſentibus conſulere 19. debetis, par- tim ſuas et ſuorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent 20. Erit igitur hu- manitatis veſtræ 21. magnum eorum civium numerum calamitate prohibere 21. ſapientiæ 23. videre 24. multorum civium calamita- tem a republ: 25. ſeiunctam eſſe non poſſe 26. Etenim illud primum parvi 27. refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria 28

3 ſpectat. 4 cura. 5 omni laude digni, ampliſſimi. 6 rē familiarem, opes. 7 miſerunt. 8 etiamſi nihil aliud conſi- deretis. 9 bona, opes. 10 robur, firmamentum. 11 puta- vimus. 12 publicanorum. 13 adminiſtrat. 14 vectigalia. 15 ſtatibus. generibus hominibus. 16 diligentes. 17 mercatu- rā exercent. 18 quorum rebus. 19 proſpicere. 20 colloca- runt. 21 itaque officium veſtrum erit. 22 conſervare. 23 ad ſapientiam vero veſtram ſpectabit. 24 conſiderare. 25 a ca- lamitate reipublicæ. 26 ſed utramque inter ſe cohærere 27 parum intereſt.

28 per

recuperare 29. Neque enim iisdem 30. redimendi 31, facultas erit propter calamitatem 32, neque 33. aliis voluntas propter timorem: deinde quod nos eadem Asia, atque idem ille Mithridates initio belli Asiatici docuit, id quidem certa calamitate docti 34. memoria retinere 35. debemus. Nam tum 36. cum in Asia res 37. magnas permulti amiserant, scimus Romæ, solutione impedita, fidem concidisse 38. Non enim possunt una in civitate multi rem 39. atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahãt. A quo periculo prohibete 40. remp: & mihi credite id, quod ipsi videtis: hæc fides 41. atque hæc ratio 42 pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro 43 versatur 44. implicita est cum illis pecuniis Asiaticis, & cohæret. Ruere illa 45. non possunt, ut hæ 46. non codẽ labefactata motu 47. concidant 48. Quare videre, num dubitandum vobis sit 49. omni studio ad id bellum incumbere 50.

28 per victoriam. 29 restituere, reddere. 30 publicanis. 31 recuperandi, adhuc semel amandi vectigalia. 32 propter damnum, quod passi sunt aut fecerunt. 33 nec erit alijs voluntas hæc vectigalia redimendi aut cõducendi. 34 quid docti sumus. 35 in memoria perpetua tenere. 36 illo tempore. 37 opes. 38 mercatores omnẽ fidẽ amisisse, quoniã plurimi debita sua solvere non poterãt. 39 bona sua. 40 defendere debetis. 41 *Credit.* 42 status, cõditio. 43 ubi erãt tabernæ & mensæ argentariorum. 44 tractatur. 45 pecuniæ Asiaticæ 46 pecuniæ Romanæ. 47 turbatione, calamitate. 48 conturbentur. 49 num vos dubitare debeatis.

50 omni

o. in quo gloria nominis vestri, salus socio-rum, vectigalia maxima, fortunæ 51. pluri-morum civium cum republ: defenduntur.

50 omni studio contendere. 51 bona.

CAPUT. VIII.

QVoniã de genere belli dixi, nũc de magnitudine pauca dicã. Potest enim hoc dici 1, belli genus esse ita necessariũ, ut sit 2. gerendũ: non esse ita magnũ, ut sit pertimescendũ. In quo maxime laborandũ est, ne forte a vobis, quæ 3. diligentissime providenda 4. sunt, cõtemnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantũ impertire 5. laudis, quantũ forti viro & sapientissimo homini, & magno imperatori 6. debeatur: dico eius adventus 7 maximas Mithridatis copias, omnibus rebus 8. ornatas atque instructas fuisse, urbẽque Asiæ clarissimã nobisque amicissimam Cyzicenorũ obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine 9 & opugnatã vehemẽtissime, quã L. Lucullus virtute 10. assiduitate, consilio, sũmis obsidionis periculis liberavit: ab eodẽ 11 imperatore classem magnam, & ornatam 12. quæ ducibus 13. Sertorianis ad Italiam studio

1 Vere dici. 2 necessario. 3 ea, quæ. 4 consideranda. 5 tribuere. 6 duci exercitus. 7 cum ipse adveniret. 8 ad bellũ gerendum necessariis. 9 exercitu. 10 fortitudine sua. 11 dicam etiam hoc porro, ab eodem &c. 12 omnibus rebus instructam. 13 a ducibus Sertorii.

14 ex

dio inflãmato 14 raperetur 15. superatã esse atque depressam 16: magnas hostiũ præterea copias multis præliis esse deletas 17. patefactumque nostris legionibus esse Pontũ 18. qui antea populo Rom: ex 19. omni auditu 20. clausus esset. Sinopẽ atque Amosũ 21. quibus in oppidis erãt domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta, cæterasque urbes Põti, & Cappadociæ permultas uno aditu 22. atque adventu esse captas; regẽ spoliatũ 23. regno patrio atque avito 24 ad alios se reges, atque alias gẽtes supplicẽ 25 cõtulisse: atque hæc õnia salvis populi Rom. sociis, atque integris 26 vectigalibus esse gesta: Satis opinor hoc esse laudis, atque ita, Quirites, ut hoc vos intelligatis a nullo illorum, qui huic obtrectant legi 27 atque causæ 28. L. Lucullum similiter 29 ex hoc loco esse laudatum.

14 ex odio in Romanos vehementissimo. 15 properare 16 submersam & obrutam. 17 occisus 18 regnum Ponticum post fugam Mithridatis. 19 ab. 20 ubique. 21 occupata fuisse. 22 impetu. 23 qui eiectus & spoliatus. 24 quod a patre & avo acceperat. 25 auxiliũ rogantẽ. 26 ita ut populi Romani socij & vectigalia conservarentur. 27 qui dissvadent hanc legem a Manilio latam. 28 de qua ego nunc ago. 29 pari modo, tam egregia.

CAPUT. IX.

REquiretur 1. fortasse nunc, quẽadmodũ, cum hæc ita sint, reliquũ 2. possit esse magnum bel-

1 Interrogabitur. 2 bellum illud, quod adhuc gerẽdũ est.

3 iam

llum. Cognoſcite 3, Quirites, non enim hoc
e cauſa quæri videtur. Primum ex ſuo re-
no ſi 4. Mithridates profugit, ut 5, ex eodem
onto Medea illa 6. quondam profugiſſe dici-
r: quam prædicant 7. in fuga fratris ſui mē-
a in iis locis, qua 8. ſe 6. parens 10. perſe-
eretur, diſſipaviſſe, ut eorum 11. collectio
iſperſa, mœrorque patrius 12, celeritatem
erſequendi retardaret. Sic Mithridates fugi-
s maximam vim 13. auri atque argenti, pul-
errimūque rerum omnium, quas & a maio-
bus acceperat, & ipſe bello ſuperiore ex tota
ſia direptas 14. in ſuum regnum congeſſerat,
Ponto omnem reliquit, hæc 15. dum no-
ri 16. colligunt omnia diligentius, rex ipſe
manibus 15. effugit. Ita illum 18. in perſe-
uendi ſtudio mœror 19. hos 20. lætitia 21.
etardavit. Hunc in illo timore & fuga Ti-
ranes, rex Armenius, excepit 22, diffidētēque
3 rebus ſuis cōfirmavit 24,& afflictū 25 erexit,
erditūque 26. recreavit 27. Cuius 28. in re-
gnum

3 iam igitur attendite ad ea, quæ dicā. 4 eodem modo.
quemadmodū. 6 de qua in fabulis agitur. 7 de qua dicunt,
am occiſi fratris membra diſſipaviſſe &c. 8 per quæ loca.
Medeam. 10 pater, 11 mēbrorū. 12 paternus, quo pater
fficeretur. 13 copiam. 14 raptas. 15 hoc aurū & res preti-
ſas. 16 milites. 17 militū. 18 Lucullū. 19 quoniā ægre fe-
ebat, milites ſuos aurū colligentes in perſequēdo Mithri-
late retardari. 20 milites Romanos. 21 ob prædam. 22
uſcepit. 23 deſperantem. 24 conſolatus eſt, animū ipſi ad-
didit 25 triſtem. 26 calamitate ingenti affectū. 27 conſo-
lātus eſt. 28 Tigranis. 29 Lu-

gnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiã gẽtes cõtra imperatorẽ nostrũ 29 concitatæ sũt 30. Erat enim metus iniectus 31. iis nationibus, quas nũquã populus Rom. neque lacessendas 32. bello, neque tẽtãdas putavit. Erat enim ália gravis atque vehemens opinio, quæ per animos gẽtiũ barbararũ pervaserat 33, fani 34 locupletissimi & religiosissimi 35 diripiendi causa, in eas oras 36. nostrũ exercitũ esse abductũ. Ita nationes multæ atque magnæ novo quodã terrore ac metu concitabãtur. Noster autẽ exercitus, etsi urbẽ ex Tigranis regno ceperat, & præliis usus erat secũdis 37. tamẽ nimia 38. longinquitate locorũ, ac desiderio suorũ 39. cõmovebatur. Hic 40. iam plura non dicam. Fuit enim illud extremũ 41, ut ex iis locis 42 a militibus nostris reditus magis 43. maturus 54. quam processio 45. longior quæreretur 46. Mithridates autem & suam manũ 47. iam confirmarat 48. & eorum, qui se ex eius regno collegerant, & magnis adventitiis multorum regũ & nationũ copiis

29 Lucullũ. 30 ad bellũ. 31 factus, timebant enim illæ gentes, ne Romani converterent arma in ipsas 32 aggrediendas. 33 qua occupati erant animi barbarorũ. 34 tẽpli. 35 quod religiose & Sancte colebatur. 24 regiones. 37 felicibus. 38 propter nimiam. 39 desiderabat exercitus Romã redire, & detrectabat adeo ulteriorem militiã. 40 hoc loco autẽ de hac materia. 41 exitus tandẽ hujus belli fuit. 42 ex regno Tigranis. 43 potius. 44 tẽpestivus. 45 progressus ulterior. 46 desiderãtur. 47 exercitũ. 58 iterũ collegerat

40 no-

copiis 49 iuvabatur. Hoc iam ferè sic fieri solere accepimus 50, ut regũ afflictæ fortunæ 51 facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorũ 52, qui aut 53 reges sunt, aut vivunt in regno, quod regale 54 iis nomẽ magnũ & sanctũ. 55 esse videatur. Itaq; tantum victus efficere potuit, quantum incolumis 56 nunquã 57 est ausus optare. Nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illã, posteaquam pulsus erat, terram unquã attingeret: sed in exercitum vestrũ, clarum 58 atque victorẽ 59. impetum fecit. Sinite 60 hoc loco, Quirites, (sicut poëtæ solent, qui res Romanas scribunt) præterire me 61 nostram calamitatem; quæ tantá fuit, ut etiam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone 62 rumor afferret. Hic 63 in ipso malo gravissimaque belli offensione 64. L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, quod 65. imperii diuturnitati modum 66. statuendum veteri exemplo 67.

puta.

49 novis auxiliis. 50 scimus. 51 miser status. 52 eorum misericordiam. 53 aut ipsi. 54 regnum. 55 munitum & immune ab omni violatione & iniuria. 56 si miser factus aut victus non fuisset. 57 rursus: ut in regnum suum rediret. 58 celebrem ob res fortiter gestas. 59 a quo victus erat. 60 permittite. 61 ut silentio nunc transeam. 62 hominum. 63 illo tempore. 64 damno an illa victoria. 65 quoniam. 66 ne Lucullus imperium nimis diu retineret.

67 ve-

67. putavistis, partem militū, qui iam stipendiis confectis erant 68. dimisit, partē 69. Glabrioni tradidit. Multa prætereo consulto 70 sed ea vos coniectura perspicitis 71. quantum illud bellū futurū putetis, quod coniungāt reges potentissimi, renovent agitatæ 72 nationes suscipiāt integræ gentes, novus imperator vester accipiat, vetere 73 expulso exercitu.

67 velut olim observatum fuit. 68 qui iam stipendia ac tempora militiæ impleverant. 69 exercitus sui. 70 studio, de industria. 71 sed ipsi hoc potestis coniicere. 72 ad bellū cōcitāte. 73 postquā vetus exercitus Luculli est depulsus.

CAPUT. X.

SAtis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellū esset genere ipso 1. necessariū magnitudine 2. periculosū. Restat, ut de imperatore ad id bellū deligendo, ac tantis 3. rebus præficiendo, dicendum esse videatur. Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium 4: copiā tantā haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc vero cum sit unus 5. Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam 6. virtute superavit, quæ res est 7. quæ cuius quam

1 In se & suo genere. 2 propter magnitudinem suam. 3 tam gravibus ac periculosis. 4 virtute præditorum. non avarorum. 5 solus. 6 eorum gloriam, quorum in libris frequens est memoria. 7 quid est igitur.

8 de-

quam animum in hac causa 8. dubium facere possit? Ego enim sic existim..., in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine 9. scientior 10. unquam aut fuit aut esse debuit? qui e ludo 11. atque pueritiæ disciplina 12. bello maximo 13. atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est? qui extrema pueritia 14. miles fuit summi Imperatoris 15. ineunte 16. adolescentia maximi ipse exercitus Imperator: qui sæpius cum hoste conflixit 17. quum quisquam cum inimico concertavit, plura bella gessit, quam ceteri legerunt, plures provincias confecit 18. quam alii concupiverunt: cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis 19. præceptis sed suis imperiis 20, non offensionibus 21. belli, sed victoriis, non stipendiis 22. sed triumphis 23. est traducta? Quod denique genus belli esse potest, in quo istum non exercuerit fortuna reipubublicæ? Civile,

K Afri-

8 deliberatione. 9 Pompeio. 10 peritior. 11 schola. 12 institutione. 13 in bello maximo contra Cinnā 14 circa extremos annos pueritiæ suæ, circa annū ætatis. 15 Syllæ. 16 ab initiū adolescentiæ suæ, vel, in iuventute sua. 17 pugnavit. 18 plures regiones subiugavit & in provinciæ Romanæ formā redegit. 19 aliorū. 20 dū ipse in omnib9 præliis fuit imperator, atque ita experiētia & usu fuit edoctus. 21 detrimētis, iacturis. 22 militaribus. 23 frequētib9, quos egit. 24 be-

Africanū, Transalpinū, Hispaniense, mistum ex civitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, servile 24. navale 25. bellū varia & diversa genera & bellorum & hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta 26 nullam rem esse declarant in usu 27. militari positā, quæ huius viri sētentiā fugere possit 28.

24 bellum, quod servi gerebant in Italia, & cui se immiscebant aliæ civitates & nationes bellicosæ, Germani scilicet & Galli. 25 cum piratis. 26 ad finem perducta. 27 scientia, experientia. 28 quam Pompeius nesciat.

CAPUT. XI.

JAm vero virtuti Cn. Pōpeii quæ potest par 1. oratio inveniri? quid est, quod quisquā 2. aut dignum illo, aut vobis novum, aut cuiquā inauditum possit afferre? Neque enim illæ sunt solæ virtutes imperatoriæ 3. quæ vulgo 4. existimantur, labor in negotio, fortitudo 4. in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiēdo 6. consiliū in providēdo, quæ tanta sunt in hoc uno 7. quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, non fuerunt. Testis est Italia, quā ille ipse victor L. Sylla huius 8. virtute & subsidio confessus est liberatā 9: testis est Sicilia, quam mul

1 Virtus Pompeii satis laudari non potest. 2 nemo potest aliquid afferre, quod ille & vos non sciatis. 3 imperatoris. 4 a vulgo. 5 constantia. 6 in deducendis rebus ad finem. 7 solo Pompeio. 8 Pompeii. 9 fuisse

10 cir-

multis undique cinctam 10 periculis non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit 11. testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sangvine redundavit 12. testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione 13. patefactum est: testis est Hispania, quæ sæpissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit: testis est iterum, & sæpius Italia, quæ cum servili bello tetro 14. periculosoque premeretur, ab hoc 15. auxilium absente expetivit: quod bellum expectatione 16. Pompeii attenuatum 17. atque imminutum est, adventu 18. sublatum ac sepultum 19. testes vero iam omnes oræ 10. atque omnes exteræ gentes ac nationes, denique maria omnia, tum universa, tum in singulis oris 21. omnes sinus 22. atque portus. Quis enim toto mari locus 23 per 24. hos annos aut tā firmū habuit præsidiū 25 ut tutus esset? aut tam fuit abditus, ut lateret? quis 26. navigavit, qui non se, aut mortis,

10 circumdatam. 11 liberavit. 12 Africa madida facta fuit sangvine hostium a Pompeio occisorum. 13 postquam Galli a Pompeio victi fuerunt. 14 turpi, indecoro. 15 Pōpeio. 16 solo metu a Pompeio, quem Italia expectabat advenientem, & hostes metuebant. 17 disiectum. 18 eius; & cum denique Pompeius advenisset, sublatum penitus fuit bellum hoc servile. 19 compositum. 20 maritimæ, quæ infestabantur a piratis. 21. 22. in quos se recipere etiam possunt naves. 23 nullus locus, 24 intra, inde aliquot annis. 25 munimentum. 26 quis potuit ita tutus navigare.

aut servitutis periculo committeret 27. cum aut hieme, aut referto prædonum 28. mari navigaretur. Hoc tantum 29. bellum, tam turpe, tam vetus 30. tam late divisum 31. atque dispersum, quis ũquam arbitraretur aut ab omnibus 32. imperatoribus uno anno, aut omnibus 33. annis ab uno imperatore confici 34: posse? Quam 35. provinciam tenuistis a prædonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui præsidio classibus vestris fuistis 36? quam multas 37. existimatis insulas esse desertas? quam multas aut metu relictas, a prædonibus captas urbes esse sociorum?

27 in periculum præcipitaret. 28 in mari, quod repletũ & occupatum esset a piratis. 29 tam grande & periculosũ. 30 quod diu duravit. 31 diffusum. 32 etiamsi omnes nostri imperatores vires suas conjunxissent. 33 intra omnes illos annos, per quos hoc bellum duravit. 34 potuisse perduci ad finem. 35 nullam. 36 nemini fuistis præsidio, neminem potuistis defendere classibus vestris. 37 existimatis.

CAPUT. XII,

SEd quid 1 ego lõginqua 2. cõmemoro? fuit hoc quõdã, fuit proprium 3 populi Rom: lõge a domo 4. bellare, & propugnaculis 5. imperii sociorum fortunas 6, nõ sua tecta 7. defendere.

Sociis

1 Quare. 2 longe ab oculis vestris remota, in longinquis regionibus acta. 3: hæc consvetudo. 4 ab Italia. 6. bona, tranquillitatem. 7 domos.

8 dum

Sociis vestris ego mare clausum 8. per hosce annos dicam fuisse? cum exercitus nostri Brundusio 9. nunquam, nisi summa 10. hieme trasmiserint 11. Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar 12. cum legati populi Romani redempti 13. sint? mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures 14. in prædonum potestatem pervenerint? Cnidum, Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus, quibus vitam & spiritum ducitis 15. in prædonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis portum Baietæ celeberrimum, atque plenissimum 16. navium, inspectante 17. prætore, a prædonibus esse direptum 18? ex Miseno autem eius ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, a prædonibus esse sublatos 19? Nam quid ego Ostiense incommodum 20. atque illam labem 21. atque ignominiam reipubl. querar, cum prope 22. inspectantibus vobis 23.

8 dum ex metu a prædonibus non ausi sunt navigare. 9 a. 10 media. 11 trans mare navigaverint. 12 an querar, eos captos fuisse &c. 13. 14 duo Prætores, quorum quilibet sex lictores, qui secures gestabant, secum habebat 15 ex quibus portibus frumentum Romam advehitur, per quod vitam sustentatis. 16 in quo multæ erant naves. 17 præsente & rem adspiciente. 18. 19 raptos & ablatas fuisse. 20 damnum, quod prædones intulerunt urbi Ostiæ. 21 maculã dedecus. 22 quasi.

23, classis ea, cui consul populi Romani præpositus esset, a prædonibus capta atque oppressa 24. est? Pro dii immortales tantamne unius hominis 25 incredibilis, ac divina virtus tã brevi tempore lucẽ 26 afferre reip: potuit ut vos, qui modo 27, ante ostiũ 28. Tiberinũ classem hostium videbatis, ii 29. nunc nullã intra oceani hostium 30. prædonum navem esse audiatis? atque hæc qua 31 celeritate gesta sint quanquam videtis, tamen a me in dicendo prætereunda non sunt 32. Quis enim unquam, aut obeundi negotii, aut consequendi questus studio 33 tam brevi tempore tot loca adire 34 tantos cursus 35. conficere potuit, quã celeriter, Cn. Põpeio duce, belli impetus 36. navigavit? qui nõdũ tẽpestivo 37. ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam explicavit: inde Sardiniam cum classe venit: atque hæc tria frumentaria subsidia 38. reipubl: firmissimis præsidiis 39. classibus munivit. Inde se cum in Italiam recepisset 40. duabus 41. Hispaniis, & Galia Cisalpina præsidiis ac navibus

42 con-

23 in præsentia vestra. 24 demersa. 25 Põpeii. 26 honorem. 27 paulo ante. 28 locum in quo Tiberis fluvig in mare se effundit. 29 vos ipsi. 30 in toto mari mediterraneo. 31 quanta cum celeritate. 32 tamẽ ego hæc narrare debui 33 quis enim unquam mercator, qui negotia sua curat & lucri cupidus est. 34 per tot loca navigare. 35 navigationes. 36 classis Pompeii cupida victoriæ. 37 cum mare nondum idoneum esset ad navigationem. 38 ex quibus tribus locis Respublica suum frumentum accipit. 49 Garnison, 40 rediisset. 41 ultor ore & citeriore.

42 post-

42. confirmata 43. missis item in oram Illirici maris, & in Achaiam, omnemque 44. Græciam navibus, Italiæ duo 45. maria maximis classibus, firmissimisque præsidiis adornavit 46. ipse autem, ut 47. a Brundisio profectus est, unde quinquagesimo 48. die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit: omnes, qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius huius 49. imperio ac potestati se dediderunt. Idē Cretensibus, cū ad eū usque in Pamphyliā legatos deprecatoresqe 50 misissent, spē deditionis non ademit, obsidesque imperavit 5. Ita tantum bellū, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit 51. ineunte 53. vere suscepit, media æstate cōfecit 54.

42 postquam confirmaverat, tutas fecerat. 43 & postquam naves miserat. 44 totam. 45 Tyrrhenum & Adriaticum. 46 munivit. 47 postquam. 48 quadragesimò nono. 49 Pompeii. 50 qui precabantur, ne Pompeius vellet in ipsos crudeliter agere. 51 ut darentur obsides in fidem promissorum. 52 paravit sed ad hoc bellum. 53 incipiente vernali tempore. 54 ad finem perduxit.

CAPUT. XIII.

Est hæc divina, atque incredibilis virtus 1. imperatores. Quid ceteræ 2. quas paulo āte cōmemorare cœperā, quantæ, atque quā multæ sunt? non enim solū bellandi virtus in summo

1 Fortitudo. 2 virtutes.

mo atque perfecto imperatore quærenda est 3: sed multæ sunt artes eximiæ, huius administræ 4. comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia 5. debent esse imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quanta facilitate 6! quanto ingenio 7! quanta humanitate! quæ breviter, qualia 8. sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa 9. enim omnia sunt, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione 10. quam ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero 11. putare, cuius in exercitu veneant 12. centuriatus 13. atque venierint 14? quid hunc hominem magnum, aut amplum de republ. cogitare 15. qui pecuniam ex ærario depromptam 16. ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit 17 aut propter avaritiam Romæ in quæstu 18. reliquerit? Vestra admurmuratio 19. facit, Quirites,

3 requiritur. 4 famulæ, ministræ. 5 ita ut nemini velint nocere. 6 comitate, humanitate, ita ut facilem omnibus aditum præbeat. 7 consilio, prudentia, dicendi gravitate & copia. 8 quã egregie. 9 eximia, præclara. 10 cõparatione cũ aliis. 11 honore. 12 vẽdantur, prostent mercede. 13 officio Centurionum 14 venditi fuerunt. 15 an putamus, eum hominem cogitare de amplificando honore reipublicæ rebus præclare gestis. 16 numeratã, desumtã. 17 distribuerit, argentariis, ut ea pecunia fœnori collocetur. 19 murmur, colloquia vestra super iis. quæ nunc dixi.

20 ut

ites, ut agnoſcere 20. videamini, qui hæc
ecerint. Ego autem neminem nomino. Quare
raſci mihi nemo poterit niſi qui ante de ſe
1. voluerit confiteri. Itaque propter hanc
variciam imperatorum quantas calamitates,
uocunque ventum ſit 22. noſtri exercitus
erant 23. quis ignorat? itinera 24. quæ per
oſce annos in Italia per agros 25. atque op-
ida civium Rom: noſtri imperatores fecerunt
ecordamini 26: tum 27. facilius ſtatuetis 28.
uid apud exteras nationes fieri exiſtimetis.
Itrum plures 29. arbitramini per hoſce an-
os militum veſtrorum armis hoſtium urbes,
n hibernis 30. ſociorum civitates eſſe dele-
as 31? neque enim poteſt exercitus is con-
inere 32. imperator qui 33, ſe ipſum non
ontinet, neque 34. ſeverus eſſe in iudican-
o, qui alios in ſe ſeveros eſſe iudices non
ult 35. Hic 36. miramur hunc hominem
7. tantum excellere ceteris 38. cuius legiones
c 39. in Aſiam pervenerunt, ut non modo
nanus tanti exercitus, ſed ne veſtigium qui-
dem

20 ut videatur mihi, vos ſcire & noſſe eos, qui hoc fe-
erunt. 21 ſe hoc feciſſe. 22 in quaſcunque provincias vel
ociorũ vel noſtras venerit exercitus. 23 afferãt, efficiant.
4. 25 pagos, provincias. 26 quanta tunc calamitas fuerit
llata noſtris agris & oppidis. 27 exinde. 28 iudicabitis. 29
rbes. 30. 31 preſſas. 32 in diſciplina militari, ab avaritia
t rapinis prohibere. 33 qui ipſe avarus eſt & omnia ad ſe
apit. 34 neque is poteſt. 35. qui non vult, ut alij de ipſius
urpiter factis ſevere iudicent. 36 hoc loco, adeoque. 37
Pompeium. 38 imperatoribus. 36 hoc modo. 40 ut

dẽ cuiquã pacato nocuiſſe dicatur 40? Iã vero quẽadmodũ 41 milites 42 hibernent, quotidie ſermones ac literæ perferũtur: nõ modo, ut sũptũ faciat in militẽ 43. nemini vis affertur: ſed ne cupiẽti 44 quidẽ cuiquã permittitur. hiẽi 45 enim, nõ avaritiæ 46. perfugiũ maiores noſtri in ſociorum atque amicorum tectis 47. eſſe voluerunt.

40 ut non modo nihil rapuerint milites Põpeio, ſed ne pedem quidem moverint ad eum, qui hoſtis non eſſet. 41 quam tranquille & moderate. 42 Pompeii. 43 ad milites ſuſtentandos. 44 ſed neque permittitur etiam cuiquam, tametſi velit ſumtus facere in milites. 45 repellendæ 56 exercendæ. 47 urbibus, domibus.

CAPUT. XIV.

AGe vero 1. ceteris in rebus quali ſit 2. temperantia, conſiderate, unde 3. illam tantam celeritatem & tam incredibilem curſum initum 4. putatis? non enim illum eximia vis 5. remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi 6. aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas 7. terras pertulerunt, ſed hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt: non avaritia ab inſtituto curſu 8. ad prædam aliquam devocavit, non libido ad voluntatem, non amœnitas 9. ad delectationem, non nobilitas urbis ád cognationem 10. non denique labor ipſe ad quietem

1 Porro autem. 2 quam ſi temperans Põpeius. 3 ex qua cauſa. 4 factũ eſſe. 5 labor. 6 regendi naves. 7 extremas, lõginquas, 8 navigatione. 9 locorum. 10 perluſtrationem.

em 11. Poſtremo 12. ſigna 13. & tabulas 14 ceteraque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ ceteri 15. tollenda 16. eſſe arbitrantur, a ſibi ille 17, ne viſenda 18. quidem xiſtimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis 19. Cn. Pompeium, ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cælo delapſum 20. intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia 21. quod iam nationibus externis incredibile, ac falſo memoriæ proditum 22. videbatur: nunc imperii noſtri ſplendor 23. illis gentibus lucet 24. nunc intelligunt, non ſine cauſa maiores ſuos tum 25. cum hac temperantia 26. magiſtratus habebamus. ſervire populo Romano quam imperare aliis maluiſſe. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniuriis eſſe dicuntur 27. ut is, qui dignitate principibus 28, excellit, facilitate 29. par infimis eſſe videatur. Iam quantum conſilio, quan-

11 fruendam. 12 ac tandem etiã. 13 imagines, ſtatuas 14 æneas. 15 imperatores. 16 auferenda & Romã mittẽda. 17 Põpeius. 18 conſpicienda. 19 in Aſia. 20 a cœlo miſſã. 21 fuiſſe olim Romæ tales viros, qui oblata munera accipere noluerunt. 22 falſo narrari. 23 honor. 24 in oculos incurrit, nunc vident illi homines priſcam Romanorũ virtutẽ. 25 illo tempore. 26 tẽperantes. 27 iam dicitur, tã facilẽ aditũ patere etiam privatis hominibus ad Põpeiũ, & tã libere poſſe ad eum perferri querelas de illatis iniuriis. 29 maximis etiam Viris. 29 quod humanitatem ſuam.

30 quam

quantum dicendi gravitate, & copia valeat 30. in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem 31. vero eius inter socios quantam existimari putatis, quam hostes 32. omnium gentium sanctissimam 33 iudicarint? Humanitate iam tanta est, ut difficile dictum sit, utrum hostem magis virtutem 34. eius pugnantes 35. timuerint, an mansuetudinem victi 36. dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic 37. tantum bellum hoc transmittendum 38. sit, qui ad omnia vestræ memoriæ 39. bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

30 quam prudens sit, & quantus orator sit. 31 Pōpeii. 32 piratæ, prædones maritimi. 33 nunquā fuisse violatū a Pōpeio. 34 fortitudinem. 35 quando hostes cū Pōpeio pugnarunt. 36 postquā victi ab ipso fuerunt. 37 Pompeio. 38 committendum, credendum. 39 ætatis, temporis.

CAPUT. XV.

ET quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet, certe nemini dubium est, quin ea re idem 1. ille imperator plurimum possit 2. Vehementer 3. autem pertinere ad bella administranda 4. quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat? cum

1 Pompeius. 2 valeat; quin multum habeat auctoritatē. 3 cum primus. 4 feliciter gerenda.

um sciamus homines 5. in tantis rebus 6.
t aut contemnant, aut 7. metuant, aut ode-
nt, aut ament, opinione 8. non minus fa-
æ quam aliqua certa ratione 9. commove-
. Quod igitur nomen unquam in orbe
errarum clarius fuit 10? cuius res gestæ
ares 11? de quo homine 12. vos id quod
axime facit auctoritatem, tanta & tam præ-
lara iudicia fecistis 13? An vero ullam us-
uam esse oram 14. tam desertam putatis quo
5. non illius diei 16. fama pervaserit, cum
niversus populus Romanus referto 17. foro,
epletisque omibus templis, ex quibus hic lo-
us 18. conspici potest, unum sibi ad com-
une omnium gentium bellum 19. Cn: Pom-
eium imperatorem depoposcit? Itaque ut
lura non dicam, neque aliorum exemplis
onfirmem, quantum huius auctoritas valeat
n bello, ab eodem Cn: Pompeio omnium re-
um egregiarum exempla sumantur; qui quo
ie a vobis maritimo bello præpositus est impe:
rator, tanta repente vilitas annonæ ex 20 sum-
ma inopia 21. & charitate rei frumentariæ con-
secuta

5 homines cõmoveri. 6 in bellis. 7 Imperatorẽ aliquẽ
8 propter opinionẽ de fama Imperatoris alicuius. 9 ex
causa. 10 quã nomẽ Põpeii. 11 quis unquam tantas res
gessit, quantas Põpeius? 12 Pompeio. 13 ita ut ipsum ma-
ximis honoribus ornaveritis. 14 regionem. 15 ad quam. 16
in quo per legem Gabiniam decretũ est, ut Põpeius esset
imperator adversus piratas. 17 cũ forũ plenũ esset populo.
18 hæc rostra. 19 adversus piratas, qui cõmunes erãt hostes
omniũ gentiũ. 20 post. 21 quæ hactenus Romã presserat.

secuta 22. est, unius spe & nomine 23. quã
24 vix ex sũma ubertate agrorũ diuturna pa
efficere potuisset. Iã, accepta 25 in Ponto cala
mitate ex 26. eo prœlio, de quo vos paulo ant
invitus 27. admonui, cũ socii pertimuissen
hostiũ opes animique crevissent; satis firmun
præsidiũ provincia nõ haberet; amisissetis Asiã
Quirites, nisi ad ipsum id tẽporis 28 divini
tus 29. Cn. Põpeiũ ad eas regiones 30. fortu
na populi Romani attulisset 31. Huius advẽtu
& Mithridatẽ insolita 32. inflãmatũ 33. victo
ria continuit 34. & Tigranẽ magnis copiis mi
nitãtẽ Asiæ retardavit. Et quisquã dubitabit
quid virtute 35. perfecturus sit, qui tãtum 36
auctoritate perfecerit? aut quã facile imperio 37
atque exercitu socio & vectigalia cõservaturu
sit, qui 38. ipso nomine ac rumore defenderit

22. secuta 23. quoniam in solius Pompeii nomen omni spes rei bene gerendæ erat posita. 24. vilitatem annonæ 25. postquam ingens acceperamus damnum. 26. post. 2 contra voluntatem meam, non libenter. 28. illo ips tempore. 29. quasi divino consilio. quæ periculum in gens metuebant. 31. misisset. 32. propter insolitam hacte nus 33. superbientem. 34. prohibuit ut impetum facer non posset. 35. fortitudine sua. 36. tam magnas res. 3 dum ipse Imperator est. 38. qui socios ac vectigalia de fendere per solam famam nominis sui potuit.

CAPUT. XVI.

AGe vero, illa res quantam declarat eiusder hominis 1. apud hostes populi R. auctorita
tem

1. Pompeii 2, dum

têmquod 2. ex locis tam longinquis, ãque di-
verſis, tam brevi tempore omnes una 3. huic
e dediderunt? quod Cretenſium legati, cum
n eorum inſula noſter imperator exercitus-
que eſſet, ad Cn. Pompeium in ultimas 4,
rope terras venerunt eique 5. ſe omnes Cre-
enſium civitates dedere velle dixerunt? Quid
? idem ipſe Mithridates nonne ad eundem
Cn: Pompeium legatum uſque in Hiſpaniam
niſit? eumque Pompeium legatum ſemper
udicavit 7. ii, quibus ſemper erat mole-
tum 8. ad eum 9. potiſſimum 10. eſſe miſ-
um, ſpeculatorem 11. quam legatum iudi-
are maluerunt. Poteſtis igitur iam conſtitu-
re 12. Quirites, hanc authoritatem multis
oſtea rebus geſtis, magnisque veſtris iudi-
iis 13. amplificatam 14. quantum apud illos
eges, quantum apud exteras nationes vali-
uram 15. eſſe exiſtimetis. Reliquum eſt, ut de
elicitate, quã præſtare 16. de ſe ipſo nemo po-
eſt, meminiſſe 17. & commemorare de altero
oſſumus, ſicut æqvum eſt homini de poteſta-
e deorum 18. timide 19. & pauca dicamus:
Ego enim ſic exiſtimo 20. Ma-

2. dũ. 3 ſimul. 4 prope ad fines mũdi. 5 & Pẽpeio. 6. quid
porro dicã? 8. pro legato eũ habuit, quoniã a rege erat miſ-
us 8 qui ex invidia ægre ferebãt. 9 Põpeiũ. 10. cũprimis.
exploratorẽ 12 certo credere. 13 quæ populꝰ tulerat de Põ-
peio. 14 auctã. 15 efficere poſſe. 16. permittere ſibi, exhi-
bere 17. ſed meminiſſe & recordari poſſumus & narrare,
lios fuiſſe felices. 18. ſicut æquũ eſt, ut homo de poteſtate
deorũ modeſte dicat. 19 non temere, modeſte. 20.

20. Maximo, Marcello, Scipioni, Mario & ce
teris magnis Imperatoribus, non solum propte
virtutem 21. sed etiam propter fortunam sæ
pius imperia 22. mandata atque exercitus es
commissos. Fuit enim profecto quibusdam sũ
mis viris quædam ad amplitudinem 23. & glo
riam, & ad res magnas bene gerendas divini
tus adiuncta fortuna. De huius 22. autem ho
minis felicitate, quo de nunc agimus 25. ha
utar moderatione dicendi 29. non ut in illiu
potestate fortunam positam esse dicam, sed u
præterita meminisse, reliqua sperare videamu
27. ne aut invisa 28. diis immortalibus orati
nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque no
sum prædicaturus, Quirites, quantas ille re
domi 29. militiæque 30. terra, marique, quã
taque felicitate gesserit: ut 31. eius sempe
voluntatibus non modo cives assenserint, soci
obtemperarint, hostes obedierint, sed etiã vẽt
tẽpestatesque obsecundarint 32. Hoc brevissi
me dicam, neminem unquam tam impudenten
fuisse, qui a diis immortalibus tot & tantas re
taci-

20. statuo. fortitudinem. 22. supremam curam exer
citus Romani 25. magnitudinem nominis & famæ. 24
Pompeii. 25. loquimur. 26. ita modeste loquar. 27. sed
ita ut velimus sperare, eum felicem fore in rebus postha
gerendis, quemadmodum antehac felix fuit in rebus ge
stis. 28. odiosa, si dicerem, fortunam esse positam in pom
peii potestate. 29. Romæ. 30. in bellis externis. 31
quomodo. 32. faventes fuerint Pompeio.

33. taci-

tacitus 33. auderet optare, quod & quanta dii immortales ad Cn. Pompeium detulerũ 34. Quod 35. ut illi proprium ac perpetuũ sit Quirites, cum 36. communis salutis atque imperii, tũ ipsius hominis causa, (sicut facitis) velle & optare debetis. Quare cum & bellum ita magnũ ut accuratissime 37. sit administrandum: & cum ei 38. imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna; dubitabitis 39. Quirites, quin hoc tantum boni 40. quod a diis immortalibus oblatum & datum est, in 41. rempubl. conservandam, atque amplificandam conferatis 42.

33. tacitis votis, in corde suo. 34. contulerunt. ei dederunt. 37. quæ magna felicitas. 36. tam. 37. maxima cum cura. 38. huic bello. 39. an dubitabitis. 40. bonum, hanc Pompeii felicitatem. 41. ad 42. impendatis.

CAPUT. XVII.

QUod si Romæ Cn. Pompeius privatus 1 esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is 2. erat 3. deligendus atque mittendus: nunc cũ ad ceteras summas utilitates 4. hæc quoque opportunitas adiungatur, ut iis ipsis locis, adsit, habeat exercitũ, ut ab iis, qui habẽt 5 accipere 6

L. statim

1. Privatam ageret vitam. 2. is solus. 3. esset 4. bona quæ in Pompeio sunt. 5. qui iam habent exercitum in provinciis Mithridati vicinis. 6. militis necessarios.

7. desti

ſtatim poſſit, quid expectamus? aut cur non ducibus 7. diis immortalibus, eidē, cui cetera sūma 8. cū ſalute reip. cōmiſſa ſunt, hoc quoque bellum regium 9. committimus? At enim 10. vir clariſſimus, reipubl. amantiſſimus, veſtris beneficiis ampliſſimis adfectus 11. Q. Catulus, itemque ſummis ornamentis honoris fortunæ, virtutis, ingenii præditus. Q. Hortenſius, ab hac ratione 12. diſſentiunt: quorū ego auctoritatem apud vos multis locis 13 plurimum valuiſſe, & valere oportere confiteor: ſed in hac cauſa 14. tametſi cognoſciti auctoritates contrarias 15. fortiſſimorum virorum & clariſſimorum, tamen comiſſis 16. auctoritatibus, ipſa 17. re & ratione exquirere 18 poſſumus veritatē, atque hoc facilius, quod 19 ea omnia, quæ adhuc a me dicta ſunt, iidē iſt 20. vera eſſe concedunt 21 & neceſſariū belli eſſe & magnū, & in uno Cn. Pōpeio ſumma eſſe omnia. Quod igitur ait Hortenſius? ſi uni omnia tribuenda ſunt 22 unum digniſſimū eſt Pompeium: ſed ad unum tamen omnia deferri

23. non

7. dū ipſi dii immortales mōſtrat, quid nobis faciēdū ſit 8 bona, 9. gerendum cum Rege Mithridate. 10. quāquā 11 honoratus. 12 conſilio. mea oratione. 13. occaſionibus temporibus. 14. materia. 15. eorum qui diſſvadent legem Maniliā. 16. ſepoſitis pauliſper, dū non reſpicimus ullam auctoritatē in hac cauſa. 17. per ipſam rē & ſanā rationē 18. inveſtigare. 19. quoniam. 20. adverſarij, Catulus & Hortenſius. 21 affirmant, me vera dixiſſe. 22. quod ſi uni Viro dandum ſit ſummū imperiū huius belli.

23. con-

3. non oportere. Obsolevit 24. iam ista oratio, re multo magis, quam verbis refutata: Nā u idem 25. Q. Hortensi. multa pro 29. tua umma copia 27. ac singulari facultate dicendi, 28. in senatu contra virum fortem A. Gabinium graviter, ornateque dixisti, cum is e uno imperatore contra prædones constituendo legem promulgasset, & ex hoc ipso loco 9: permulta item 30. contra eam legem verba fecisti. Quid 31? tum 32. per 33. deos mmortales, si 34. plus apud populum Rom: uctoritas tua; quam ipsius populi Romani salus, & vera 35. causa valuisset, hodie 36. hāc gloriam, atque hoc orbis terræ imperium teneremur? An tibi tum 37. imperium esse hoc videbatur, eum 38. populi Rom. legati, prætores quæstoresque capiebantur? cum ex ōnibus provinciis commeatu 39. & privato, & publico prohibebamur 40? cum ita clausa 41. erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem transmarinam neque publicam iam obire possemus 42?

L2 CAP-

23. committi. 24. nihil iam amplius valet, omnem vim amisit. 25. ipse. 26. iuxta. 27. eloquentia. 28. etiam-29. rostris. 30. etiam, perinde, similiter contra eum legem, quam Gabinius tulerat. 31. imo. 32. illo tempore-33. formula iurandi. 34. si iuxta sententiam tuam lex Gabinia lata non fuisset. 35. bona 36. ad hodie. 37. illo temspore. 38. quando. 39. 40. privabamur. 41. impedita 42. ut neque privatorum & mercatorum naves, neque navē reipublicæ tuto curare possent sua negotia.

1. Impe-

CAPUT XVIII.

QUæ civitas antea unquam fuit, non dico Atheniensiū, quæ satis late quondā mare tenuisse 1. dicitur: non 2, Carthagiensium, qui permultum classe, maritimisque rebus valuerunt 3: non 4. Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam 5. disciplina 6. navalis & gloria remansit: quæ civitas antea unquam tā tenuis 7. quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos, & agros, & aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At hercle, aliquot 7. annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Rom. cuius usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserat, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis sed dignitatis, atque imperii caruit 9. Nos, quorum maiores Antiochum regem classe Persenque superarunt, omnisque navalibus pugnis Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque 10. vicerunt, ii 11. nullo in loco iam prædonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modo Italiam tutam habebamus 12. sed omnes socios in ultimis oris 13. auctoritate nostri imperii

1. Imperium tenuisse maritimum. 2. non dico urbem. 3. qui multas naves in mari habuerunt. 4. non dico urbem. 5. ætatem. 6. fortitudo. 7. parva, vilis. 8. per aliquot. 9. amiserat maximam partem gloriæ pristinæ & utilitatis. 10 fortissimos, alacres. 11. nos ipsi. 12. feceramus, 13 in extremis mundi finibus. 14. tue-

perii salvos præstare 14. poteramus, tum 15. cum insula Delos tam procul a nobis in Aegæo mari posita, quo 16. omnes 17. undique cum mercibus atque operibus commeabant 18. referta 19. divitiis, parva, sine muro nihil timebat: iidē 20. non modo provinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portubus nostris, sed etiam Appia iam via 21 carebamus: & his tēporibus non pudebat magistratus 22. populi Rom: in hunc ipsū locū 23 ascēdere, cū eum 24. vobis maiores vestri exuviis nauticis: 25. & classium spoliis ornatum reliquissent.

14. tueri. 15. illo tempore. 16. ad quam. 17. mercatores. 18. navigabant. 19. plena, abundans. 20. nos ipsi. 21. quam infestare cœperant prædones. 22. Senatores & consules. qui summum magistratum in urbe gerebant. 23. in nostra. 24. hunc locum. 25. Antiarum navibus, quarum rostris affixi hic locus exornatus erat.

CAPUT. XIX.

BOno 1. te animo tū 2. Q, Hortensi, populus R. & ceteros, qui 3. erāt in eadē sentētia, dicere existimavit ea, quæ sētiebatis: sed tamē in salute cōmuni idē populus Rom. dolori suo 4. maluit, quā auctoritati vestræ obtēperare. Itaq; una lex 5. unus vir 6. un9 ānus, nō modo nos

1. Ex bono. 2. illo tempore. 3. qui idem tecū sentiebat. 4. tristitiæ suæ, dum dolebat populus, mare clausum esse a prædonibus & ideo factam esse annonæ caritatem. 5. Gabinia. 6. Pompeius.

illa 7. miſeria ac turpitudine liberavit, ſed eti[am] effecit, ut aliquando 8. vere videremur õnibus gentibus ac nationibus terra, marique imperare. Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum eſſe adhuc, Gabinio dicam, anne Pompeio, an utrique 9 (id quod eſt verius) ne legaretur 10. A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti 11? ac poſtulanti? Utrum 12. ille, qui poſtulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus 13. cum ceteri ad expilandos ſocios 16. diripiendaſque provincias, quos 17. voluerunt. legatos eduxerint? an ipſe, cuius legi 18. ſalus ac dignitas populo Rom: atque õnibus gentibus coſtituta 19. eſt, expers, eſſe 20. debet gloriæ eius 21. imperatoris, atque eius exercitus, qui conſilio ipſius, atque periculo eſt conſtitutus? an C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cœlius Latinienſis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris cauſa nomino, cum trib. pl. fuiſſent, anno proximo legati eſſe potuerunt; in hoc uno Gabinio ſunt tam diligentes 22. qui 23 in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc imperio, atque exercitu, quem per

7. ab illa. 8. tandem adhuc. 9. & in eo indignius atque iniquius factum eſſe videtur mihi, quod poſt legem latam tamen quidam adverſati ſunt, neſcio, an Gabinio, an Pompeio, an vero ambobus. 10 legatus & vicarius daretur. 11 qui petebat. Gabinium ſibi dare legatum. 12. an non. 13. dignus. 14 qui id impetret, quod petit. 15. cũ tãẽ. 16. vexãdos. 17. quoſcunque. 18. per cuius legẽ 19. reſtituta, cõfirmata. 20. carere, privari. 21. huius. 22. inimici ſunt tã ſolliciti, cauti, ſcrupuloſi. 23 qui tamen Gabinius.

34.

per vos 24. ipſe conſtituit, etiã præcipuo iure eſſe deberet 25? de 26. quo legando ſpero cõſules ad ſenatũ relaturos 27 qui 28. ſi dubitabũt 29. aut gravabũtur 30. ego me profiteor relaturũ: neque me impediet cuiuſquã, Quirites, inimicũ edictũ, quo minus; 31 fretus vobis 32. veſtrũ ius beneficiũque defẽdã: neque præter interceſſionẽ 33 quidquã audiã 34. de qua 35. (ut arbitror) iſti ipſi, qui minantur, etiam atque etiam 36 qui 37 id liceat, conſiderabunt. Mea 38. quidem ſententia, Quirites, unus 39 A Gabinius, belli maritimi, rerumque geſtarũ auctor, comes 40 Cn Pompeio adſcribitur 41. propterea quod alter 42 uni 43 id bellũ ſuſcipiendũ veſtris ſuffragiis 44. detulit 45. alter 46. delatũ 47. ſuſceptũque confecit 48.

24. cum veſtra voluntate, iuſſu veſtro. 25. præ çæteris omnibus mitti deberet legatus. 26. ut vero hic Gabinius detur legatus. 27. Conſules dicturos eſſe in Senatu. 28. Cõſules. 29. ſi non audebunt. 30. id non libenter facient. 31. quia, ut non 32. dum innitor veſtra voluntate & conſenſu. 33. prohibitionem publicam. 34. 35. interceſſione 36. diu, ſœpe. 37. quatenus, quomodo. 38. ex mea. 39. ſoles. 40. legatus. 41. datur; 42. Gabinius. 43. Pompeio. 44. iuxta conſenſum veſtrum. 45. commiſit. 46. Pompeius. 47. bellum, quod ipſi commiſſum erat. 48. ad finem feliciter perduxit.

CAPUT. XX.

RELiquum eſt, ut de Q. Catuli auctoritate & ſententia dicẽdũ eſſe videatur: qui cũ ex 1. vo-

vobis quæreret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis 2. si quid de eo factum esset 3. in quo spem essetis habituri: cæpit magnũ suæ virtuti fructũ 4. ac dignitatis, cum omnes prope una 5. voce in eo ipso 6. vos spem habituros esse dixistis 7. Etenim talis est vir, ut nulla res tãta 8. sit, ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & 9. integritate tueri, & virtute conficere possit, sed in hoc ipso 10. ab eo vehementissime dissentio, quod 11. quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis respubl. dum 12. per deos immortales licet 13. frui 14. debet summi hominis vita atque virtute. At enim 15. nihil novi fiat contra exempla atque instituta 19. maiorum. Non dico hoc loco maiores nostros semper in pace consvetudini 15. in bello utilitati patuisse 18. semper ad 19. novos casus temporũ, novorũ consiliorum rationes accõmodasse 20. non dicam duo bella maxima, Punicum & Hispaniense, ab uno 21. imperatore esse confecta: duas urbes potẽtissimas,

2. si bellũ hoc soli Pompeio administrandũ cõmitteretis. 3. si contingeret eum mori; si quid humani Pompeio accideret. 4 utilitatẽ, honorẽ. 5. unanimi 6. Catulo. 7. respondistis Catulo interroganti. 8. tam gravis. 9. sua. 10. quod Catulus putat. Pompeio hoc bellũ Mithridaticũ non esse cõmittendum 11. quoniam. 12. quatenus, quamdiu, quousque. 13. dũ dii hoc sinunt, ut possimus frui felicitate Pompeii. 14. fructũ & cõmoditatẽ capite ex vita & virtute eius 15. ita porro obiicit Catulus. 16. mores, 17. paruisse. 18. observasse eam. 19. circa. 20. pro ratione tẽporũ & casuũ novorũ, nova etiã iniisse consilia. 21. P. Scipione Aemiliano.

nas, quæ huic imperio maxime minabătur 22. Carthaginē atque Numantiam ab eodē Scipione esse deletas: non cōmemorabo, nuper ita vobis patribusque 23 vestris esse visum 24, ut uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Jugurtha, idē cum Cimbris, idem cum Theuthonis bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, in quo novi 25. constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova 26. summaque 27. Catuli volūtate cōstituta, recordamini.

22. interitū. 23. Senatoribus. 24. placuisse. 25. novum. 26. quæ in aliis Imperatoribus antea non fuerunt. 27. quæ ipse etiā Catulus libēter fassus est esse in Pompeio.

CAPUT. XXI.

Quid 1 enim tam novum, quam adolescentulum privatū 2. exercitū difficili 3. reip: tempore conficere 4? confecit; huic 5. præesse? præfuit; rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consvetudinem, quam homini peradolescenti, cuius a senatorio gradu 6. ætas 7. longe abesset, imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in ea administrandum. Fuit 8. in his provinciis singulari innocentia 9, gravitate, virtu-

1. Ut igitur aliqua nova & insolita recenseam, quæ in Pompeio sunt; quid esse potest tam novum? 2. qui privatam adhuc vitam agebat, & nondum gesserat magistratum. 3. cum difficilia & periculosa essent reipubl. tempora, ob bellū civile cū Carbone. 4. colligere, comparare. 5. huic bello. 6. honor. 7. adhuc iuvenilis. 8. se se præbuit, vixit.

9. in-

virtute: bellum in Africa maximũ confecit 10. victorẽ exercitũ, deportavit 11. Quid vero tam inauditũ, quam equitem Rom. triũphare? at eam quoque rẽ populus Rom: non modo vidit, sed etiã studio 12. omni visendam putavit. Quid tam inusitatum, quã ut, cũ duo consules clarissimi fortissimique essent 13. eques Rom. ad bellum maximum formidolosissimumque pro 14. consule mitteretur? missus est 15. Quo quidem tempore, cum esset non nemo 16. in senatu, qui diceret, NON OPORTERE MITTI 17. HOMINEM PRIVATUM PRO CONSULE: L. Philippus dixisse dicitur, NON SE ILLUM SUA 18. SENTENTIA PRO CONSULE, SED PRO CONSULIBUS 19 MITTERE. Tanta in eo 20. reipubl. bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum consulum manus 21. unius adolescentis virtuti 22 committeretur. Quid tam singulare, quã ut ex 23. senatus consulto legibus solutus 24. cõsul ante fieret, quã ullũ aliũ magistratũ per leges 25. capere 26. licuisset? quid tam incredibile quam

9. integritatem. 10. ad fidem perduxit. 11. cũ classe reduxit patriã. 12. cupiditate. adessent. 14 loco Consulis. 15 & tamen hic Pompeius missus est. 16. aliquis. 17. ad bellũ cũ summo imperio. 18. 18. iuxta suam sententiam. 19 loco utriusque Cõsulis. 20. Põpeio. 21. officiũ. 22. fortitudini. 23. iuxta decretũ Senatus. 24. per dispensationem uti loqui solemus. 25. quod alias leges postulant. 26. gerere Sensus est; fiebat Cõsul, etsi nõdũ habebat eos annos, qui per leges requirebantur ad gerendum Consulatum.

27. se-

uã ut iterũ 27. eques Rom. ex S. C. triũpha-
et? quæ in omnibus 28. hominibus nova poſt
ominũ memoria conſtituta ſunt, ea tã multa
on ſunt, quã hæc, quæ in hoc uno homine
idimus, Atque hæc tot exẽpla, tanta, ac tam
ova, profecta 29. ſunt in eũdẽ hominem a Q.
Catulo, atque a 30. ceterorum eiuſdem 31. di-
gnitatis ampliſſimorũ hominum auctoritate.

27. ſecunda vice. 28. quod ſi etiã õnes homines cogitẽus.
uibus aliquid novi permiſsũ fuit, tamẽ tot nova in õni.
us ſimul non fuerunt, quod in Pompeio, 29. venerunt,
ollata, permiſſa ſuut, profluxerũt. 30. ex voluntate Q.
Catuli. 31. qui in pari ſunt auctoritate cum Q. Catulo.

CAPUT. XXII.

QVare videant, ne 1. ſit periniquũ 2. & non ferendum, illorũ auctoritatem de Cn-Pompeii dignitate a vobis comprobatam ſemper eſſe 3. veſtrum ab illis 4. de eodem homine 5. iudicium populique Rom. auctoritatem improbari 6. præſertim cum iam ſuo iure 7. populus Rõ. in hoc homine ſuam auctoritatem vel 8. contra omnes, qui diſſentiunt, poſſit defendere: propterea quod 9. iſtis 10. reclamantibus 11. vos unum illum ex omnibus delegiſtis, quem 12. bel-

1. An non. 2. valde iniquum. 3. cum illorum nunc adverſariorum noſtrorum auctoritas auxerit dignitatem Pompeii, quod vos etiam laudaviſtis. 4. Catulo & Hortenſio. 5. Pompeio. 6. nunc reiici. 7. vi iuris, quod habet populus Romanus. 8. etiam. 9. quoniam. 10. Catulo & Hortenſio. 11. nolentibus, adverſantibus.

12. cui

12. bello prædonum præponeretis. Hoc si vo temere 13. fecistis & reip. parum 14. consu luistis; recte isti 15. studia suis consiliis reger 17. conantur: sin 18. autē vos plus 19. tur 20. in republ. vidistis, vos, his 21. repugnan tibus, per 22. vosmet ipsos dignitatem hu imperio, salutem orbi terrarum attulistis 23 aliquando 24. isti 25. principes, & sibi, & cæteris, Rom. universi auctoritati parendum esse fateantur 26. Atque in hoc bello Asiati co & regio 27. non solum militaris illa vir tus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed aliæ quoque virtutes animi multæ, & magna requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Sy ria, regnisque interiorum nationum ita versa. ri 28. vestrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste ac de laude cogitet. 29. dein. de etiam si qui 30. sunt pudore ac temperan- tia

12. cui committeretis bellum cū prædonibus gerendum. 13. inconsulto. temerarie. 14. non satis recte aut prudenter. 15. Catulus & Hortensius. 16. suffragia, voluntatem. 17. moderari svaderet vobis & dissvaderet. 18. quodsi. accuratius. 20. illo tempore. 21. tametsi hi noluerunt. 22. vestro arbitrio, contra horum voluntatem. 23. dum tam feliciter piratico bello præfecistis Pompeium. 24. tandem. 25. clarissimi viri. 26. fateantur, necesse esse, ut ipsi & ceteri adversarii pareant auctoritati & voluntati totius populi Romani. 27. quod contra reges, Mithridatem & Tigranem geritur. 28. vivere. 29. ut in tam divitibus provinciis non tam lucrum suum quærat, quam potius gloriam ab hoste vincendo. 30. aliqui imperatores.

31. nōn

a moderatiores, tamen eos esse tales 31 pro-
r multitudinem cupidorum 32. hominum
emo arbitratur. Difficile est dictu 23. Quiri-
s, quanto in odio simus apud exteras natio-
es propter eorum 34. quos ad eos 35. per hos
5. annos cum imperio misimus, iniurias 37.
uod enim fanum 38. pitatis in illis terris 39:
ostris magistratibus religiosum 40? quam
vitatem sanctam 41? quam domũ satis clausã
; munitam fuisse? urbes iam locupletes ac
opiolæ 42. requiruntur 43. quibus causa belli
opter diripiendi cupiditatem inferatur. Li-
enter hæc coram 44. cum Q. Catulo & Q.
ortensio disputarem, summis & clarissimis
iris. Noverũt enim sociorũ vulnera 43. vidẽt
orũ calamitates, querimonias audiũt. Pro iu-
iis vos cõtra hostes exercitũ mittere putatis,
n hostiũ simulatione 46. contra socios atque
micos, quæ civitas est in Asia quæ non mo-
o imperatoris, aut legati, sed unius tribuni
ilitũ animos ac spiritus 47. capere 48. possit?

31. non avaros; tẽperantes. 30. avarorũ. 33. non potest.
itis dici. Imperatorũ. 35. exteras nationes. 36. inde ab
liquod annis. 37. rapinas, furta. 38. templum. 39. pro-
inciis. 40. inviolatam mansisse. 41. inviolatam 42. in
ũibus rerũ omnium copia est. 43. desiderantur a nostris
varis Imperatoribus. 46. 44. oretenus. 45. iniurias sociis
llatas. 46. dum simulant & prætendũt Imperatores avari,
e ducere exercitum contra hostem, cum tamen potius
um ducant contra socios & amicos nostros divites,
uos volunt diripere. 47. avaros. 48. satiare, contine-
e a rapinis, iniuriis.

CAP.

CAPUT. XXIII.

QUare etiam si quem 1. habetis, qui collati signis 2. exercitus regios superare posse videatur: tamen nisi erit idem 3. qui se a pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab ornamentis fanorum atque oppidum, qui ab auro, gazaque regia, manus oculos, animum cohibere 4. possit; non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur 5. Ecquam 6. putatis civitatem pacatam 7. fuisse, quæ locuples sit? ecqvam esse locupletem, quæ istis 8. pacata esse videatur? Ora 9. maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam 10. requisivit 11. Videbat enim prætores locupletari quot annis pecunia publica 12. præter paucos: neque nos quidquam aliud adsequi classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendis 13. maiore afflici turpitudine viderentur. Nunc qua 14. cupiditate homines in provincias, quibus iacturis 15. quibus conditionibus proficiscantur ignorant vide-

1. Aliquē aliū imperatorē præter Pōpeiū. 2. in prælio. 3. nisi ita erit cōparatus. 4. abstinere. 5. cū summo imperio. 6. ecce vero quā. 7. liberā fuisse a direptione imperatorū, etiā si ea bello caruerit. 8. rapacibus imperatoribus. 9. regiones mari adiacentes. 10. tēperantiam. 11. studiose quæsivit, ut ille præficeretur bello piratico. 12. per eā pecuniā, quæ ex vectigalibus redibat. 13. dū detrimenta maxima accipimus. 14. quanta cū cupiditate & avaritia. 15. incommodis nostris.

16. Iro-

delicet 16. isti 17. qui ad unum 18. deferenda
e ōnia nō arbitrātur? quasi vero Cn. Pōpeiū
cū 16. suis virtutibus, tū etiā alienis vitiis
. magnū esse videamus. Quare nolite dubita-
, quin huic uni credatis omnia, qui inter ānos
t 21. unus inventus sit, quem socii in urbes
as cū exercitu venisse gaudeāt. Quod si aucto-
tatibus 22. hāc causā, Quirites, cōfirmā ā pu-
tis, est vobis auctor 23 vir bello ū omnium,
aximarūque rerū peritissimus P. Servilius? cu-
is tātæ res gestæ terra marique exstiterūt 24.
t, cū de bello deliberetis, auctor 25. vobis
ravior esse nemo debeat: est C. Curio summis
estris beneficiis, maximisque rebus gestis, sū.
o ingenio & prudētia præditus: est Cn. Lētu-
us, in quo omnes pro 26. amplissimis vestris
onoribus 27. summū consiliū, summā gravita-
ē esse cognoscitis: est C. Casius, integritate,
irtute, cōstātia singulari. Quare videte, ut 28
orū auctoritatibus, illorū orationi, qui dissē-
unt, respondere posse videamur.

16. Ironia. 17. Catulus & eius socii. 18. solum Pompe-
m. 19. tam 20. ex comparatione virtutum Pompeii, cū
itiis aliorum Imperatorum. 21. inde a tam multis annis.
2. exemplis, quæ opponi posint Catulo. 23. svadet hoc
iam vobis. 24. fuerunt. 25. svasor, cuius auctoritas ma-
is respici debeat. 16. iuxta. 27. qui in illū a vobis collo-
ati fuerunt. 28. quomodo, quam egregie.

CAPUT. XXIV.

QUæ cū ita sint, C. Manili, primū istam tuā & legem, & volūtatem, & sententiam lau.

do,

do, vehementissimeque cõprobo: deinde te hortor, ut auctore populo R. 1. maneas in sẽtẽtia, neve cuiusquã vim, aut minas pertimescas. Primũ in te satis esse animi 2. perseverantiæque arbitror: deinde cũ tantam multitudinem 3. cum tanto studio 4. adesse videamus, quantam non iterum 5. in eodem homine præficiendo 6. vidimus. quid est, quod aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid in me est studii 7. consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi R. atque hac potestate prætoria 8. quidquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi & populo R. polliceor & defero 9. testorque omnes deos, & eos maxime, qui huic loco temploque 10. præsident, qui omniũ mentes eorũ, qui ad rempubl. adeũt 11 maxime perspiciũt, me hoc neque rogatu facere cuiusquã, neque quo 12. Cn Pompeii gratiam 13. mihi per hanc causam 14. conciliari putẽ, neque quo mihi ex cuiusquã amplitudine 15. aut præsidia periculis, aut adiumẽta honoribus querã: propterea quod pericula facile, ut 16. hominẽ præstare oportet, innocẽtia tecti 17. pel-

1. Quoniam ita iubet populus Romanus. 2. fortitudinis, 3. populi. 4. favore. 5. alioquin, alio tempore, antehac. 6. quando Pompeius præfici bello debuit. 7. favoris, officii. 8. dum ego iam Prætor sum. 9. offero. 10. foro ac rostris. 11. gubernant, 12. ut quod. 13. favorem. 14. hæc legis svasionem. 15. honoribus 16. velat.

dum

7. pellemus, honorem neque ab uno 18. ne-
ue ex hoc loco, ſed eadem noſtra illa laborio-
ſſima ratione vitæ 19. ſi veſtra voluntas fe-
et, conſequemur. Quamobrem, quidquid in
ac cauſa mihi ſuſceptum 20. eſt, Quirites,
l omne me reipublicæ cauſa ſuſcepiſſe con-
rmo: tantumque abeſt, ut aliquam bonam
ratiam mihi quæſiſſe videar, ut multas etiam
multates partim obſcuras partim apertas in-
elligam, mihi non neceſſarias 21. vobis non
tiles, ſuſcepiſſe. Sed ego me hoc honore
ræditum, tantis veſtris beneficiis affectū 22.
atui 23. Quirites, veſtram voluntatem, &
eipublicæ dignitatem, & ſalutem provincia-
um atque ſociorum, meis omnibus commo-
is & rationibus 24. præferre oportere.

17. dum innocentia mea me tuetur. 18. Pompeio 19.
er eloquentiam, qua defendo privatos viros. 20. a me
ctum. 21 quarū ego quidē libenter carere poſſem & vel-
em, ſed libenter tamen eas in me ſuſcipiā, dummodo ex
is aliqua utilitas ad vos profluat. 22. poſtquā ornatus &
ffectus. 23. iudicavi. utilitati privatæ.

SENTENTIÆ.

Vectigalia ſunt nervi reipublicæ,

Sapientiæ eſt videre, multorum civium calamitatem a republica ſeiunctam eſſe non poſſe.

Non poſſunt una in civitate multi rem atque fortunas ammittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.

Regem afflictatæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno: quod iis regale nomen magnum sanctum esse videatur.

In summo imperatore has virtutes inesse oportet, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.

Hiemi, non avaritiæ perfugium maiores nostri in sociorum amicorum tectis esse voluerunt.

Auctoritas multum in bellis administrandis atque imperio militari valet.

Certum est, homines in magnis rebus, ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoveri.

Magnis Imperatoribus non solum propter virtutem sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata, atque exercitus sunt commissi.

Quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis respublica, dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vita atque virtute.

Dii omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeunt, maxime perspiciunt.

Viro bono statutum esse debet, populi voluntatem & reipublicæ dignitatem, & salutem provinciarum atque sociorum, omnibus suis commodis & rationibus præferre.

ORA-

ORATIO. VI.
quæ est prima.
IN L. CATILINAM.
Argumentum Orationis I. in Catilinam.

L. Sergius Catilina, nobilis genere, & Africæ nuper Proprætor luxuria & quæ inde exoritur, egestate cõmotus, urbis incẽdendæ, & procerũ interficiendorũ consilia cepit, in societatẽ assumptis Lentulo iterũ Prætore, Cethego, aliisque nobilissimis, nec non nequissimis quoque Romanæ iuventutis. Aliquoties vero de insidiis, quas in foro & cãpo Martio consulatus cõpetitoribus struxerat, vel fortuna vel cõsiliis deiectus: cum tãdẽ in M. Leccæ domo nocturnum convẽtum ageret & Cõsulis sibi virtutẽ obstare quereretur, reperti sunt duo Equites, qui promitterẽt, se mane salutãdi causa ad Cicerone ituros, ipsumque in lecto occisuros esse. Hæc cum Fulvia quædã ex amatore, cõiurationis socio, vix dum cœtu dimisso, audivisset eadẽ nocte insidias Ciceroni patefecit, qui clausis foribus percussores summovit, & Senatu in æde Iovis Statoris habito gravissima hac Oratione Catilinã qui & ipse in Senatũ venerat, perstrinxit, & ut in castra Manlii Cẽturionis, quẽ ad sollicitatandos Syllæ colonos in Etruriã præmiserat, quãprimum discederet. etiam atque etiam hortatus est.

Genus causæ propriæ non statuitur, nisi a deliberativo genere multum habere dicamus, dum de exitu Catilinæ agit, magis vero ad invectivas referenda est hæc Oratio, adeoque ad genus demonstrativum.

Habita est Oratio in Senatu anno V. C. DCXC. VI. Id. Non anno ætatis Cic. XLIV. ipso & M. Antonio Coss. Eventus fuit, ut Catilina urbe egrederetur nocte.

ORATIO VI. IN L. CATILINAM. HABITA IN SENATU. CAPUT. I.

QUousque 1. tandem abutere, Catilina, patientia nostra 2? quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet 3? quem ad finem sese effrenata 4. iactabit audacia? nihilne te nocturnum præsidium 5. palatii 6. nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum 7. omnium, nihil hic 8. munitissimus habendi 9. senatus locus, nihil horum 10. ora vultusque moverunt? patere 11. tua consilia non sentis? constrictam teneri coniurationem tuam non vides 13? quid proxima, quid superiore 14. nocte egeris, ubi fueris' quos 15. convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum 16. ignorare arbitraris?

1. Quamdiu in quem finem. 2. mea. 3. contemnet, irridebit. 4. indomita 5. vigilare militum. 6. montis Palatini, in quo etiam Catilinæ domus erat. 7. qui execrantur tuum scelus, & de repubulica bene sentiunt. 8. templum Iovis Statoris. 9. in quo Senatus haberi solet. 10. Senatorum. 21. aperta esse. 12. deprehensam, revelatam, testatam. 13. annon vides, hos Senatores omnes scire coniurationem tuam? 14. quæ ante proximam noctem erat. 15. conscios tuæ coniurationis. ex nobis.

17. o mala

ris? O 17 tempora! o mores! ſenatus hæc 18 intelligit, conſul videt, hic 19. tamen vivit. Vivit? imo vero etiam in ſenatum venit 20. fit publici conſilii particeps, notat 21. & deſignat oculis ad cædem unumquemque noſtrũ. Nos autem viri fortes 22. ſatisfacere 23. reip: videmur, ſi iſtius furorem ac tela 24. vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iuſſu conſulis iam pridem oportebat, in te conferri 25. peſtem 26 iſtam, quam tu in nos omnes iam diu machinaris 27. An vero vir 28. ampliſſimus 29. P. Scipio, pontifex maximus 30. Tib. Gracchus, mediocriter labefactantem 31. ſtatum reipubl: privatus 32, interfecit 33 Catilinam orbem terræ cæde atque incendiis vaſtare cupientem nos conſules perferemus 34? nam illa 35. nimis antiqua prætereo, quod Q. Servilius Ahala Sp. Melium novis rebus ſtudentem 36. manu ſua occidit. Fuit, fuit iſta quondam 37. in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus 38. ſuppliciis civẽ perniciosũ 39: quã acerbiſſimũ

 40 ho-

17 o mala. 18 conjurationem tuam. 19 Catilina. 20 audaciſſimus homo. 21 eligit ſibi. 22 ita. 23 proſpicere, cõſulere. 24 gladios, quibus nos petit. 25 applicari 26 perniciem, exitium. 27 intentas, paras, ſtruis 28 cũ vir. 29 clariſſimus. 30 ſumus ſacerdos. 31 qui tantum exiguas turbas excitabat in republica. 32 homo privatus & qui ſine imperio erat neque magiſtratũ civilem gerebat. 33 interfecerit. 34 ſine ſupplicio dimittemus. 35 exẽpla. 39 turbas excitantẽ in republica. 37 priſcis temporibus maiorum noſtrorũ. 38 gravioribus, ſeverioribus, 39 ſeditioſum.

40 gra-

40. hostem coercerent 41? Habemus enim S. C. 42. in te 43, Catilina, vehemẽs & grave: nõ deest reipubl: cõsiliũ, neque auctoritas huius ordinis 44. nos nos, dico aperte 45. cõsules desũ9 46.

40. gravissimus. 41. punirent, castigarent. 42. decretum Senatus. 43. contra te. 44. Senatorii. 45. claris verbis. 46. officio nostro non recte fungimur.

CAPUT II.

DEcrevit quõdã senatus, ut L. Opimus cos. videret 1. ne quid respublica detrimẽti caperet 2. nox nulla intercessit 3. interfectus est propter quasdã seditionũ suspiciones C. Gracchus clarissimo patre 4. avo, cõsularis 5. Simili senatus consulto C. Mario & L. Valerio coss. permissa 6. est respublica; num unum diẽ postea L. Saturniũ tribunum pl: & C. Servilium prætorem mors ac reipubl: pœna, remorata est 7? At nos vigesimũ iã diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis 8. Habemus enim huiusmodi sanatus consultum 9. verumtamen inclusum in tabulis 10. tanquam in vagina recon-

1. Prospiceret, curaret. 2 acciperet. 3 intra hoc decretũ Senatus & mortẽ Gracchi fuit; in ipsa illa nocte fuit Gracchus occisus. 4 qui Patrem & avos & maiores habebat clarissimos. 5 qui consul fuerat. 6 cura reipublicæ demandata est. 7 annon ipsa adhuc illa die interfecti sunt Saturnius & Servilius, qui adeo reipublicæ pœnam dederunt. 8 sed vero iam dies vicessimus est, & tamen nos patimur auctoritatem Senatorum negligi, & Catilinam turbatorem vivere. 9 quod jubet Catilinam interfici. 10.

conditum 11. quo ex 12. S. C. confestim interfectum te esse, Catilina, convenit 13. Vivis 14 & 15. vivis non ad deponendã, sed ad confirmãdã audaciam. Cupio P. C. me esse clementẽ, cupio in tantis reip: periculis nõ dissolutũ videri 16. sed iam meipsum inertiæ nequitiæque condemno 17. Castra 18. sunt in Italia contra rẽp: Etruriæ faucibus 19. collocata: crescit in dies singulos hostiũ 20. numerus: eorũ 21. autẽ imperatorẽ 22, castrorũ ducemque hostium intra mœnia, a que adeo 23. in senatu videmus, intestinã aliquam quotidie perniciem reipubl: molientem 24. Si te iam, Catilina, cõprehẽdi 25 si interfici iussero, credo 29. erit verendũ mihi, ne nõ hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius, factũ esse dicant 27. Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondũ adducor 28. ut faciã. Tũ 29. denique interficiã te, cũ iam nemo tã improbus, tã perditus 30. tam tui similis in-

11 velut gladium habes. 12 vi cujus. 13 decuisset oportuisset. 14 & tamen vivis. 15 & quidem ita. 16 equidem volo clemens esse, sed ita tamen, ne quid negligã in tantis periculis. 17 accuso. 18 Manlii 19 angustiis a quibus castris ita quasi coarctatur & constringitur Roma, ut spiritũ ducere nequeat. 20 civium seditiosorum. 21 castrorũ. 22 Catilinam. 23 imo. 26 qui molitur, struit, machinatur. 25 in vincula coniici. 26 Ironia. 27 ne dicant omnes boni, hoc potius a me factũ esse nimis sero, quã ut quisquã dicat, hoc esse crudeliter factũ. 28 moveor, persvadeor. 29 tunc. 30 impius.

inveniri poterit, qui id 13. non iure factũ eſſe fateatur. Quãdiu quiſquã erit, qui te defendere audeat, vives: & vives ita, ut nunc vivis, multis meis, & firmis præſidiis obſeſſus 23 ne cõmovere 33 te cõtra remp: poſſis: multorũ te etiam oculi & aures non ſentientẽ 34 ſicut adhuc 35 fecerant, ſpeculabũtur 36. atque cuſtodiẽt 37.

31. te interfici. 32. circumdatus. 33. hiſcere, mutire. 34. dum non ſenties ſpeculatores tuos. 35. hactenus. 36. aſpicient. 37. obſervabunt.

CAPUT III.

Etenim quid eſt, Catilina, quod iam amplius exſpectes, ſi neque nox tenebris 1. obſcurare 2, cœtus nefarios 3. nec privata domus 4. parietibus cõtinere 5. vocẽ 6. coniurationis tuæ poteſt? ſi illuſtrantur 7. ſi erumpunt 8. omnia? muta iam iſtã mentẽ 9. mihi crede, obliviſcere cædis atque incendiorũ: teneris 10. undique, luce 11. ſunt clariora nobis tua conſilia omnia, quæ etiam mecũ licet 12. recognoſcas 13 Meminiſtine me ante diem XII. Kalend: Novẽ. dicere 14. in ſenatu, certo die fore in armis, qui dies futurꝰ eſſe ante diem VI. Kalend. Novembris, C. Manlium, audaciæ ſatellitem 15. atque adminiſtrum tuæ? num me fefellit 16. Catilina, non

1 Suis. 2 occultare. 3 conventus tuos illicitos. 4 in qua convenire ſoles cũ ſociis tuis. 5 retinere ſecum. 6 ſermonem. 7 revelantur. 8 prodeunt manifeſtantur. 9 crudelẽ. 10 conſtringeris, nullus amplius exitus eſt tuis conſiliis, captꝰ es. 11 meridiana. 12 permiſſum eſt. 13 in memoriã revoces, ſi fortes es oblitus. 14 me. 15 ſocium, comitem 19 an ego ignoravi.

non modo res 17. tanta, tam atrox 18. tam incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies 19? Dixi ego idem in senatu, cædem te optimatum 20. contulisse 21. in 22. ante diem V. Kal. Novembris, tum 23. cum multi principes civitatis Roma 24. non tam sui conservādi, quam tuorum consiliorum reprimendorum 25. causa profugerunt. Num inficiari 24. potes, te illo ipso die 27. præsidiis, mea diligentia circumclusum 29. commovere te contra remp: non potuisse? cum tu discessu 30. ceterorum, nostra 31. tamen, qui remansissemus cæde 32. contentum te esse dicebas. Quid? cum tute Præneste 33. Kal. ipsis Novembris occupaturum nocturno impetu esse confideres 34. sensistine illam coloniam 33. meo iussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam? nihil nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam 36. sed etiā non videā planeque 37. sentiam 38

17 consilium meum. 18 crudelis. 19 in quo hæc debuerunt fieri abs te & sociis tuis. 20 Senatorem & præcipuorum in republica virorum 21 distulisse 22 in diem. 23 illo tempore 24 ex urbe Roma. 25 opprimendorum. coërcēdorum. 26 negare. 27 ante V. Kal. Novembris. 28 a meis 29 circumdatum, obsessum, impeditum. 30 postquam ceteri Senatores discesserant. 31 mea. 32 morte. 33 oppidū Latii. 34 sperares., certo crederes. 35 Præneste, quæ colonia erat populi Romani. 36 rescipiscam. 37 aperte, clarissime. 38 intelligam.

CAPUT. IV.

RECognoſce 1. mecum tandem illam ſuperiorem 2 noctem: iam intelliges, multo me vigilare acrius 3. ad ſalutem, quam te ad perniciem reipubl. Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios 4. (non agam 5. obſcure) in M. Leccæ domum, conveniſſe eodem 6. compluresque eiuſdem amentiæ 7. ſceleriſque 8. ſi negas. Video enim eſſe hic 9. in ſenatu quosdam, qui tecum una 10. fuere. O. dii immortales! ubinam gentium ſumus? quam 11. rempubl: habemus? in qua urbe vivimus? hic, hic ſunt in noſtro numero, P. C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimo graviſſimoque conſilio 12. qui de meo noſtrumq; omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo 13. orbis terrarum exitio cogitent. Hoſce ego video conſul & de rep: 14? ſententiam rogo: & quos 15. ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero 16. Fuiſti igitur apud Leccam ea nocte, Catilina; diſtribuiſti 17. partes Italiæ: ſtatuiſti, quo 18 quemque 19. proficiſci 20. placeret: delegiſti, quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres, deſcri-

1 Recordare. 2 quæ proximam anteceſſit. 3 accuratius. 4 milites falcibus armatos. 5. loquar. 6 in eandem domum 7 audaciæ, conjurationis. 8 demonſtrabo, hoc factum eſſe. 9 hoc loco. 10 ſimul in domo illa. 11 quam miſeram. 12 Senatu. 13 quoniam a ſalute urbis Romæ dependet ſalus totius orbis terrarum. 14 de commodis reipublicæ. 15 & illos turbatores, quos. 16 nomino. 17 ſociis tuis. 18 in quam provinciam. 19 quemlibet ex ſociis tuis. 20 ſe conferre. 21 de.

descripsisti 21. urbis 22. partes 23. ad incendia 24. confirmasti 25. te ipsum iam esse exiturũ 26, dixisti, paululum tibi esse etiam tum moræ 27. quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent, & 28. se se illa 29. ipsa nocte paulo ante lucẽ 30. me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia vix, dum etiam cœtu vestro dimisso 31. cõperi: domũm meam maioribus 32 præsidiis munivi atq; firmavi: exclusi eos quos tu mane ad me salutarũ 34. miseras, cũ illi ipsi venissẽt, quos ego iã multis 35. ac sũmis viris ad me venturos id temporis 36. esse prædixerã.

21 designasti. 22 Romæ. 23 vicos. regiones. 24 incendio delendas. 25 affirmasti. dixisti. 26 ex urbe. 27 hoc te paululum morari & retardare adhuc á proposito tuo. 28 & pollicerentur. 29 in illa 30 ortum diei vel lucis. 31 cũ vester cœtus vix dimissus esset. 32 firmioribus. 33 non intromisi in meam domum. 34 ut me salutarent & venerarẽtur, aut ad me venirent honoris gratia. 35 dixeram hoc multis viris. 36 circa illud tempus.

CAPUT. V.

Quæ cũ ita 1. sint, Catilina, perge 2. quo 3. cæpisti, egredere aliquãdo ex urbe, patent portæ proficiscere: nimiũ diu te imperatorem illa tua Maniliana castra desiderant: educ tecũ etiã õnes tuos 4. si minus, quã plurimos 5. purga

1 Vera. 2 proficiscere, abi. 3 quorsum ire. 4 socios coniurationis. 5 quod si non omnes potes educere, at saltem educ tecum plurimos.

ga urbē 6. magno me metu liberabis, dūmodo inter me atque te murᵒ intersit 8. nobiscū versari iam diutius non potes: non ferā, non patiar, non sinā. Magna dijs immortalibᵒ habenda est gratia, atque huic 9 ipsi Jovi Statori 10. antiquissimo custodi 11 huius urbis, quod 12 hanc tam tetrā, tā horribilē, tamq; infestā 13 reipublicæ pestem 14 toties iam effugimus 15. nō est sæpius in uno homine (salus) sūma periclitanda reipublicæ 16. Quādiu mihi consuli designato 17, Catilina, insidiatus es, non publico me præsidio, sed privata 18 diligentia defendi: cū proximis 19 comitiis 20 consularibus me cōsulem in campo 21 & cōpetitores 22 tuos interficere voluisti, compressi 23 tuos nefarios conatus amicorum præsidio & copiis 24, nullo tumultu publice concitato 25: denique quo-

6 ab excrementis malorum civiū. 7 mœnia Romæ 8 interpositus sit. 9 in cujus templo iam sumus congregati. 10 qui inde nomen accepit, quoniam in bello Sabino stitit turpē Romanorū fugā. Liv. L. I. Ovid. Fastor. 6. 793. 11 Deo tutelari. 12 quoniā. 13 periculosam. 14 exitiū, seditionē. 15 evitavimus. 16 cū Catilina iā aliquoties ante turbas dederit in republica, igitur ferendū nō est, ut ab ipso eadē sæpius coniiciatur in periculū. 17 destinato, cōstituto in proximū annū. 18 per privatā meā. 19 in proxime habitis. 20 conventu populi 21 Martio, in quo habebantur comitia. 22 Silanū & Murænā, qui etiam petebant Cōsulatum 23 coërcui, impedivi. 24 potentia. 25 & ita quidem, ut nullus tumultus ad eam rem fuerit concitatus.

26 in-

Quotiescunque me petiisti 26, per me 27 tibi obstiti, quanquã videbã, perniciem 28 meã cũ magna calamitate reipublicæ esse conjunctam. Nunc iam aperte rẽpublicam universã petis 29. Templa deorũ immortaliũ, tecta 30 urbis, vitã omnium civium, Italiã denique totam ad exitium & vastitatem vocas 31. Quare, quoniã id, quod primũ 32, atque huj9 imperii, disciplinæque 33 majorũ propriũ est 34, facere nondũ audeo, faciam id, quod est ad severitatẽ lenius 35. & communẽ salutẽ utilius 36. Nam si te 37, interfici iussissẽ, residebit 38 in republica reliqua conjuratorum manus 39: sin 40 tu (quod te iãdudum hortor) exieris 41, exhaurietur 42 ex urbe tuorum comitũ 43 magna & perniciosa sentina 44 reipublicæ. Quid est, Catilina? nũ 45 dubitas id, me imperante, facere, quod iam tua sponte faciebas? exire ex urbe cõsul hostem iubet: interrogas me, num in exilium? non jubeo 46, sed si me consulis 47, svadeo.

CA-

26 insidiatus es mihi 27 meis viribus, per meam prudẽtiam. 28 mortem 29 invadis, aggrederis. 30 domus. 31 trahis. 32 præcipuum, maximum. 33 moribus. 34 ut scilicet liceat eos occidere, qui turbas excitant in republica. 35 quod minus severum est. 36 & ex quo respublica magnam utilitatem habebit. 37 solum. 38 remanebit. 39 exercitus. 40 quod si vero 41 ex urbe. 42 tunc simul eiicietur. 43 sociorum 44 sordes, excrementa. 45 num iubeam te in exilium ire. 46 ne videar, hoc imperare. 47 in consilium adhibes.

CAP-

CAPUT VI.

QUid enim, Catilina, eſt, quod te iam in hac urbe delectare poſſit, in qua nemo eſt extra 1 iſtam coujurationem perditorum. 2 hominũ, qui te non metuat, nemo 3, qui 4 non oderit? Quæ nota 5 domeſticæ 6 turpitudinis nõ inuſta vitæ tuæ eſt? quod privatarũ rerum 7 dedecus nõ hæret in fama? quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitiũ a toto corpore abfuit 8? cui tu adoleſcentulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes 9, non 10 ad audaciam ferrum, aut ad libidinem fac[illegible] prætuliſti 11? quid vero 12 nuper cum morte ſuperioris 13 uxoris, novis 14 nuptiis domũ vacuefeciſſes 15, nonne etiã alio incredibili ſcelere 16 hoc ſcelus cumulaſti? quod ego prætermitto, & facile patior ſileri 17, ne in hac civitate tãti facinoris ĩmanitas 18 aut extitiſſe 19, aut nõ vĩdicata 20 eſſe videatur, Prætermitto ruina fortunarũ 21 tuarum. quas omnes impendere-

1 Præter, exceptis tuis coniuratis & ſociis. 2 ſcelerat[orum]. 3 etiam eſt. 4 qui te. 5 ſtigma. 6 privatæ tuæ. 7 ſcelerum. 8 ita ut nulla pars tui corporis a ſcelere & libidin[e] eſſet vacua. 9 allexiſſes. 10 non prætuliſti. 11 cui adoleſcentulo non monſtraſti occãſionem ad audaciam & libidinem? 12 amplius dicam. 13 prioris tuæ. 14 ſecundis. 1[5] dum? filium tuum ex uxore priori natum interfeciſti. 1[6] dum filiam tuam adulterinam duxiſti in matrimonium. 1[7] ſilentio abvolvi, taceri. 18 fœditas, barbaries. 19 unqua[m] fuiſſe. 20 punita. 21 bonorum.

e 22 tibi proximis idibꝰ 23 senties. Ad illa 24 venio, quæ nō ad privatam ignominiā vitiorū 25 tuorū, non ad domesticā tuā difficultatē 26 ac turpitudinē sed ad summā 27 reipublicæ, atque ad omniū nostrum vitā salutēque pertinēt. Potestne tibi hujus 28 vitæ hæc lux, Catilina, aut huius cœli spiritus 29 esse jucūdus, cū scias, horum 30 esse neminē, qui nesciat, te pridie Kalend. Januar. Lepido & Tullo coss. stetisse in comitio 31 cū telo 32? manū 33, consulū & prīcipiū civitatis interficiēdorū causa 34, paravisse 35? sceleri ac furori tuo nō mentē 36 aliquā, aut timorē tuū, sed fortunā reipub. obstitisse? Ac jā illa omitto: neque enī sūt aut obscura 37, aut nō multo postea cōmissa. Quoties tu me designatū 38, quoties me consulē interficere conatus es? quot ego tuas petitiones 39 ita cōjectas 40, ut vitari posse non videretur, parva quadā declinatione 41, &, ut aiunt 42, corpore effugi 43? Nihil agis, nihil adsequeris 44, nihil

mo-

23 imminere 23 quando creditoribus tuis solvenda erit pecunia. 24 potius ad illa. 25 tuorum. 26 miserum & impeditum turbatumque statum rei tuæ familiaris. 27 statum 28 tam turpis. 29 aër. 30 præsentium Senatorum. 31 foro 32 gladio 33 turbam hominum. 34 ad interficiendos Consules & præcipuos civitatis viros. 35 ordinasse. instruxisse. 36 bonam tuam mentem, aut, genium bonum. 37 omnibus nota sunt. 37 Consulem. 39 insidias 40 structas. institutas. 41 42 in proverbio. 43 evitavi. 44 suscipis, intendis.

45 in.

moliris, quod mihi latere valeat in tẽpore 45; neque tamẽ conari ac velle 46 desistis 47 Quoties iam tibi extorta 48 est sica 49 ista manibus? quoties vero excidit 50 casu aliquo 51 & elapsa est? tamen ea 52 carere diutius non potes quæ quidem quibus abs te initiata sacris 53 ac devota 54 sit, nescio, quod 55 eam necesse putas consulis in corpore defigere.

45 iusto tẽpore cum id scire opus est. 46 turbas excitare, me interficere velle 47 desinis. 48 erepta per vim. 49 gladius, quo me petiisti. 50 hæc sica. 51 fortuito 52 hac sica, & tamen pergis mihi ulterius insidiari 53 sacrificiis. 54 consecrata. 55 quoniam.

CAPUT VII. 7

NUnc vero quæ 1 tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non ut odio 2 permotus esse videar, quo debeo 3; sed ut 4 misericordia quæ tibi 5 nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum: quis te ex hac tanta frequentia 6, ex tot tuis amicis ac necessariis 7 salutavit? si 8 hoc 9 post hominũ memoriã contigit nemini, vocis expectas 10 contumeliam, cum sis gravissimo judicio taciturnitatis oppressus 11 Quid? quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt 12: quod omnes consulares, qui tibi

tibi

1 Quam miserabilis. 2 ex odio. 3 quo odio deberẽ quid permoveri erga te. 4 videar permotus. 5 pro tuis meritis etsi tu non dignus es aliqua misericordia. 6 ex tã multis præsentibus senatoribus. 7 cognatis. 8 quandoquidẽ vero. 9 tãta cõtumelia, tãntus cõtemtus. 10 an expectas, ut etiã tibi cõtumeliosa verba in os dicamus? 11 punitus. 12 ex subselliis istis discesserũt omnes Senatores, ne cogerẽtur tecũ suffragia ferre, id quod illi ducunt sibi pudori. 13 de

ibi persæpe ad cædẽ constituti 13 fuerũt simul
tq; 14 adsedisti, partẽ istã 15 subselliorũ nudã
tque inanẽ reliquerunt. Quo tandẽ animo hoc
bi ferendum 16 putas? Servi, mehercule mei,
me isto pacto 17 metuerũt ut 18 te metuũt o-
nes cives tui, domũ meã relinquendã 19 pu-
arẽ: tu tibi urbẽ non 20 arbitraris? Et si me
neis civibus iniuria. 21 suspectũ tã graviter,
tque infensum 22 viderẽ 23, carere me aspectu
iviũ, quã infestis 24 oculis omniũ conspici,
nal'ẽ: tu 25 cũ consciẽtia 26 scelerũ tuorũ a-
gnoscas, odiũ omniũ iustũ & iã tibi diu debi-
ũ 27, dubitas, quorũ mẽtes sensusq; vulneras
8, eorũ adspectũ præsentiãque vitare? Si te
arentes timerẽt atq; odissent tui, neq; eos ulla
atione 29 placare posses: ut opinor, ab eorũ o-
ulis, aliquo 30 concederes 31: nũc te patria,
uæ cõmunis est omniũ nostrũ parens, odit ac
metuit, & iam diu de te nihil iudicat, nisi 32
le parricidio suo cogitare. Huius 33 tu ne-

 que

13 designati. 14 quamprimum. 15 in qua tu sedisti. 16 suscipiendum. 17 modo. 18 quomodo. quemadmodum. 19 deserendam. 20 non relinquendam esse. 21 injuste. 22 exosum. 23 quemadmodum video te esse exosum. 24 inimicis 25 tu dubitas vitare. 26 quoniam vides omnes scire tua scelera. 27 quod odium tu iam dudum mereris. 28 lædis aspectu tuo, qui tuã præsantiã ferre non possunt. 29 modo. 30 ad alium locum. 31 ires. te conferres. 32 ita iudicat patriã, te nihil aliud cogitare, quam cædem suam. 33 patriæ.

34 me-

que auctoritatẽ verebere 34, neque iudiciũ sequere, neque vim pertimesces? quæ 35 tecũ, Catilina, sic agit & quodãmodo 36 tacita loquitur. Nullũ aliquot iam annis facinus extitit 37, nisi per te: nullũ flagitiũ sine te: tibi uni multorũ civium neces, tibi vexatio direptioque sociorũ impunita fuit ac libera: tuo non solũ ad negligendas leges & quæstiones 38, verũ etiã ad evertendas perfringendasq; 39 valuisti 40. Superiora illa 41, quamquã ferenda non fuerunt, tamẽ, ut potui, tuli 42. nunc vero me totum esse in metu propter te unum quidquid increpuerit, Catilinam timeri 43, nullũ videri cõtra me consilium iniri posse 44, quod a tuo scelere abhorreat 45; non 46 est ferendũ, Quãobrem discede, atq; hunc mihi timorẽ eripe: si verus 47, ne opprimar: si 48 falsus, ut tandẽ aliquãdo timere desinam.

34 metues. 35 patria. 36 quasi. 37 commissum ac perpetratum est. 38 examina de reis. 39 infirmandas leges 40 malis artibus cõtendisti, effecisti. 41 quæ supra narravi. 42 non punivi. 43 ut statim te timeã, Catilina, si vel levissimus tumultus fiat, & ut ad quẽvis sonitũ expavescã. 44 & quod videatur, ac si nullũ consiliũ & scelus suscipi possit contra me. 45 cuius tu non sis particeps. 46 hoc non. 47 est hic timor. 48 quodsi vero falsus est hic timor.

CAPUT VIII.

HÆc 1 si tecũ, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrari debeat 2, etiamsi vim adhibere non

1 Talia, quæ iam ego tibi dixi, 2 ut ex urbe discedas sponte tua.

non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiã dedisti: quid? quod vitandæ suspicionis cau-sa apud M. Lepidũ te habitare velle dixisti, a quo nõ receptus 4 etiã ad me venire ausus es, atq;, ut domi 5 meæ te asservarẽ rogasti. Cũ a me quoque id responsum tulisses 6, me nullo modo posse iisdem 7 parietibus tuto 8 esse tecũ, qui magno in periculo essem, quod iisdem 9 mœnibus cõtineremur 10; ad Q. Metellum prætorem venisti, a quo repudiatus ad sodalẽ tuum, virũ optimũ M. Marcellum demigrasti 11, quem tu videlicet & ad custodiendum te, diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum 12, & ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipsum iam dignum custodia iudicaverit? Quæ cum ita sint, Catilina; dubitas, si hic morari æquo animo 13 non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptum 14, fugæ solitudinique mandare 15? Refer 16, inquis, ad senatũ, (id enim postulas) &, si hic ordo 17 sibi placere decreverit,

3 liberam, 4 cum vero ab eo non esses receptus, 5 in domo mea. 6 accepisses. 7 in una eademque domo. 8 tutus. 9 in una urbe. 10 viveremus. 11 inisti. 12 prudentissimum, callidissimum. 13 cum voluntate civium. 14 quam liberasti adhuc a suppliciis, quæ meritus es. 15 latebras quærere, in occulto vivere, & aspectum hominum vitare 16 propone deliberandum. 17 a Senatus.

verit, te ire 18 in exilium. obtemperaturũ 19
eſſe dicis, Non referam id, quod abhorret à
meis moribus 20, & tamen faciã, ut intelliga[s]
quid hi 21 de te ſentiant. Egredere ex urbe, Ca-
tilina, libera rempub. metu. in exilium; ſi hanc
vocem 22 exſpectas, proficiſcere. Quid eſt, Ca-
tilina? ecquid 23 attendis 24, ecquid animad-
vertis horum ſilentium? patiuntur 25, tacent
quid 26 exſpectas autoritatem loquentiũ, quo-
rum voluntatem tacitorum 27 perſpicis? At ſi
hoc idem 28 huic adoleſcenti optimo P. Sextio,
ſi fortiſſimo viro M. Marcello dixiſſem, iã mi-
hi conſuli hoc ipſo in templo iure optimo ſena-
tus vim & manus intuliſſet 29: de te 30 autem
Catilina, cum quieſcunt 31, probant 32; cum
patiuntur 33, decernunt 34; cum tacent, cla-
mant. Neque his ſolum, quorum tibi aucto-
ritas eſt videlicet 35 cara, vita viliſſima 36
ſed etiam illi equites R. honeſtiſſimi atq; o-
ptimi viri, ceteriq; fortiſſimi cives. qui circum
ſtant ſenatũ, quorũ tu & frequentiã 37 videre
& ſtudia 38 perſpicere, & voces 39 paulo ante
exau-

18 ut eas. 10 non proponam deliberandum; quod tu po-
ſtulas. 20 nam ego nolo eſſe ſeverus, & tamen ſcio, quod
Senatus te damnaturus ſit, ſi ego referam. 21 Senatores 2[2]
ſententiam. 23 an non. 24 obſervas. 25 permittunt, ut eas
in exilium. 26 quare 27 etiamſi tacent. 28 quod ego tibi di-
co. 29 quoniam hoc ferendum non fuiſſet. 30 dum ver[ba]
hæc de te dico. 31 tacent. 32 laudant. 33 ut ego hæc dicam
34 ut tu eas in exilium. 35 Ironia. 36 quorum vitam t[u]
pro nihilo habes. 37 multitudinem. 38 favorem exiguum
erga te. 39 ſermones.

40 pro-

exaudire potuisti: quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo 40, eosdē facile adducā 41, ut te hæc, quæ iam pridē vastare studes, relinquentē usq; ad portas prosequātur 42.

40 prohibere possum. 41 permovebo, persvadebo. 42 ut te comitentur usq; ad portas, quando ea relinques; quæ vastare iam pridem cupis.

CAPUT IX.

QUanquam quid loquor? te 1 ut ulla res frāgat? tu ut nunquā te corrigas? tu ut ullā fugam meditere 2? tu ullū ut exiliū cogites? utinam tibi istā mentē dii immortales duint: tametsi video, si mea voce 3 perterritus ire in exiliū animū induxeris 4, quanta tēpestas 5 invidiæ nobis 6, si minus in præsens tempus recenti 7 memoria scelerum tuorū, at in 8 posteritatē impendeat 9. Sed est mihi tanti 10, dūmodo ista tua privata sit calamitas, & reip: periculis sejungatur, Sed ut vitiis tuis cōmoveare, ut legum pœnas pertimescas, ut tēporibus reipub. concedas 11. non est postulandū 12: Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio

1 Fierine potest, ut ulla res te commoveat? 2 instituere cogites. 3 sermone. 4 volueris. 5 vehementia. 6 mihi. 7 cum memoria tuorum scelerum adhuc recens est. 8 apud posteros 9 immineat. 10 illo pretio emere volo; quidquid est, feram posteritatis invidiam libenti animo, dummodo hæc calamitas me solum tangat, & publica non sit. 11 ut aliquā retionē habeas periculorū reipublicæ. 12 sperandū. 13 sa.

13 a furore revocarit 14, Qamobrem, ut sæp
iam dixi, proficiscere 15. ac si mihi inimico, u
prædicat 16, tuo conflare 17 vis 18 invidiã, r
ćta 19 perge in exiliũ: vix 20 feram sermone
hominum 21, si id feceris: vix molem istius in
vidiæ, si in exilium ieris iussu consulis, sustine
bo 22: sin autem servire meæ laudi & glori
mavis 23 egredere cũ importuna 24 scelerator
manu 25, confer te ad Manlium, cõcita perdi
tos 26 cives, secerne te a bonis 27 infer Patri
bellum, exulta 28 impio latrocinio: ut a me n
ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse 2
videaris. Quãquam quid ego te invitem 30,
quo iam 31 sciam esse præmissos, qui tibi a
forum Aurelium præstolarentur 32 armati
sciam 33 pactam 34 & constitutam esse cur
Manlio diem? a quo etiam aquilam 35 illã ar
genteam, quam tibi ac tuis omnibus pernicio
sam esse confido 36, & funestam 37 futuram
cui domi tuæ sacrarium 38 scelerum tuo
rum

13 fama. 14 possit abstrahere. 15 abi, exi ex Urbe. 1
dicis. 17 excitare, parere. 18 cupis. 19 recta via, recto iti
nere 20 Ironia. 21. ægerrime mihi scilicet facient sermone
hominum. 22 feram, pari potero. 23 adhuc magis cupis. 2
seditiosa. 25 societate sua. 26 sceleratos 27 honestis civib
28 gaude propter impium hoc bellum, quod magis latro
cinium est quam bellum. 29. fuisse. 30 adhorter ut ho
facias. 31 iam aliquos. 32 te expectarent. 33 cum sciam 3
indictam. 35 signum militare. 36 certo spero. 37 periculo
sum. 38 in quo aquila hæc argentea erat inclusa, quæ ado
rabatur.

eum constitutum fuit, sciam esse præmissum 39 Tu ut illa 40 diutius carere possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas? a cuius 41 altaribus sæpe istam dextram impiam ad necem 42 civium transtulisti 43?

39 cum sciam quoque, aquilam esse a te præmissam, cui aquilæ constitutum & exstructum fuit, sacrarium in domo tua. 40. aquila. 41 aquilæ. 42 patrandam. 43 admovisti, a cuius altaribus sæpe inisti, ut necem civium patrares.

CAPUT X.

IBis 1 tandem aliquando, quo 2 te iam pridẽ tua ista cupiditas effrenata 3 ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res 4 adfert dolorẽ, sed quandam incredibilem voluptatẽ: ad hanc te amentiam natura peperit, voluptas exercuit, fortuna servavit 5. Nunquam tu non modo otium, sed ne bellum 6 quidem nisi nefarium 7, concupisti. Nactus es 8 ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam 9 improborum manum 10. Hic 11 tu qua 12 lætitia perfruere? quibus gaudiis exsultabis? quãta in voluptate bacchabere 13? cũ 14 in tanto numero tuorũ neq; audies,

1 Igitur ibis. 2 quorum. 3 indomita. 4 hoc bellum seu potius latrocinium. 5 ut diu viveres ad exercendos tuos furores. 6 nullum certe aliud bellum. 7 quod nec rite nec iuste geritur. 8 accepisti, collegisti. 9 collectam. 10 exercitum. 11 in horum societate. 12 quam grandi 13 fures, præ lætitia nimia coniicieris in furorem. 14 quando.

15 ul

dies virum bonum quemquã 15, neq; videbis? Ad huius vitæ ſtudiũ 16 meditati 17 illi ſunt, qui feruntur 18, labores tui: iacere 19 humi non modo ad obſidendum ſtuprũ 29, verum etiam ad facinus obeundum 21; vigilare non ſolũ inſidiantem ſomno maritorũ 22, verum etiam bonis occiſorum 23. Habes 24, ubi oſtentes illã præclarã tuã patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium, quibus 25 te brevi tempore confectum 26 eſſe ſenties. Tantũ 27 profeci tum 28, cum te a conſulatu repuli 29, ut exul 30 potius tentare 31, quam conſul 32 vexare remp: poſſes, atq; ut id 33, quod eſſet a te ſcelerate ſuſceptum 34 latrocinium potius, quam bellum nominaretur.

15 ullum. 16 deſiderium. 17 directi. 18 omnibus notiſſimi ſunt. 19 labores tui tales ſunt: iacere &c. 20 circũſiſtere ſoles ædes aliorum, ut ſecare liceat adulterium committere. 21 perpetrandum. 22 ut inſidieris & attendas occaſiones, quando dormiunt mariti, ut poſſis committere adulterium. 23 non ſolum cum uxoribus maritorum adulteria committes. ſed etiam occidis illos, & deinceps eorũ bona ad te rapis. 24 habes itaque nunc occaſionẽ in exilio & in caſtris Manlianis. 25 rebus. 26 perditum, 27 hoc tãdem effeci. 28 illo tempore. 29 quando effeci, ut Conſul non fieres. 30 in exilio. 31 aggredi, vexare. 32 ut tanquam conſul. 33 bellum. 34 cœptum.

CAPUT XI.

Nunc ut a me P. C. quandã prope iuſtã patriæ querimoniam deteſter 1 ac deprecer: per-

1 Removeam.

percipite 2 quæso diligenter, quæ dicam & ea penitus animis vestris mentibusq; mandate 3. Etenim si mecum patria, quæ mihi vita 4 mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis 5 respub: loquatur: M. Tulli, quid agis? tunc eũ 6, quem esse hostem comperisti 7, quem ducem belli 8 futurum vides, quem exspectari imperatorem in castris hostiũ sentis 9, auctorẽ sceleris principem 10 coniurationis, evocatorẽ 11 servorum & civiũ perditorũ, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus 12 in urbem esse videatur? nonne hũc 13 in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari 14 imperabis? Quid tandẽ impedit te? mosne maiorũ? at 15 persæpe etiam privati 16 in hac rep. perniciosos cives morte multarunt. An leges 17, quæ de civiũ Romanorum supplicio rogatæ 18 sunt? at nunquam in hac urbe i, qui a repub: defecerunt 19, civium iura tenuerunt 20. An invidiam posteritatis times? præclaram 21 vero populo Romano refers gratiam, qui 22 te hominem per te cognitum

23, nul-

2 auscultate, attendite. 3 imprimite. 4 quam vita. 5 tota 6 patieris exire. 7 certo scis. 8 civilis. 9 scis. 10 auctorem. 11 qni conquirit, excitat, sollicitat servos & alios sceleratos cives, ut insurgant contra rempublicam. 12 ut aggredi eam possit. 13 Catilinam 14 affici, necari. 15 attamen, imo vero 16 homines, qui magistratum non gerebant 17 te impediunt. 18 datæ, latæ. 19 hostes reipublicæ. 20 nunquam fuerunt in numero civium habiti. 21 Ironia. 22 populus Rom.

23. nulla cõmẽdatione maiorũ 24. tã matur 26 ad summũ imperiũ per omnes honoru gradus extulit 26. si propter invidiã, aut ali cuius periculi metum, salutẽ civiũ tuorũ ne gligis 27. Sed si quis est invidiæ metus 28. n est vehementius 29. severitatis ac fortitudin invidia, quã inertiæ ac nequitiæ pertim scẽda An cum bello vastabitur Italia, vexabuntu urbes, tecta ardebunt, tũ te non existimas in vidiæ incendio 30. conflagraturum?

23 novum hominem, qui nobili genere natus non es, se per virtutes tuas nomen acquisivisti & honores. 24 nobilium. 25 cito, breviter. 26 promovit, exornavit. 27 pos ponis. 28 sed si forte adhuc metuis invidiam posterorum. pertimescenda. 30 per incendium. 31 simul periturun annon putas te in invidia apud posteros fore, si bello v stabitur Italia &c.

CAPUT XII.

HIs ergo sanctissimis 1. reip. vocibus, & eor hominũ, qui idem sentiunt mentibus 2 pauca respondebo. Ego, si hoc optimum fact iudicarem, P. C. Catilinam morte multari, un us usuram 3. horæ gladiatorum 4. isti 5. ad vi vendum non dedissem. Etenim si summi vir & clarissimi cives, Saturnini, & Gracchorum & Flacci, & superiorũ 6. complurimũ sangui ne non modo se non contaminarũt 7. sed etiam honestarunt: certe verendum mihi non erat ne

1 Quibus nequeo repugnare. 2 cogitationibus. 3 usum 4 latroni, seditioso civi. 5 Catilinæ. 6 qui olim vixerunt & a me supra commemorati sunt. 7 commacularunt.

8 ali-

ae quid, hoc parricida civium interfecto, invi-
liæ 8. mihi in posteritatẽ redundaret 9. Quod
ĩ ea 10. mihi maxime 11. impẽderet, tamen hoc
nimo semper fui, ut invidiam virtute partam
gloriam non invidiam putarem! 12. Quamquam
nonnulli sunt in hoc ordine 13. qui aut ea 14.
quæ imminent, non videant, aut ea, quæ vidẽt,
dissimulent 15. qui spem Catilinæ mollibus sẽ-
tẽtiis 16. aluerunt 17. coniurationẽque nascẽ-
tẽ 18. nõ credẽdo corroboraverunt: quorũ au-
ctoritatem secuti multi, non solum improbi,
verum etiam imperiti, si 19, in hunc animad-
vertissem, crudeliter & regie 20. 20. factũ esse
dicerent. Nunc intelligo, si iste 21, quo 22.
intendit 23. in maniliana castra pervenerit, ne-
minem tam statum 24. fore, qui non videat
coniurationem esse factam: neminem 25. tã im-
probum, qui non fateatur 26. Hoc autem uno
27. interfecto, intelligo hanc reip: pestem 28.
paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi
posse.

8 aliqua invidia. 9 ad me veniret. 10 invidia 11. simo. 13 voluptatem, quod ea invidia, quæ virtute paratur & acquiritur non invidia sit, sed potius gloria 13 Senatorum. 24 pericula. 15 simulant, quasi ea non videant. 16 benignam sententiam ferentes de eo. 17 auxerunt. 18 in ejus initijs. 19 ? Catilinam morte multassem. 20 tyrannice, quẽadmodum Reges Romani, quorum nomen semper in odio fuit, olim fecerunt. 21 Catilina. 22 quorsum. 23 ire cepit. 24 imprudentem. 25 & neminem fore. 26 coniurationem esse factum. 27 quod si vero hic Catilina solus interficiatur. 28 coniurationem.

posse Quid si se 29. eiecerit 30. secũque suo eduxerit, & eodẽ 31. ceteros, undique collecto naufragos 32. aggregaverit, extingvetur atque delebitur non modo hac tam adulta 33 reipubl. pestis, verumetiam stirps ac semen malorum omnium.

29 se ipsum. 30 quod si ipse sponte exierit ex urbe. 31 in castra Manliana 32 perditos, sceleratos, miseros cives, socios suos 33 quæ jam tantas vires accepit.

CAPUT. XIII.

ETenim iam diu, P. C. in his periculis coniurationis, insidiisque versamur 1. sed nescio quo pacto 2. omnium scelerum, ac veteris 3. furoris, & audaciæ maturitas in nostri cõsulatus tempus erupit 4. Quod si ex tanto latrocinio 5. esse 6. unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura & metu esse relevati, periculum autem residebit 7. & erit inclusũ penitus in venis, atque in visceribus reip: Ut 8 sæpe homines ægri 9. morbo gravi, cũ 10. æstu febrique iactantur 11. si aqvam gelidã biberint, primo relevari 12. videntur, deinde multo gravius vehemẽti usque: sic hic morbus, 13. qui est in republ: relevatus istius pœna 14. vehemẽtius, vivis reliquis 15. ingravescet.

Qua

1 Vivimus. 2 modo. 3 diu meditati. excogitati dudum. 4 prodiit. 5 ex tam numeroso cœtu & societate coniuratorũ. 6 Catilina. 7 remanebit. 8 sicuti. 9 ægroti. 10 quando. 11 affliguntur, vexantur. 12 recreari paulisper. 13 seditio. periculũ. 14 per suppliciũ ac mortẽ 15 si vivũt reliqui ejus socii.

16 mœ-

Quare P.C, secedãt improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro 16. denique, id quod sæpe iã dixi, secernãtur a nobis: desinãt insidiari domi 17. suæ co suli 18, circũstare tribunal prætoris urbani, obsi ere ũ gladiis curiam, malleolos 19. & faces ad inflãmandam urbem comparare: sit denique inscritum in fronte uniuscuiusq; civis 20. quid rep: sentiat. Polliceor vobis hoc, P. C. tantam in nobis coss. fore diligentiam, tãtã in vobis autoritatẽ, tãtã in equitibus Rom: virtutem 21. tantã in omnibus bonis cõsensionẽ 22 ut Catinæ profectione 23. omnia patefacta illustrata 24. oppressa, vindicata esse videatis. Hisce ominibus 26. Catilina, cũ summa reip: salute & cum tua peste ac pernicie, cumque eorũ exitio, qui se tecũ omni scelere, parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefariũ. Tũ tu, Iupiter, qui iisdẽ, quibus hæc urbs, auspiciis 27. a Romulo es cõstitutus 28 quẽ Statorẽ huius urbis, atq; imperii vere nominamus, hũc 29. & huius socios a tuis aris, ceterisque tẽplis, & tectis urbis, ac mænibus, a vita fortunisque 30. civium omniũ arcebit, & omnes ini-

micos

16 mœnibus Romæ. 17 in domo. 18 mihi Ciceroni. 19 faces. 20 quilibet denique civis palam ostendat. 21 fortitudinem. 22 unanimitatem. 23 per abitum. 24 revelata. 25 punita. 26 igitur, postquam nunc hæc omnia dixi. 27 felicitate, voluntate deorum. 28 tanquam Deus tutelaris huius urbis. 29 Catilinam. 30 bonis.

31 affi-

micos bonorum, hoſtes patriæ, latrones Italiæ ſcelerum fœdere inter ſe, ac nefaria ſocietat coniunctos, æternis ſuppliciis vivos mortuosque mactabis 31.

31 afficies, punies.

SENTENTIÆ.

Non eſt ſæpius in uno homine ſalus reipublicæ periclitanda.

Qui civibus ſuis ſuſpectum ſe atque offenſum videt carere aſpectu civium, quam infeſtis oculis omnium conſpici malle debet.

Patria eſt communis noſtrum omnium parens.

Invidia virtute parta, gloria non invidia putanda eſt.

Sæpe homines ægri morbo gravi, cum æſtu febrique iactantur, ſi aquam gelidam biberint, primo relevar videntur: deinde multo gravius vehementiusque conflictantur.

ORATIO. VII.
quæ eſt
JN L. CATILINAM.[1]
SECUNDA.
Argumentum Orationis II. in Catilinam.

Catilina præcedenti Oratione vehementer a Ciceron crepatus, intempeſta in nocte Roma diſceſſit ad Manliana caſtra dato interea negotio Cethego, Lintulo, cæterisque ſociis, ut mutarent conſilia, quoniam ipſe pr

pe-

diem cum magno exercitu urbi sit superventurus. Pro mo post abitum Catilinæ die Cicero hac oratione po lo Romano gratulatur, quod magno metu liberatus , ostenditque, a Catilina eiusque sociis non timendum e, ob militiam eius multis nominibus infirmam & utilem.

Hæc Oratio in principio habet speciem gratulatio s: sed progreditur statim ad deliberatorium quoddam nus, cum maxime id agitur, quo agnoscant, Catilinã m nullum esse cum omnibus suis copiis.

Eventus non alius est, quam in hoc argumento O- tionis fuit propositus.

ORATIO. VII.
IN L. CATILINAM.
AD QUIRITES.
CAPUT I.

TAndem aliquando, Quirites 1, L. Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem . pestem 3 patriæ nefarie molientem. 4, obis atque huic urbi ferrum flammamque initantem 5, ex urbe vel eiecimus vel misimus 6, vel ipsum egredientem erbis 7 prosecuti sumus 8. Abiit, excessit, asit, erupit 9. Nulla iam pernicies a monstro

1 Cives Romani. 2 anxie cupientem perpetrare scelus um. 3 exitium. 4 qui moliebatur, meditabatur, cogitabat. 5 qui minitatur. 6 suasimus, ut sponte velit exire. 7 ris & diris. 8 comitati. 9 velut fera bestia solet ex claustris erumpere.

10 Cati-

ſtro illo, atque prodigio 10 mœnibus ipſis i
intra mœnia cõparabitur. Atque hunc quiden
unum huius belli domeſtici 12 ducem ſine cõ
troverſia 13 vicimus. Non enim iam inter late
ra noſtra ſicca 14 illa verſabitur 15: non in cã
po 16, non in foro 17, non in curia, non deni
que intra domeſticos parietes 18 pertimeſcẽm
Loco ille motus eſt 19, cũ eſt ex urbe depulſ
palam iam cum hoſte, nullo impediente, bell
juſtum 20 geremus. Sine dubio perdidimus ho
minem 21, magnificeque vicimus, cum illu
ex occultis inſidiis 22 in apertum latrociniu
coniecimus 23. Quod vero non cruentu
mucronem, ut voluit, extulit 24, quod vi
vis nobis 25 egreſſus eſt, quod ei ferrum 2
de manibus extorſimus, quod incolumes ci
ves quod ſtantem 27 urbem 28 reliquit: quã
to tandem illum mœrore adflictum eſſe & pro
fligatum 29 putatis? Iacet ille nunc proſtra
tu

10 Catilina, qui monſtro & beſtiæ ob mores peſſimos ſ
milior eſt quam homini. 11 urbi Romæ. 12 civilis. 13 d
bio. 14 gladius Catilinæ. 15 erit, metuenda erit, graſſab
tur. 16 Martio 17 ubi iudicia exercentur. 18 in domibu
noſtris 19 eiectus ille eſt ex Senatu & urbe. 20 quonia
ſcimus, Catilinam eſſe hoſtem reipublicæ. 21 hunc ſcel
ratum. 22 quas nobis noctu ſtruebat. 23 effecimus, ut C
tilina fieret latro. 24 quod vero abiit Catilina ſine cæ
patrata. 25 dum nos adhuc vivimus 26 gladium. 27 ſalv
28 quam replere volebat ſangvine & incendio. 29 vehem
ter vexatum & affectum.

30 vi-

ratus, Quirites, & se perculsum 30 atq; abje-ũ esse sentit; & retorquet 31 oculos profecto epe ad hanc urbẽ, quã ex suis faucibus ereptã se luget: quæ 32 quidẽ lætari mihi videtur, uod tantã pestẽ 33 evomerit forasq; 34 proie-erit.

30 victum, depulsum. 31 iracundis oculis respicit. 32 bs 33 perniciosum civem; hoc venenum reipublicœ. 34 urbe.

CAPUT II.

AT si quis est talis, quales esse omnes oporte-bat 1, qui in hoc ipso 2, in quo exultat & iumphat 3 oratio mea, me vehementer accu-t: quod tã capitalẽ 4 hostẽ non cõprehenderĩ otius quam emiserim 5: non est ita mea culpa Quirites, sed temporum 6: interemtum esse L. atil. & gravissimo supplicio adfectũ iam pri-em oportebat: idque a me & mos maiorum, huius imperii severitas 7, & resp. postula-at. Sed quam multos fuisse putatis, qui quæ 8 go deferrem 9. non crederent? quam multos, ui propter stultitiam 10 non putarent 11? quã ultos, qui etiam defenderent? quam multos, ui propter improbitatem faverent? Ac si, sub-

1 Dum omnes debebant iudicare, Catilinam fuisse inter-ciendum. 2 in hac re. 3 comprimis lætatur. 4 periculosũ; ui mortem promeruit. 5 iusserim proficisci ex urbe. 6 ma-rum. quæ requirunt, ut vivere Catilinam sinamus potiq uam eum interficiamus. 7 dum olim severissime puniti nt cives seditiosi. 8 ea pericula, quæ, 9 iudicarem : 10 nprudentiam. 11 periculum fore a Catilinæ insidiis:

lato illo 12, depelli a vobis omne periculũ iu dicarẽ, iam pridem ego L. Catilinam non mo do invidiæ meæ 13 verũ etiã vitæ periculo 1 sustulissent 15. Sed cum viderẽ, ne vobis qui dem omnibus re etiam tũ probata 16, si illũ, u 17 eius socios invidia oppressus 18 persaqu no possem: rem huc deduxi, ut tum palã pugnar possetis, cum hostem aperte videretis. Quer quidem ego hostem, Quirites, quam vehemẽ ter foris 19 esse timendũ putem, licet 20 hin intelligatis, quod illud etiam moleste fero 2 quod ex urbe parum comitatus 22 exierit. U tinam ille omnes secum suas copias 23 eduxi set. Tongillũ mihi eduxit, quẽ amare in præ texta 24 cœperat: Publicum, & Munatiũ, quo rum æs alienum 25 cõtractũ in popina 26 nu lum reipub. motũ afferre poterat 27. Reliqu quos viros 28? quanta alieno aere 29? quã va lentes? quam nobiles? vos videtis.

12 postquam interfectus esset Catilina. 13 apud poster 14 cum periculo. 15 interfecissem. 16 quoniam vos etia ægre tulissetis. 17 quemadmodum. 18 dum invidia me pr meret. 19 extra urbem. 20 potestis hinc intelligere. non libenter video. 22 cum exiguo sociorum suorum n mero. 23 socios, coniuratos 24 iuventute, cum Tongill puerilem vestem seu prætextam nondum deposuisset. 25 diversorio. 17 hi obærati non potuissent turbare rempub cam. 28 alios viros reliquit in urbe, qui magis timẽdi sun 29 ii, quos reliquit, sunt obærati, ideoque novarum rerũ cupidissimi.

CAPUT III.

Taque ego illum exercitum 1 & Gallicanis legionibus 2, & hoc delectu 3, quẽ in agro 4 iceno & Gallico Q. Metellus habuit, & his opiis 5, quæ a nobis 6 quotidie comparantur, agnopere 7 contemno, collectũ 8 ex senibus esperatis 9, ex agresti luxuria 10, rusticis deoctoribus 11, ex iis, qui vadimonia deserere 12 uã 13 illum exetcitum, maluerunt, quibus 14 go non modo si 15 aciem exercitus nostri, veum etiam si edictum prætoris ostendero, cõcient 16. Hos quos video volitare 17 in foro 18, uos stare ad curiam, quos etiam in senatum enire, qui nitent ungventis 19, qui fulgent urpura 20, mallem secum suos 21 milites duxisset: qui si hic 22 permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis 23, uam hos, qui exercitum deseruerunt 24 ertimescendos. Atque hoc 25 etiam sunt

 timen-

1 Catilinæ. 2 dum paratas habemus legiones Gallicanas c simul hunc delectum, & has copias. 3 4 provincia. 5 nilitibus. 6 Consulibus. 7 plane. 8 qui exercitus Catilinæ ollectus est. 9 qui vitam luxu suo perdiderunt. 10 ex rusticis luxuriosis. 11 qui bona sua dilapidarũt & luxuriose onsumserunt. 12 in iudicio potius non cõparere, 13 quam leserere. 24 Catilinæ militibus. 15 si saltẽ. 16 coniiciẽtur n terrorẽ, & vincentur. 17 discurrere. 18 ut argentũ conquirant ab argentariis. 19 qui faciẽ unxerunt balsamo, quod acere solent molles & delicatuli iuvenes. 20 qui pretiosas vestes induerunt. 21 tanquã suos. 22 in Urbe. 23 pertimescendũ. 24 & qui Romæ remanserunt. 25 eo magis

timendi magis, quod 26 quid cogitent, me sci re sentiunt, neque tamen permoventur 17 Video, cui 28 Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendiorum depopoſcerit 26: omnia superioris 3 noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit profugit: hi 31 quid exspectant? ne 32 il vehementer errant, si illam meam pristinam 3 lenitatem perpetuam sperant futuram.

26 quoniam. 27 ut exeant ex urbe adeoque pertinaci suam produnt, quam nos timere debemus. 28 ex sociis Catilinæ. 29 qui petierit, ut sibi permitteretur, sangvine at incendio vastare urbē. 30 quæ proximā noctē antecessit. 3 eius socii. 32 profecto. 33 quam hactenus demonstravi.

CAPUT IV.

QUod exspectavi 1, iam sum assecutus 2, u vos omnes factam esse aperte coniuratio nem contra rempub. videretis: nisi vero quis est 3, qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet 4. Non est iam lenitati locus 5, severitatem res ipsa flagitat 6 Unum etiam nunc 7 concedam 8: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam mi-

1. Nempe ut profugeret Catilina. 2 id iam imperavi. nisi forte aliquis est. 4 qui putet eos non eandē cum Catilinā sententiā habere, qui Catilinæ similes sunt per omni 5 iam itaque non necesse est neque fas, ut lenis porro sir 6 postulat. 7 adhuc. 8 sociis Catilinæ.

mi ſerum tabeſcere 9: demōſtrabo iter: Aurelia via 10 profectus eſt: ſi accelerare 11 volēt, ad veſperam cōſequentur 12. O fortunatā rēpub: ſiquidem hanc ſententiam 13 huius urbis eiecerit! uno, me hercule, Catilina exhauſto 14 relevata mihi & recreata reſpub: videtur. Quid enim mali 15 aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt, quod non ille conceperit 16? quis tota 17 Italia veneficus 18, quis gladiator, quis latro quis ſicarius 19, quis parricida, quis teſtamētorum ſubiector 20, quis circumſcriptor 21, quis ganeo 22, quis nepos 23. quis adulter, quæ mulier infamis, quis, corruptor 24 iuvētutis, quis corruptus 25. quis perditus 26 inveniri poteſt, quis ſe cum Catilina non familiariſſime vixiſſe fateatur? quæ cædes 27 per hoſce ānos ſine illo 28 facta eſt? quod nefariū ſtuprū non 29 per illū? Iam vero quæ tanta 30 in ullo unquā hominine iuventutis illecebra 31 fuit, quāta 32 in illo?

9 diutius angi. 10 per viam Aureliam abiit Catilina. 11 ſi ſocii celeriter volent iter inſtituere. 12. 13 hos cives ſeditioſos. 14 poſtquam unus Catilina eiectus eſt. 15 nullum malum. 16 meditatus ſit, perfecerit. 17 in tota. 18 qui tollit homines veneno. 19 latro, percuſſor ocultus. 20 quis falſa teſtamēta ſupponit pro veris & hæredes ſcribit, quo ipſe vult. 21 qui fraudem committit in teſtamentis. 22 qui meretrices alit. 23 luxurioſus, prodigus. 24 ſeductor. 25 ſeductus. 26 leviſſimus homo. 27 parricidium. 28 Catilina 29. non factum eſt. 30. nunquam tanta. 31. ſeductio, corrumpendi cupiditas. 32 fuit.

33 iu-

illo? qui alios 33 ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime serviebat: aliis fructum 34 libidinum, aliis mortẽ parentũ non modo impellendo 35, verũ etiã adiuvando pollicebatur. Nunc vero quam subito non solum ex urbe, verum etiam ex agris 36 ingentem numerũ perditorum hominum collegerit? nemo non modo Romæ, sed nec ullo in angulo totius Italiæ oppressus aere alieno 37 fuit, quem non ad hoc incredibilis sceleris 38 fœdus adsciverit 39.

33 iuvenes. 34 utilitatem ex turpi libidine. 35 dum quosdam iuvenes non solum impellebat, sed etiam adiuvabat ut parentes suos interficerent 36 pagis 37 debitis. 38 coniurationis, 39 ad se traxerit, sibi associaverit.

CAPUT V.

Atque ut eius diversa studia 1 in dissimili ratione 2 perspicere possitis, nemo est in ludo 3 gladiatorio paulo 4 ad facinus 5 audacior, qui se non intimũ 6 Catilinæ esse fateatur: nemo in scena 7 levior 8 & nequior, qui se non ejusdem 9 prope 10 sodalem fuisse commemoret. Atque idem 11 tamen stuprorum & scelerum exercitatione, assvefactus frigore, & fame, & siti, ac vigiliis perferendis 12, fortis ab isti

1 Mores. 2 in consvetudine vivendi non voluptuosa. 3 schola. 4 facile. 5 ad cædes & crudelitatem. 6 familiarissimum. 7 comœdias theatro. 9. Catilinæ. 10 quasi. 11 hic ipse Catilina. 12 in tolerandis.

13 di-

ſtis prædicabatur 13, cum induſtriæ ſubſidia 14, atque inſtrumenta virtutis 15 in libidinem audaciamque conſumerentur. Hunc vero ſi ſui fuerint comites ſecuti, ſi ex urbe exierint deſperatorũ hominum flagitioſi greges; o nos beatos! o rempublicam fortunatam! o præclaram laudẽ conſulatus mei! Non enim iã ſunt mediocres 16 hominum libidines, non humanæ 17 audaciæ, ac tolerãdæ 18: nihil cogitant, niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas: patrimonia ſua profuderunt 19, fortunas 20 ſuas abligurierunt 21: res 22 eos iã pridẽ, fides 23 deficere 24 nuper cœpit: eadẽ tamẽ illa, quæ erat in abundantia 25, libido permanet. Quod ſi in vino & alea cõmeſſationes 26 ſolum & ſcorta quærerent, eſſent illi quidem deſperandi 27, ſed tamen eſſent ferendi 28: hoc vero quis ferre poſſit, inertes 29 homines fortiſſimis viris inſidiari, ſtultiſſimos prudentiſſimis, ebrioſos ſobriis, dormientes vigilantibus? qui mi-

13 dicebatur. 14 res illæ, per quas potuiſſet Catilina induſtriam ſuam exercere. 15 nempe nobilitas generis, & vis animi atque corporis, quæ in Catilina erant. 16 ſummæ ſunt. 17 ſed beſtiales & crudeliſſimæ. 18 & quæ fortaſſis adhuc quodammodo tolerari poſſent. 19 luxurioſe cõſumſerunt. 20 bona. 21 decoxerunt. 22 facultates. 23 24 deſerere, iamdudum deeſt ipſis facultas & fides apud creditores 25 quam habebant & exercebant, cum facultatibus adhuc abundarent. 26 27 nulla quidem ſpes eſſet de eorum vitæ emẽdatione. 28 tolerandi. 29 pigros, inutiles libidinoſos. 30 au-

mihi accubātes 30 in cōviviis, complexi 31 mulieres impudicas, vino langvidi, cōferti 32 cibo, ſertis redimiti 33, ungventis obliti 34, debilitati ſtupris, eructāt 35 ſermonib9 ſuis cæd[em] bonorū, atq; urbis incēdia. Quibus ego cōfid[o] impēdere 36 fatū 37 aliquod; & 38 poenas iam diu improbitati, nequitiæ, ſceleri, libidini debitas, aut inſtare 39 iā plane 40, aut certe iam appropinquare. Quos 41 ſi meus cōſulatus, quoniā ſanare non poteſt, ſuſtulerit 42, non breve neſcio quod tempus, ſed multa ſæcula propagarit reipublicæ 43. Nulla eſt enim natio, quam pertimeſcamus: nullus rex, qui bellum populo Romano 44 facere poſſit. Omnia ſunt externa 45 uni9 46 virtute, terra marique pacata 47: domeſticū 48 bellū manet: intus 49 insidiæ sūt: intus inclusū periculū eſt: intus eſt hoſtis; cū luxuria 50 nobis, cū amētia, cū ſcelere certandum

30 antiqui non ſedebant, ſed cubabant ad menſā. 31 dū complectuntur. 32 ſaturi. 33 ornati. 34 uncti. 35 ſi ſimul cum ructibus ſuis edunt ſermones, quomodo urbem incēdio velint vaſtare & occidere Senatores & bonos homines. 36 imminere. 37 infortunium, mortē, iuſtitiam & vindictam divinam. 38 & inſtare ipſis pœnas. 39 præſentes eſſe, imminere. 40 omnino, certo. 41 peſſimos homines. 42 e medio removerit, eiecerit ex urbe. 43 exinde fiet, ut Cōſulatus meus non tam propaget rempublicam in breve tempus. ſed potius in multa ſæcula, & eam æternam efficiat. 44 inferre. 45 extra Europam hæc omnia bella geruntur. 46 Pompeii. 47 compoſita fuerunt bella 48 civile. 49 in Republica, Romæ. 50 luxurioſis hominibus.

um est. Huic ego me bello 51 ducem profiteor uirites: suspicio 52 inimicitias hominū perditorū: quæ 53 sanari poterunt, quacunq; ratione sanabo: quæ resecanda erunt, non patiar d perniciē civitatis manere. Proinde aut exeāt 4, aut quiescant, aut, si in urbe, & in eadem ente 55 permanēt, ea quæ merentur, exspectent 56.

51 contra Catilinam & socios gerendo. 52 recipiam in e. 53 ea vitia, vel ea membra quæ. 54 socii Catilinæ. 55 atriam perdendi. 56 eas pœnas.

CAPUT VI

AT etiam sunt 1, Quirites, qui dicant, a me in exiliū eiectū esse Catilinam. Quod ego si erbo 2 adsequi 3 possem, istos ipsos eiicerē 4, ui hæc loquuntur. Homo 5 enim videlicet 6 midus, & permodestus vocem consulis ferre on potuit: simul atque ire in exilium iussus st: paruit 7, quievit 8. Hesterno die cum doi 9 meæ pene 10 interfectus essem, senatum n eadē 11 Iovis Statoris vocavi 12, rem omnē d patres conscriptos 13. detuli: quo 14 cū Catilina venisset, quis eum senator appellavit 15? uis salutavit? quis deniq; ita aspexit, ut perlitum civem, ac non potius ut importunissimum

1 Sunt aliqui. 2 verbis meis. 3 consequi. 4 in exilium x urbe 5 Catilina. 6 scilicet, ironia. 7 obediens fuit. 8 umultum non excitavit. 9 in domo mea. 10 prope 11 templum. 12 convocavi. 13 Senatores. 14 in quod templum & n senatum. 15 quod alias moris erat.

mũ 16 hoſtẽ? quin etiã iam principes 17 eju
ordinis 18 partem illã ſubſelliorũ, ad quẽ ill
19 acceſſerat, nudã atque inanem reliquerun
Hic 20 ego vehemens 21 ille conſul, qui ver
bo 22 cives in exilium eiicio, quæſivi a Catili
na, an nocturno conventu apud M. Leccam fu
iſſet, nec ne. Cum ille homo audaciſſimus, cõ
ſcientia convictus 23, primo reticuiſſet, pate
feci cetera: quid ea nocte egiſſet, ubi fuiſſet
quid in proxima 24 cõſtituiſſet quẽadmodũ eſ
ſet ei 25 ratio 26 totius belli deſcripta 27 edo
cui. Cum hæſitaret 28, cũ teneretur 29, quæſivi
quid 30 dubitaret proficiſci eo 31, quo iã pr
dẽ pararet 32: cũ 33 arma, cũ ſecures 34, cu
faſces 35, cũ tubas; cum ſigna militaria, cũ aqu
lam illã argenteam, cui ille 36 etiã ſacrariu
ſcelerũ domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſa
In exilium eiiciebam, quẽ 37 iam ingreſſũ 3
eſſe in bellum videbam. Etenim, credo 39, Ma
lius iſte centurio, qui in agro Fæſulano ca
ſtra poſuit, bellum populo Rom. ſuo nomin
indixit, & illa nunc non Catilinam duce
exſpectant: & ille eiectus in exilium,

40 Maſ-

16 periculoſiſſimum. 17 capita, præcipui viri. 18 Sena
torij. 19 Catilina. 20 hoc loco, tunc. 21 crudelis, ironi
22 unico. 23 cum conſcientia ipſum convinceret. 24 noct
25 ab eo. 26 ordo, inſtitutio. 27 inſtituta, delignata. 2
nollet fateri ſuum crimen. 29 convictus manifeſtis iudic
is. 30 quamobrem. 31 ad eum locum. 32 voluerat profic
ſci, 33 cum ſcirem. 34 inſignia Prætorum. 35 inſignia C
ſulum & Imperatorum 36 Catilina 37 eum, quem. 38 c
piſſe. 39 Ironia.

40

o Maſſiliam 41, ut aiunt, non in hæc caſtra, onferet.

40 ſe conferat. 41 hodie Marſeille Galliæ oppidum.

CAPUT. VII.

O Conditionem 1 miſeram non modo administrādæ; verum etiā cōſervandæ reipublicæ! Nunc ſi L. Catilina conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus 2. ac debilitatus, ſubito pertimuerit, ſententiam mutaverit, deſeruerit ſuos, conſilium belli faciendi abjecerit, ex hoc curſu ſceleris 3 & belli, iter ad fugā atque in exilium converterit; non 4 ille a me ſpoliatus armis audaciæ, non obſtupefactus ac perterritus mea 5 diligentia, non de ſpe 6 conatuque depulſus, ſed indemnatus 7, innocēs in exilium ejectus a cōſule, vi 8 & minis eſſe dicetur: & erunt 9, qui illum, ſi hoc fecerit 10. nō improbum, ſed miſerum: me non diligentiſſimum conſulē, ſed crudeliſſimum tyrannum exiſtimari velint. Eſt mihi tanti 11 Quirites, hujus invidiæ falſæ atque iniquæ tempeſtatem ſubire 12, dummodo a vobis hujus horribilis belli, ac nefarii periculum depellatur.

Di-

Statum quam miſerum nunc eſt, non ſolum adminiſtrare ſed etiam conſervare rempublicam. 2 oppreſſus impeditus. 3 conjurationis. 4 tunc non ille dicetur ſpoliatus. 5 per meam. 6 ſua. 7 indicta cauſa, non auditus. 8 per vim & minas. 9 & invenientur fortaſſis aliqui. 10 ſi non in caſtra iverit, ſed in exilium. 11 parum curo, nihil facio 12 pati.

13 per

Dicatur sane eiectus esse a me 13, dummodo e
in exilium: sed, mihi credite, non est iturus
Nūquā ego a diis immortalibus optabo, Qui
tes, invidiæ meæ levandæ causa 15, ut L. C
tilinā ducere exercitū hostiū, atque in arm
volitare 16 audiatis: sed triduo 17 tamen au
etis: multoque magis illud timeo, ne mihi
invidiosū 18 aliquando, quod illū emiserī p
tius, quā quod eiecerī. Sed, cū sint 20 homin
qui illū, cū profectus sit 21, eiectū esse dican
iidē, si interfectus esset, quid dicerent? Qua
quam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictit
22, non tam hoc queruntur, quam verentur 2
Nemo est istorum tam misericors, qui illu
non 24 ad Manlium, quam ad Massilienses, i
malit. Ille autem si, me hercule, hoc quod ag
25, nunquam ante cogitasset; tam latrocinant
se interfici mallet 26, quam exulem viver
Nunc vero cum ei nihil 27 adhuc præter 2
ipsius voluntatē cogitationemq; acciderit, ni
quod

13 per me licet, ut dicant homines invidi, Catilinam me fuisse eiectum. 14 non ibit in exilium. 15 ut ego libe rer ab invidia. 16 arma sua passim circumferre, cum exe citu suo vagari. 17 intra tres dies. 18 ne hoc olim apu posteros invidiam mihi conciliet. 19 sine pœna dimiseri ex urbe. 20 inveniantur aliqui, 21 cum tamen sponte su exierit. 22 sæpius dicunt. 23 ne eat forte Massiliam. 24 n malit. 25 nempe patriæ bellum inferre, quod meditatur 26 mallet. tamen Catilina interfici in bello contra patriā 27 nihil magis, tam 28 contra. extra.

29 sal-

...od vivis 29 nobis, Roma profectus est; opte-
us potius, ut eat in exiliū, quā 30 queramur.

29 salvis, dum nos vivimus & incolumes sumus. 30 quā id.

CAPUT. VIII.

Ed cur tam diu de uno hoste loquimur, & de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem, & uem 1, quia, quod semper volui, murus inte-st 2, non timeo: de his, qui dissimulāt 3, qui omæ remanēt, qui nobiscū sunt, nihil dicim9? uos quidē ego, si ullo modo fieri posset, non i ulcisci 4 studeo 5, quā sanare 6, & ipsos pla-are reipub: 7 neq; 8 id, quare fieri non possit, me audire volent, intelligo 9. Exponā 10 enī obis, Quirites, ex quibus generibus hominū æ copiæ 11 comparentur: deinde singulis me-icinam consilii 12 atq; orationis meæ, si quā otero, adferam 13. Unum 14 genus est eorum, ui magno in aere alieno 15 maiores etiā posses-ones 16 habēt, quarū amore adducti dissolvi 7 nullo modo possunt. Horum hominum spe-ies 18 honestissima. Sunt enī locupletes: vo-luntas

1 Quem non timeo. 2 quia inter me & Catilinam mur9 rbis Romæ est. 3 qui simulant, se non esse socios Catili-æ. 4 punire. 5 volo, cupio. 6 ad sanam mentem redu ce-e. 7 cum republica. 8 intelligo. 9 videre possum. 10 dicā. 1 exercitus Catilinæ. 21 per consilium atque orationem neam. 13 dabo. 14 unum genus sociorum Catilinæ 15 qui bærati, debitis pressi sunt. 16 bona. 27 a debitis liberari. 8 prætextus.

luntas vero & cauſa impudentiſſima. Tu 19 agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus 20, & copioſus 21 ſis, & dubites 22 aliquid de poſſeſſione detrahere 23, ac fidem 24 acquirere 25? quid enim expectas? bellum? quid? ergo in vaſtatione omnium 26 tuas poſſeſſiones ſacroſanctas 27 futuras putas? an 28 tabulas novas 26? errant 30, qui iſtas 31 a Catilina exſpectant 32: meo beneficio 33 tabulæ novæ proferentur, verum auctionariæ 34. Neque enim iſti, qui poſſeſſiones habent, alia ratione ulla ſalvi eſſe 35 poſſunt. Quod ſi maturius 36 facere voluiſſent, neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum uſuris 37 fructibus 38 prædiorum 39: locupletioribus his & melioribus civibus veremur 40. Sed hoſce homines minime puto pertimeſcendos, quod 41 aut deduci de ſententia poſſunt, aut,

19 cum tu ſis. 20 inſtructus. 21 dives. 22 non cupias, nolis. 23 vendere aliquid, ut creditoribus ſatisfiat. 24. 25 tibi parare. 26 bonorum. 27 inviolabiles, quas nemo audeat attingere. 28 an expectas. 29 tales tabulas, in quibus ſcriptum eſſet, ut creditor a debitore nec pecuniam creditã nec uſuram poſſet poſtulare. 30 vehementer falluntur. 31 ejusmodi tabulas novas. 32 ſperant. 33 per meam curam 34 ſed tales tabulæ, in quibus ſcripta ſunt nomina debitorum, qui ſolvere non poſſunt. & quorum bona vendi debent ſub haſta. 35 a creditoribus liberati. 36 iſto tẽpore. 37 pecunia illa, quæ ſolvitur pro pecunia mutuo accepta. 38 reditibus. 39 neque voluiſſent luctari cum uſuris, quæ maiores ſunt, quam reditus ex ipſorum prædiis. 40 hic cives & locupletiores forent & meliores. 41 quoniam.

t si 42 permanebunt, magis mihi videntur ta 43 facturi contra rēp. quā arma laturi 44

42 si in sententia sua. 43 optare turbas in republica. 44 non quidem arma ferent contra rempublicam sed optant tamen fortassis ut saltem turbæ in ea exercitentur.

CAPUT IX.

ALterum genus 1 est eorum, qui quamquā premuntur aere alieno, dominationem tamē pectant rerū potiri 2 volunt: honores, quos quieta repub. desperāt, perturbata 4 cōse- qui se posse arbitrantur. Quibus hoc precipiē- dū 5 videtur, unum, scilicet & idē 6, quod 7 teris omnibus, ut desperēt 8, se id quod co- ntur consequi posse. Primū & omnium, me sum vigilare, adesse, providere reipub: dein- e magnos animos esse 10 in bonis viris, magnā ncordiā, maximā multitudinē, magnas præte- a copias militum: deos denique immortales uic invicto 11 populo, clarissimo 12 imperio, ulcherrimæ urbi, contra tantam vim scele- is 13 præsentes auxiliū esse laturos. Quod si i sint 14 id, quod cū summo furore cupiunt, depti, num illi in cinere urbis 15, & sangvine civi-

1 Sociorum Catilinæ. 2 imperium & dominationem vo- nt occupare. 3 quos non sperant se cōsequi posse in qui- ta republica, hos arbitantur &c. 4 in republica perturba- a. 5 dicendum 6 hoc ipsum scilicet. 7 quod dictum est. 8 e velint sperare. 9 ante omnia præcipiendum est ipsis. 10 desse. 11 quod a nullo hoste victum est nec unquam vince- ur. 12 celeberrimo. 13 coniurationis. 14 adepti 15 incen- lio deletæ. 16 quod

civiũ, quæ 16 mente 17 conſcelerata 18 ac nefaria concupierunt, ſe conſules 19. ac dictatores, etiam reges ſperant futuros? nõ vidẽt, id ſe 20 cupere, quod ſi adepti fuerint, fugitivo 21 alicui, aut gladiatori concedi 22 ſit neceſſe. Tertiũ genus 23 eſt ætate iam affectũ 24, exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Manlius cui nunc Catilina ſuccedit 25. Hi ſunt homines ex iis coloniis 26, quas 27 Sylla cõſtituit: quas ego univerſas 28 civiũ eſſe optimorũ & fortiſſimorum virorũ ſentio 29: ſed tamen hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis repentiniſque pecuniis ſumtuoſius inſolentiuſq; iactarunt 30. Hi dum ædificant tanquã beati 31, dum prædiis lectis, familiis 32 magnis, cõviviis apparatis 33 delectantur, in tantũ æs alienũ inciderũt, ut ſi ſalvi eſſe 34 velint, Sylla ſit iis ab inferis excitãdus 35. Qui etiã nõnullos agreſtes 36, homines tenues 37 atque egentes, in eandem illã ſpem rapina-

16 quod utrumque. 17 ex mente. 18 ſcelerum plena. 19 qui ſummum habeant imperium. 20 ipſos 21 ſervo. 22 tradi. 23 eorum, qui Catilinam ſequuntur. 24 iam pervenit ad annos ætatis grandioris, iam ſunt ætate maiores, etſi nondum ſenes, quales olim erant milites veterani. 25 tanquã dux exercitus ſeditioſi. 26 novis incolis. 27 colonias. 28 omnes 29 puto. 30 qui cum ex inſperato, præter ſpẽ, repente accepiſſent pecuniam, magnos ſumtus fecerunt, & inſolenter ſe geſſerunt. 31 felices, divites. 32 multis ſervis. 33 lautis, ſplendidis. 34 liberari a ſuis debitis. 35 neceſſe foret, ut ab inferis rediret Sylla, & ipſis iterum pecuniã daret, ad exſolvenda debita. 36 ruſticos. 37 pauperes viles. 38 qua-

narum veterum 38 impulerunt. Quos ego
trosq; Quirites in eodem genere 39 prædato-
um direptorumque 40 pono. Sed eos hoc mo-
eo, desinant furere, ac 41 præscriptiones 42
dictaturas cogitare 43. Tantus enim illorũ
mporũ 44 dolor iniustus 45 est civitati, ut iã
6 ista 47 non modo homines, sed ne pecudes
uidem mihi passuræ esse videantur.

38 quales sub Sylla fuerunt. 39 classe, ordine. 40 latro-
m, furum. 41 ac desinant etiam. 42 venditiones bono-
m alienorum. 43 sibi fingere, imaginari; nam frustra e-
nt ipsorum cogitationes & svavia somnia. 44 in quibus
lla dictator fuit. 45 permansit in animis omnium civiũ.
hoc quidem tempore, in hoc statu reipublicæ. 47 tantã
iquitatem & crudelitatem.

CAPUT. X.

QUartum genus 1 est sane variũ 2, & mistum, & turbulentum 3, qui iam pridẽ premun-
ur: qui nunquam emergent. 4: qui partim
ertia 5, partim male gerendo negotia 6,
rtim etiam sumtibus 7 in vetere 8 aere a-
eno vacillant 9: qui vadimoniis 10, iudiciis,
roscriptionibus bonorum defatigati, permul-
11 & ex urbe, & ex agris se in illa 12 castra

P con-

1 Sociorum Catilinæ. 2 multis vitiis inquinatũ. 3. quorũ
atus turbatus est, & qui simul cum facultatibus suis etiam
onsilium amiserunt. 4 ad honores pervenient. 5 propter
igritiam suam. 6 dum rem suam familiarem male admi-
istrarunt. 7 dum adhuc sumtus facere pergunt. 8 & tamẽ
mdudum debitis premuntur. 9 stare non possunt, sed mox
o rruent. 10 propter vadimonia. 11 in magno numero. 12
Catilinæ vel Manlii.

13 for-

cõferre dicuntur. Hosce ego nõ tã milites acres 13, quã inficiatores 14 lentos 15 esse arbitror, qui homines primũ si stare 16 nõ possũt, corruant, sed ita 17, ut nõ modo civitas, sed ne vicini quidẽ proximi sentiãt 18. Nam illud nõ intelligo 19, quãobrẽ si vivere 20 honeste 21 nor possũt, perire turpiter 22 velint; aut cur 23 minore 24 dolore perituros 25 secũ multis 26, quã si soli 27 pereant, arbitrẽtur. Quintũ genus 28 est parricidarũ, sicariorum, denique omnium facinorosorũ: quos ego a Catilina non revoco. Nã neque divelli 29 ab eo possunt: & pereant sane 30 in latrocinio 31, quoniã sunt ita mult 32, ut eos capere 33 carcer non possit. Postremum 34 autem genus 35 est 36, non solun numero 37, verũ etiã genere ipso atque vit quod proprium 38 est Catilinæ, de eius delectu 36, imo vero de complexu eius ac sinu

quos

13 fortes. 14 qui negant se debere aliquid creditoribu suis. 15 segnes, ignavos. 16 salvi esse. 17 corruent. 18 e ipsorum ruina neque civitas ullum damnum sentiet, ne vicini proximi. 19 capere non possum. 20 in urbe. 21 c honore. 22 in civili bello, in societate cum hostibus re publicæ. 23 arbitrentur. 24 cum leviori. 25 morituros es 26 in societate multorum. 27 procul ab armis. 28 eorun qui Catilinam sequantur. 29 abstrahi. 30 per me licet, pa nostra, bona cum nostra voluntate. 31 dum latrocinia s exercent. 32 eorum 33 recipere. custodire. 34 ultimum. 3 sociorum Catilinæ. 36 postremum, vilissimum. 37 quo a numerum. 38 quod accurate consentit cum moribus C tilinæ. 39 ipse eos delegit.

40 or-

quos pexo capillo nitidos 40, aut imberbes, aut bene 41 barbatos videtis, manicatis 42 & talaribus 43 tunicis, velis 44 amictos, non togis: quorũ omnis industria vitæ, & vigilãdi labor in antelucanis 45 cœnis expromitur 46. In his gregibus 47 omnes aleatores, omnes adulteri, õnes impuri impudiciq́; verſantur. Hi pueri 48 tam lepidi ac delicati, non ſolũ 49 amare & amari, neq́; cantare, & ſaltare; ſed etiam ſicas 50 vibrare 51, & ſpargere 52 venena didicerũt: qui niſi exeunt, niſi pereunt, etiamſi Catilina perierit, ſcitote hoc in republ: ſeminarium 53 Catilinarium futurum. Verumtamen quid ſibi iſti miſeri 54 volunt? num ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi 55? quemadmodum 56 autem illis 37 carere poterunt, his præſertim iam noctibus 58? quo autem pacto 59 illi eo Apenninum 61, atque illis

P2 pru

40 ornatos, comtos. 41 qui primam lanuginem oſtendunt & videntur mox barbam monſtraturi. 41 in quorum togis longæ manicæ ſunt. 43 prolixis, longis veſtibus. 44 anguſtis, prolixis veſtibus circumdatos, quæ ſimiles ſunt velis navium. 45 quæ uſq; ad ortum ſolis producuntur. 46 verſatur, occupatur. 47 ſociis Catilinæ. 48 molles, qui pueri potius appellari merentur, quam milites. 49 didicerunt amare. 50 gladios breves. 51 adigere in civium corpora. 53 propinare. 53 veluti hortus, in quo ſuccreſcunt & aluntur ſtirpes arborum & fruticum, ut transferantur. 54 pueri. 55 ducere volunt. 56 vix enim. 57 mulierculis 58 quando iam noctes breves ſiunt & frigidæ. 59 modo. 60 pueri delicati, 61 frigidum montem.

62 te-

pruinas ac nives perferent 62? niſi idcirco ſe facilius hiemẽ toleraturos putãt, quod 63 in cõvivijs nudi ſaltare didicerũt. O bellũ magnopere pertimeſcendum, cum hanc ſit habiturus Catilina ſcortorum cohortem prætoriam 64.

62 tolerare poterunt. 63 quoniam. 64.

CAPUT XI.

INſtruite 1 nunc, Quirites, cõtra has tã præclaras 2 Catilinæ copias veſtra præſidia 3, veſtroſque exercitus, & primum gladiatori illi 4 confecto 5 & ſaucio 6 conſules imperatoreſque veſtros opponite: deinde contra illam naufragorum 7 eiectam ac debilitatam manum 8, florem 9 totius Italiæ ac robur 10, educite. Iam vero urbes coloniarũ ac municipiorũ 11 reſpõdebunt 12 Catilinæ tumulis 13 ſilveſtribus 14. Neque vero ceteras copias 15, ornamenta 16, præſidia veſtra, cũ illius latronis inopia atque egeſtate debeo 17 cõferre 18. Sed ſi, omiſſis his rebus omnibꝰ, quibus nos ſuppeditamus 19, eget ille 20 Senatu, equitibus Romanis, populo, urbe,

1 In ordinem redigite. 2 ironia, 3 milites. 4 Catilinæ. 5 ſeni. 6 ſcelerato. 7 miſerorum & perditorũ civiũ. 8 ſocios Catilinæ. 9 & 10 fortiſſimos milites, quos in Italia habetis 11 liberarum & immunium civitatũ. 12 ſimiles erũt. 13 ſepulchris. 14 in quos tumulos coniicietur. Catilina cũ ſociis tanquã latro. 15 potentiam. 26 viros ornatos, vel eas res, quibus veſtra reſpublica ornata & inſtructa eſt, & quæ nunc enumerãtur. 17 neceſſe eſt. 18 cõparare. 19 abundamus, ſuperiores ſumꝰ, 20 Catilina ſecũ nõ habet Senatũ &c.

21 pu.

urbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus: si, inquã, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se cõfligunt 21 cõtendere 22 velimus: ex eo ipso 23 quã valde illi 24 iaceant, intelligere possumus Ex hac enim parte 25 pudor pugnat, illinc 26 petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprũ: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus hinc cõstantia, illinc furor: hinc honestas, illic turpitudo: hinc cõtinẽtia, illinc libido: deniq; æquitas, tẽperantia, fortitudo, prudẽtia, virtutes omnes certant cũ iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitijs omnibus; postremo 27 copia cum egestate, bona 28 ratio cũ perdita 29, mens sana cũ amentia, bona deniq; spes cum omniũ rerum desperatione cõfligit. In huius modi certamine ac prælio, nõne 30, etiam si hominum studia 31 deficiãt 33, dii ipsi immortales cogent 33 ab his præclarissimis virtutibus tot & tanta vitia superari?

21 pugnant. 22 comparare. 23 ex hæc cõparatione. 24 Catilina & socij. 25 reipublicæ. 26 ex parte Catilinæ. 27 tandẽ etiã. 28 sana. 29 corrupta. 30 nõne dii ipsi cogent. 31 favor. 32 desint, nos deserant. 33 omnino efficient.

CAPUT XII.

QUæ cum ita sint, Quirites, vos, quẽadmodũ iam ante edixi vestra tecta 1 custodiis vigiliisq; defendite: mihi 2, ut urbi 3 sine ve-

1 Domo. 2 a me. 3 in urbe.

4 pro-

ſtro metu ac ſine ullo tumultu, ſatis eſſet præſidii, conſultũ 4 ac proviſum eſt, Coloni omnes municipeſq; Veſtri certiores a me facti de hac nocturna excluſione 5 Catilinæ, facile urbes ſuas fineſq; defenderent: gladiatores, quam ſibi ille maximam manum & certiſſimam fore putavit 6, quamquam meliore animo 7 ſunt, quã pars patriciorum 8, poteſtate 9 tamen in veſtra continebuntur 10. Q. Metellus, quẽ ego proſpiciens hoc 11, in agrum Gallicanum, Picenumq; præmiſi, aut opprimet hominem 12, aut omnes ejus motus conatuſque prohibebit 13. Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis 14, agendis, iam ad ſenatum referemus, quem vocari 15 videtis. Nunc illos 16, qui in urbe remanſerunt, atq; adeo qui contra urbis ſalutem, omniumque veſtrum, in urbe a Catilina relicti ſunt, quamquam ſunt hoſtes, tamen quia nati ſunt cives, monitos etiam atque etiam 17 volo. Mea lenitas adhuc ſi cui 18 ſolutior 19 viſa eſt, hoc exſpectavit, ut id 20, quod latebat, erumperet 21. Quod reliquum eſt, iam non poſſum obliviſci,

Profectum curatumque, 5 fuga. 6 quos gladiatores putavit Catilina in ſuas partes certiſſime eſſe tranſituros. 7 erga rẽpublicam, 8 Senatorum, qui ſtabant a partibus Catilinæ. 9 per poteſtatem Senatus. 10 tenebuntur in officio ne poſſint ad Catilinam tranſire. 11 dum de ſecuritate urbi proſpexi, 12 Catilinam. 13 arcebit, impediet. 14 matur incipiendis 15 convocari. 16 monitos volo. 17 vehemẽter omnino. 19 ſi forte alicuj. 19 nimia. 20 tota ſeries coniurationis, 21 revelaretur, in lucem prodiret. 22 ci-

viſci, meam hanc eſſe patriam, me horum 22 eſſe conſulem: mihi aut cum his vivendũ, aut pro his eſſe moriendum. Nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator viæ 23: ſi qui exire volũt cõſulere ſibi poſſunt: qui vero in urbe ſe commoverit, cuius ego non modo factum, ſed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero; ſentiet 24 in hac urbe eſſe cõſules vigilantes, eſſe egregios magiſtratus, eſſe fortẽ ſenatum, eſſe arma, eſſe carcerem, quem 25 vindicem nefariorum ac manifeſtorum ſcelerũ maiores noſtri eſſe voluerunt.

22 civium. 23 qui iuſſi ſint excipere aut occidere eos, qui velint tranſire ad Catilinam. 24 is profecto ſentiet. 25 carcerem.

CAPUT XIII.

ATque hæc omnia ſic agentur, Quirites, ut res maximæ minimo 1 motu, pericula ſumma nullo 2 tumultu, bellũ inteſtinũ ac domeſticũ, poſt hominũ memoriam crudeliſſimũ ac maximum, me 3 uno togato duce 4 & imperatore, ſedetur 5. Quod 6 ego ſic adminiſtrabo, Quirites, ut ſi ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quiſquam 7 in hac urbe pœnam ſui ſceleris ſufferat. Sed ſi vis manifeſtæ audaciæ, ſi impendens patriæ 8 periculum me neceſſario de hac animi lenitate deduxerint, illud profecto perficiam, quod in tanto & tam in-

1 Sine ullo. 2 ſine ullo. 3 a me. 4 qui exercitum nullũ habeo. 5 componatur, ad finem perducatur. 6 bellum 7 nec imo unicus. 8 per

sidioso bello vix optandũ videtur, ut ne quis bonus intereat, paucorũque pœna 8. vos õnes iam salvi 9. esse possitis. Quæ quidem ego, neque 10 mea prudentia, neque humanis cõsiliis fretus, polliceor vobis, Quirites, sed 11. multis, & non dubiis 12 deorũ immortaliũ significationibus, quibus 13. ego ducibus 14. in hanc spẽ sentẽtiãque sum ingressus 15. qui 16. iã non procul, ut quõdã solebant, ab 17. externo hoste atque longinquo; sed hic 18. præsentes suo numine 19. atque auxilio sua templa, atque urbis tecta defendunt: Quos 20. vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis: ut 21 quã urbẽ pulcherrimã, florẽtissimã potẽtissimãque esse voluerũt, hãc omnibus hostiũ copiis terra marique superatis 22. a perditissimorum civium nefario scelere defendant.

8 per paucorum pœnam, supplicium & mortem. 9 liberi ab omni periculo ac metu. 10 neque fretus. 11 sed fretus. 12 certissimis. 13 diis. 14 horum deorum ductu & voluntate. 15 hanc spem concepi. 16 dii. 17 contra hostem. 18 hoc loco. 19 virtute divina. 20 deos. 21 ut defendant hãc urbem, quam. 22 postquam omnes hostium copiæ terra marique superatæ sunt.

SENTENTIÆ.

QVis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos, sobriis, dormientes vigilantibus?

Quæ in republica sanari possunt, quacunque ratione

tione sananda sunt: quæ resecanda sunt, ad perniciem civitatis manere non debent.

Tanti esse oportet bono Magistratui invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodo a republica belli periculum depellatur.

Stultum est cum agris, cum ædificiis, cum argento; cum familia, cum rebus omnibus ornatus ac copiosus sis, si dubites de possessione detrahere ac fidem acquirere.

Stultissimum est certare cum usuris fructibus prædiorum locupletioribus.

Qui præmuntur alieno ære, dominationem expectant: rerum potiri volunt: honores, quos quieta republica desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur.

Multi minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant arbitrantur.

Illud profecto perficiendum est magistratui, omnibus in republica turbatis, ut ne quis bonus intereat, paucorumque pœna omnes salvi esse possint.

ORATIO. VIII. quæ est Tertia.

IN L. CATILINAM.

Argumentum Orationis III. in Catilinam.

Cicero hac Oratione captos esse coniurationis principes, opera & iudicio legatorum Allobrogum, qui Romam venerant conquestum de magistratuum iniuriis, edocet, & sublatum iam imminentis periculi metum, re porro, quemadmodum gesta erat, explicata, significat. Tum habere bonum animum Quirites iubet; quod gestum sit acceptum diis immortalibus refert;

rogat

rogat, ut cum ipse, ne iis hominum audacissimorum nefariæ sceleratæque mentes nocere possent, sua vigilantia providerit, ipsi vicissim, ne quando sibi noceant, curam suscipiant. Conclusio est: Iovem ut venerentur, gratias ei agant, & supplicationem digne celebrent, & ut sua tecta vigiliis custodiisque defendant.

Videtur hæc Oratio habita pridie Non. Decēbr. ipso illo die, quo Lentulus & alii coniurati simul comprehensi, & in Senatum introducti sunt sententiæque de illis dictæ a principibus, ut in custodiam traderentur

Genus orationis deliberativum est maxime. Suadet enim populo, ut gratias diis agat, & supplicationem a Senatu decretam celebret.

ORATIO. VIII.
IN L. CATILINAM.
AD QUIRITES.

CAPUT. I.

REmpublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas 1. coniuges liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem 2. hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore 3. laboribus consiliis periculisque meis, ex flamma atque ferro, ac pene ex faucibus fati 4. ereptam & vo-

1 Possessiones. 2 urbem Romam. 3 per amorem.

c vobis conſervatam ac reſtitutā 5. videtis. Et non minus nobis iucundi 6. atque illuſtres . ſunt ſii dies, quibus conſervamur, quam lli, quibus naſcimur: quod ſalutis 8. certa ætitia eſt, naſcendi incerta conditio 9. & quod ine ſenſu 10. naſcimur, cum voluptate 11. cō- ervamur: profectò, quoniā illū, qui hanc ur- bē condidit 12. Romulum ad deos immortales enevolentia 13. famaque 14. ſuſtulimus 15. ſſe apud vos, poſteroſque veſtros in honore lebebit is 16? qui eandem hanc urbem condi- am amplificatāque ſervavit. Nam totius ur- bis templis, delubris 17. tectis 18. ac mœni- bus ſubiectos 19. prope iam ignes, circum- datoſque reſtinximus 20. iidemque 21. gla- dios in rempublicam diſtrictos 22. retudimus 23. mucroneſque eorum a iugulis 24. veſtris reiecimus 25. Quæ quoniam in ſenatu illuſtra- ta 26. patefacta compertaque 27. ſunt per me

4 æterni exitii. 5 redditam. 6 chari. 7 memoria digni, præclari. 8 quoniam ob conſervationem, 9 ſtatus nativitatis noſtræ incertus eſt & variis caſibus ſubiectus. 10 dum naſcimur, neſcimus, quomodo naſcamur. 11 gaudio. 12 exſtruxit, qui auctor eſt huius urbis, 13 ex amore erga illum. 14 propter famam meritorum. 15 extulimus, eveximus. 16 Cicero. 17 templis minoribus. 18 domibus. 19 iniectos. 20 nam reſtinximus ignes prope iam ſubiectos circumdatoſque templis, delubris, tectis ac mœnibus totius urbis. 21 & nos ipſi etiam, vel, ego etiam Cicero. 22 nudatos. 23 in vaginas repoſuimus. 24 collis, cervicibus. 25 repulimus. 26 clariſſimis verbis enarrata. 27 revelata.

28. ut

me vobis iam exponam breviter, Quirites, u 28. & quanta 29. & quam manifesta, & qu ratione investigata & cõprehensa sint, vos qu ignoratis, & expectatis 30. ex actis scire positis Principio, ut 31. Catilina paucis ante diebu erupit 32. ex urbe cum sceleris sui socios & huiusce nefarii belli acerrimos 23. duce Romæ reliquisset, sẽper vigilavi, & providi 34 Quirites, quẽadmodũ in tantis, & tam absconditis insidiis salvi esse 35. possemus.

☞ 28 ut vos scire possitis. 29 quàm magna sint pericula. 3 scire desideratis totam rem. 31 postquam. 32 aufugit. 3 audacissimos, 24 prospexi, curavi. 35 conservari.

CAPUT II.

NAm tũ 1. cũ ex urbe Catilinã eiiciebã, (n enim iã vereor 2. huius verbi inuidiã 3. cũ 4. illa 5. magis sit timenda, quod 6. vivus exi erit) sed tũ, cũ illum exterminari 7. volebam, aut 8. reliquã coniuratorũ manum 9. simul 1 exiturã, aut eos, qui restitissent 11. infirmo sine illo 12. ac debiles fore putabã. Atque ego ut 13. vidi, quos 24. maximo furore & sceler esse inflãmatos sciebã, eos esse nobiscum 15. & Romæ remansisse: in eo 16. omnes dies, no- ctesque

1 Illo tempore. 2 timeo. pertimesco. 3 invidiã, eam quæ ex hoc vocabulo, in me posset derivari. 4. quoniam. 5 invidia. 6 quod Catilina. 7 eiici. in exilium mitti. 8 putabam aut relinquam &c. 9 societatẽ. 10 simul cũ Catilina. 11 remansissent in urbe. 12 Catilina. 13 postquã. 14 eos, quos. 15 versari inter nos, esse in urbe, 16 in ea re.

17 in-

esque consūsi, ut, quid agerent, quid molirē-
r, sentirē 17, ac viderē: ut 18. quoniā auri-
ıs vestris propter incredibilē magnitudinem
eleris minorē fidē faceret oratio mea 19. rem
a comprehenderem 20. ut 21. demum animis
luti vestræ provideretis 22. cum 23. oculis
aleficiū ipsum videretis. Itaque ut cōperi 24.
gatos Allobrogū 25. belli Transalpini 26. &
multus Gallici 28. excitādi causa, a P. Lētu-
esse solicitatos 28. eosque 29. in Galliam ad
ios cives, eodē itinere 30. cū literis manda-
sque 31. ad Catilinā esse missos, comitēque
2. iis adiunctū Vulturciū, atque huic datas
se ad Catilinā literas; facultatē 33. mihi obla-
putavi, ut 34. quod erat difficillimū, quod
go semper optabam a diis immortalibus, tota
es 35. non solum a me, sed etiam a senatu, &
vobis manifeste deprehenderetur. Itaque he-
erno die L. Flaccū, & C. Pōtinū prætores,
ortissimos atque amātissimos reipublicæ viros,
d me vocavi: rē omnē exposui. quid fieri pla-
eret 36. ostēdi 37. Illi 38. autē, qui ōnia de
republ:

17 intelligerem, observarem, audirem. 18 ut rem ita cō-
rehenderem. 19 quoniam vix mihi credere potestis, tam
ıcredibilem fuisse sceleris magnitudinem. 20 investigarē,
xplorarem. 21 tunc. 22 prospiceretis. 23 quando videre-
s. 24 audivi. 25 Allobroges erant populus Galliæ. 26 in
rovinciis quæ trans Alpes iacent. 27 in Galliá. 28 insti-
atos. 29 legatos. 30 per eandem viam. 31. 32 qui comi-
aretur. legatos ad Catilinam. 33 occasionē. 34 ut res de-
rehenderetur. 35 coniuratio. 36 ego vellem. 37 iudicavi.
8 hi duo prætores.

39 qui

republ: præclara atque egregia sentiẽt 39, sine recusatione, ac sine ulla mora negotiũ 40. susceperũt: & cũ advesperasceret 41. occulte ad pontẽ Mulvium 42. pervenerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartiti 43. fuerũt, ut Tiberis 44. iter eos,& pons interesset. Eodẽ 45. aut & 46. ipsi 48: sine cuiusquã suspicione multo fortes viros eduxerunt, & ego ex præfectura 48. Reatina complures delectos adolescentes quorũ opera 49. utor assidue in reipupblica præsidio, cũ gladiis miserã. Interim tertia fere vigilia exacta 50. cũ iam pontẽ cũ magno comitatu legati Allobrogũ ingredi inciperent unaque Vulturcius, fit in eos impetus 51. educuntur, & ab illis 52. gladii, & a nostris: res 53. erat prætoribus nota solis, ignorabatur a ceteris.

39 qui reipublicæ salutem quærunt. 40. expeditionem mei consilii. 41 cum vespera appropinquaret. 42 qui super Tiberim stratus vel structus est. 43 in duas partes iverunt 44 fluvius, 45 ad eundem locum. 46 etiam. 47 hi duo Prætores. 48 provincia, quæ a præfecto Romano regebatur. 49 auxilio, ministerio. 50 cum tertia noctis vigilia fere transisset, circa mediam noctem. 51 hi Prætores aggrediuntur legatos. 52 legatis. 53 consilium totius rei.

CAPUT. III.

TUm 1. interventu 2 Pontini atq; Flacci pugna, quæ erat cõmissa, sedatur: literæ quæcũque erãt in cõitatu, integris 3 signis 4. prætoribus

1 Postea. 2 iussu. 3 illæsis. 4 sigillis.

5 le-

ribus traduntur: ipſi 5. cōprehenſio 6 ad me, ū iā diluceſceret 7. deducūtur. Atque horum mniū ſcelerū improbiſſimū machinatorem 8. imbrū, 9. Gabiniū, ſtatim ad me, nihil dum o. ſuſpicantē vocavi. Deinde item 11. accer- tur 12. P. Statilius, & poſt eum C. Cethegus: ardiſſime autē Lentulus venit, credo 13. quod 4. literis, dandis 15. præter conſvetudinē 16. roxima nocte vigilarat. Cū 17. vero ſummis c clariſſimis huius civitatis viris, qui audita e 18. frequentes 19. ad me mane convenerāt, iteras à me prius aperiri, quā ad ſenatū referrē, laceret, ne 20. ſi nihil eſſet inventum, teme- re 21. a me tantus tumultus iniectus civitati videretur: negavi me eſſe facturum 22. ut de periculo publico: non ad conſilium publicum 23. rem integram deferrem 24. Etenim, Qui- rites, ſi 25. ea, quæ erant ad me delata, reperta 26. non eſſet, tamen, ego non arbitrabar in tantis reipublicæ periculis eſſe mihi mini- mam diligentiam pertimeſcendam. Senatum frequentem 27. celeriter, ut vidiſtis, coegi 28: At-

5 legati. 1 captivi. 7 cum dies iam oriretur. 8 auctorem 9 in Cimbria natum. 10 adhuc. 11 etiam. 12 iubetur ad me venire. 13 Lentulus ideo, ut arbitror, tarde ad me venit. 14 quoniam. 15 ſcribendis. 16 quod alias facere non ſolet. 17 cum placeret. 18 poſtquam innotuerat hic tumultus. 19 in magno numero. 20 ne videretur. 21 fruſtra, inconſiderate 22 dixi, me hoc non eſſe facturum. 23 Senatū. 24 exponerem, narrarem. 25 etſi. 26 inventa in literis. 27 in magno numero. 28 con.

28. Atque interea statim, admonitu 29. Allobrogũ, C. Sulpitium prætorem, fortẽ virũ, misi, qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum 30 esset 31. efferret: ex quibus 32. ille 33. maximũ sicarum numerum & gladiorum extulit 34.

28 convocavi. 29 quod monebant Allobroges. 30 gladiorum. 31 inveniret, 32 ædibus. 33 Sulpicius. 34 protulit.

CAPUT. IV.

INtroduxi 1. Vulturciũ sine Gallis 2. fidẽ ei publicam 3. iussu senatus dedi: hortatus sum, ut ea quæ sciret, sine timore indicaret. Tũ 4. ille 5. cũ vix se ex magno timore recepisset 6. dixit: a P. Lentulo se habere ad Catilinã mãdata 7. & literas, ut servorũ præsidio 8. uteretur, & ad urbẽ 9. quãprimũ 10. cũ exercitu accederet: id autẽ eo consilio 11. ut 12. cum urbẽ omnibus ex partibus, quemadmodum descriptũ 13. distributumque erat, incendissent, cædemque infinitam civium fecissent, præsto esset 14. ille 15. qui & fugientes 16. exciperet 17. & se cũ his urbanis 18 ducibus 19 coniũgeret. Introdu-

1 In senatum. 2 Allobrogibus. 3 salvum conductum, impunitatem promisi. pardon, veniam delicti. 4 itaque. 5 Vulturcius. 6 collegisset, 7 quæ ore proferret ad Catilinã & explicaret ex literis. 8 auxilio. 9 Romam. 10 quamprimum id fieri posset. 11 hoc respectu. 12 ut præsto esset ille. 13 ordinatum, dispositum. 14 ad manum & præsens esset. 15 Catilina, 16 cives. 17 caperet. 18 in urbe relictis. 19 coniuratis.

20 Al-

troducti autem Galli 20. iusiurandum ſibi 21. & literas a P. Lentulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentem 22. datas eſſe dixerunt: atque ita ſibi ab his 23, & a L. Caſſio eſſe præſcriptum, ut equitatum in Italiam quamprimum mitterent, pedeſtres ſibi 24. copias 25, non defuturas. Lentulum autem ſibi 26. confirmaſſe ex fatis 27. Sibyllinis aruſpicumve 28. reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnũ huius urbis, atque imperium pervenire eſſet neceſſe 29. Cinnam ante ſe 30. & Syllam fuiſſe: eundemque 31. dixiſſe, fatalem 32. hunc eſſe annum ad interitum huius urbis atque imperii, qui eſſet decimus annus poſt virginũ 33. abſolutionem 34. poſt Capitolii autem incenſionem 35. vigeſimus. Hanc autem Cethego cum ceteris controverſiam fuiſſe dixerunt, quod Lentulo & aliis, Suturnalibus 36. cædem fieri atque urbem incendi placeret. Cethego nimium id 37. longum videri,

20 Allobroges dixerunt. 21 ſe obſtrictos fuiſſe iureiurã-do. 22 Allobroges. 23 Lentulo & reliquis. 24 cõiuratis. 25 milites. 26 Allobrogum legatis. 27 vaticiniis Sibyllæ, quæ Romæ aſſervabantur magna cum cura. 28 vatũ. 29 oporteret. 30 Lentulũ. 31 Lentulum. 32 a fato divino cõſtitutũ 33 Veſtalium 34 quæ accuſabantur de inceſtu. & defenſæ a M. Piſone abſolvebantur. 35 cõflagrationem. 36 in feſto Saturnalium, in quo domini ſervis parabant convivia & ipſis adminiſtrabant. 37 tempus, hæc mora nimis longa.

CAPUT. V.

AC ne longum sit 1. Quirites, tabellas 2 proferri iussimus, quæ a quoque 3. dicebantur datæ. Primum ostendimus Cethego, signum 4 cognovit 5. nos linum 6. incidimus 7. legimus: erat scriptum ipsius manu, Allobrogum senatui & populo se se 8. quæ eorum legatis confirmasset, esse facturum: orare 9. ut itē illi 10. facerent, quæ sibi 11. legati eorum præcepissent 12. Tum 13. Cethegus, qui paulo ante aliquid de gladiis ac sicis, quæ apud ipsum erant deprehensæ, respondisset, dixissetque, se semper bonorum ferramentorum 14. studiosū 15. fuisse: recitatis literis 16. debilitatus, atque abiectus 18. convictus, repente conticuit Introductus Statilius, cognovit manū & signū suum: recitatæ sunt tabellæ in eandē fere sententiā 19. confessus est. Tum ostendi tabella Lentullo, & quæsivi 20. cognosceretne signum annuit 21. est vero, inquam, signum quidem notum, imago avi tui clarissimi viri, qu ama-

Ne vos detineam longa narratione. 2 literas intercept 3 a quovis coniuratorum. 4 sigillum. 5 agnovit. dixit hc esse suum signum. 6 filum, quod cera contectum erat quo litteræ claudebantur. 7 discidimus. 8 Cethegum. 9 orare. 10 Senatus & populus Allobrogum. 11 Cethego. 1 dixissent. 13 postea. 14 varia armorum genera. 15 curi sum, cupidum. 16 postquam eius litteræ fuerunt prælecta 17 tertius. 18 per conscientiam suam. 19 in quibus ide scriptum erat, quod in literis Cethegi. 20 interrogavi. dixit, hoc signum esse suum.

22 ima-

amavit unice patriam & cives suos: quæ 22 quidem te a tanto scelere etiam muta 23 revocare 24. debuit. Leguntur eadem ratione 25. ad senatum Allobrogum populumque literæ 26. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem 27. Atque ille primo quidem negavit: post autem aliquando, toto indicio exposito atque edito 28. surrexit 29. quæsivit a Gallis, quid sibi esset cum iis 30. quamobrem domum suam venissent; idemque 31. a Vulturcio. Qui 32. cum illi 33: breviter constanterque 34. respondissent, per quem 35. ad eum, quotiesque venissent; quæsissentque ab eo 36 nihilne secum 37, esset de fatis Sibyllinis locutus: tum ille subito 38. scelere demens 39. quanta vis conscientia esset, ostendit 40. Nam cum id 41. posses 42 inficiari 43: repente præter opinionem omnium confessus est: ita eum non modo ingenium 44. illud, & dicendi exercitatio, qua semper valuit 45. sed etiam

Q 2 pro-

22 imago, sigillum. 23 tacita adhortatione, recordatione. 24 dehortari. 25 eodem modo, quo reliquæ literæ iam fuerant prælectæ. 29 Lentuli. 27 dedi veniam, permisi Lentulo. 28 cum ego dixissem, totam rem iam esse manifestatam. 29 Senatores enim sedebant. 30 quid ipse negotii haberet cum iis. 31 & hoc etiam quæsivit a Vulturcio. 32 legati & Vulturcius. 33 Lentulo. 34 fortiter. 35 cuius auxilio. 36 Lentulo. 37 cum Gallis & Vulturcio. 38 repēte, confestim. 39 propter scelus suum fiebat demens. 40 conspiciendum dedit. 41 quod locutus esset de fatis Sibyllinis. 42 potuisset. 43 negare. 44 calliditas. 45 dum inter optimos Oratores semper est habitus.

46 te-

propter vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi 46. impudentia, qua ſuperabat omnes, improbitaſque defecit 47. Vulturcius vero ſubito proferri literas, atque aperiri iuſſit, quas ſibi a Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat. Atque ibi 48. vehementiſſime perturbatus Lentulus, tamen & ſignum ſuum & manum cognovit. Erant autem ſcriptæ ſine nomine 49. ſed ita 50. QUI SIM 51. EX EO 52. QUEM AD TE MISI, COGNOSCES. CURA, UT VIR SIS 53. ET COGITA, QUEM IN LOCUM 54. SIS PROGRESSUS; ET VIDE 55. QUID IAM TIBI SIT NECESSE. CURA UT OMNIUM TIBI AUXILIA ADIUNGAS? ETIAM INFIMORUM 56. Gabinius, deinde introductus, cum primo imprudenter reſpondere cœpiſſet, ad extremum 57 nihil ex iis, quæ Galli inſimulabant 58 negavit. Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certiſſima ſunt viſa argumenta, atque indicia ſceleris, tabellæ, ſigna, manus, denique uniuscuiuſque confeſſio: tum multo illa certiore 59 color 60 oculi, vultus, taciturnitas. Sic enim obſtu.

46 revelati. 47 deſtituit, deſervit eum. 48 cum hoc factum eſſet. 49 nomen non erat ſubſcriptum literis, neque nomen Catilinæ illis inſcriptum. 50 ita erant ſcriptæ. 51 quis ego ſim, qui hæc ſcripſi. 52 Vulturcio. 53 rem tuam fortiter geras. 54 ſtatum, conditionem. 55 expende. 56 ſervorum. 57 tandem. 58 obiiciebant, quorum Galli illi accuſabant. 59 certiora viſa ſunt argumenta & indicia nempe. 60 pallidus.

61 clam-

uerant si terram intuebantur, sic furtim 61. nonnunquã inter se aspiciebant, ut non iã ab aliis indicari, sed ipsi 62. a se 63 viderentur.

61. clam 62. coniurati. 63. a se ipsis indicari & prodi.

CAPUT. VI.

INdiciis expositis atque editis 1. Quirites, senatũ cõsului 2 de sũma 3. republ. quid fieri placeret. Dictæ sunt a principibus 4. acerrimæ ac fortissimæ 5. sentẽtiæ, quæ senatus sine ulla varietate 6. est consecutus 7. Et quoniam nõdũ est perscriptũ S. C. ex memoria 8. vobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. Primũ mihi gratiæ verbis amplissimis agũtur, quod 9. virtute, consilio, providẽtia mea, resp. periculis sit maximis liberata: deinde L. Flaccus & C. Põtinus prætores, quod eorũ opera 10. forti fidelique usus essẽ merito ac iure laudãtur: etiã viro forti collegæ meo 11. laus impertitur 12. quod eos, qui huius coniurationis participes fuissent, & suis & reipubl. consiliis removisset. Atque ita censuerunt 13. ut P. Lẽtulus. cum 14. se prætura abdicasset 15. tum 16. in custodiã traderetur: itẽque uti C. Cethegus. L. Statilius, P. Gabinus, qui õnes præsẽ-

1. postquam edita fuerunt. 2 in consilium adhibui. 3 salute, conservatione. 4 Proconsulibus. 5 gravissimæ, durissimæ. 6 mutatione. 7 securus, approbavit. 8 memoriter 9 quoniam. 10 auxilio. 11 M. Antonio, qui simul cum Cicerone Consul erat. 12 datur. 13 iudicarunt. 14 si prius, i ante. 15 officium Prætoris exuisset. 16 postea.

17 cu-

tes erãt in custodiã traderentur: atque idẽ hoc decretũ in L. Cassiũ, qui sibi procurationẽ 17. incẽdẽdæ urbis depoposcerat: ita M. Cæpariũ, cui ad solicitandos 18. pastores 19. Apuliã esse attributã, erat iudicatum: in P. Furiũ, qui est ex his colonis, quos Fæsulas L. Sylla deduxit. in Q. Manilium Chilonem, qui una 20. cum hoc Furio semper erat in Allobrogum solicitatione 21. versatus 22. in P. Umbrenum, libertinum 23. hominem, a quo primum 24. Gallos ad Gabinum perductos esse constaba 25. Atque ea 26. lenitate senatus est usus Quirites, ut 27. ex tanta coniuratione, tantaque vi ac multitudine domesticorum 28. hostium, novem hominum perditissimorum pœnæ 29. republ. conseruata 30. reliquorum 31 mentes sanari posse árbitraretur. Atque etiam supplicatio 32. diis immortalibus pro 33. singulari eorũ merito 34. meo nomine decreta est Quirites, quod 35. mihi primũ post hanc urb conditã togato 36. contigit: & his decreta 37 verbis est, quod urbem incendiis, cæde cives Italiam

17 curam. 18 excitandos ad tumultum. 19 rusticos. 2 simul. 21 corruptione. seductione. 22 occupatus fuerat. 2 libertate donatum. 24 prima vice. 25 indicatum erat. 2 tanta. 27 ut Senatus arbitraretur. 28 civilium, urbano 29 per pœnam & supplicium. 30 cum conservata sit. 3 coniuratorum. 32 preces & gratiarum actiones publicæ. 3 iuxta. 34 beneficio. 35 qui honor. 36 qui nullum triumph egi, ut itaque mihi hoc longe gloriosius sit omnibus tri phis. 37 supplicatio. 38 supplicationibus. 39 comparetu

40 hoc

Italiã bello liberaſſem. Quæ ſupplicatio ſi cum ceteris 38. conferatur 39. Quirites hoc interſit 40. quod ceteræ 41. bene geſta 42. hæc 43. una, cõſervata 44 republ. conſtituta. Atque illud, quod faciẽdũ primũ fuit, factũ atque trãſactũ eſt. Nã P. Lẽtulus, quãquã patefactus indiciis & confeſſionibns ſuis, iudicio 45. ſenatus nõ modo prætoris ius, verũ etiã civis 46 amiſerat; tamẽ magiſtratu 47. ſe abdicavit: ut quæ religio C. Mario, clariſſimo viro, nõ fuerat 48. quo minus C. Glauciã, de quo nihil nominatim erat decretũ, prætorẽ occideret, ea nos religione 49 in privato 50. P. Lẽtulo puniendo liberamur 51.

40 hoc diſcrimẽ obſervari poterit. 41 ſuppplicationes decretæ fuerunt. 42 poſtquam res bene geſta fuit in bello. 43 quæ mihi decreta eſt. 44 poſtquam reſpublica cõſervata fuit. 45 ex ſententia. 46. ius civis Romani. 47 officio Prætoris. 48 quoniam C. Marius non timuerat occidere Prætorẽ C. Glauciam. 49 timore. 50 qui Magiſtratum amplius non gerebat, & adeo agebat vitam privatam. 51 non enim licebat occidere magiſtratum, qui ſacroſanctus erat; ſed reus privabatur ãtea officio ſuo, & deinceps puniebatur.

CAPUT. VII.

NUnc, quoniã, Quirites, ſceleratiſſimi periculoſiſſimique belli nefarios duces 1 captos 2 iã, & comprehenſos tenetis, exiſtimare debetis, õnes Catilinæ copias, õnes ſpes atque opes, his depul-

1 Auctores. 2 captivos.

3 po&-

depulsis urbis periculis 3. concidisse 4 Quē 5. quidē ego cū ex urbe pellebā, hoc providebā animo, Quirites, remoto Catilina 6. nec mihi esse P. Lētuli somnū 5. nec L. Cassii adipem 8. nec C. Cethegi furiosā temeritatē pertimescēdā. Ille 9 erat unus 10. timēdus ex his 11. ōnibus, sed 12. rādiu, dū 13. mœnibus urbis cōtinebatur 14. Omnia norat: omniū aditus tenebat: appellare, tētare 15. solicitare 16. poterat, audebat 17. erat ei 18. consiliū 19 ad facinus 20 aptū, cōsilio 21 autē neque lingva, neque manus deerat. Iā ad ceteras res cōficiēdas certos homines, delectos ac descriptos 22 habebat: neque vero cū 23 aliquid mādaverat, cōfectū 14 putabat: nihil erat, quod nō ipse obiret 25 occurreret 26 vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famē ferre poterat. Hunc ego hominē tā acrē, tā paratum, tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam perditis rebus 27 diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castren-

3 postquam hæc pericula depulsa sunt ab urbe Roma. 4 periisse. 5 Catilinam. 6 & si modo Catilinam. removissem & eiecissem ex urbe. 7 somnolentiam, negligentiam. 8. obesitatem corporis, & stupiditatem ingenii 9 Catilina. 10 solus. 11 inter hos omnes eius socios. 12 sed modo. 13 quādiu. 14 in urbe erat. 15 explorare. 16 instigare, excitare. 17 & audebat etiam hoc facere. 18 habebat. 19 ingenium calliditatem. 20 seu bonum seu malum. 21 ad consilium & cogitationes perficiendas. 22 constitutos, ordinatos. 23 etsi, quando. 24 affectum. 25 adiret, observaret, inspiceret 26 iuvaret. 27 cum scelus ipsius & coniuratio esset manifestata.

28 ni-

ſtrenſe latrocinium compuliſſem 28. (dicam id, quod ſentio, Quirites) non facile hanc tantam molem mali 29. a cervicibus 30. veſtris depuliſſem. Non ille vobis Saturnalia conſtituiſſet 31. neque tanto 32 ante exitium ac fati 33. diem reipubli: denuntiaſſet, neque commiſiſſet 34. ut ſignum, ut literæ ſuæ, teſtes 35. denique manifeſti ſceleris deprehenderentur 36. Quæ 37. nunc, illo 38. abſente, ſic geſta ſunt, ut nullum in privata domo furtum unquam ſit tam palam inventum 39. quam hæc tanta in republ. coniuratio manifeſto inventa atque deprehenſa eſt. Quod ſi Catilina in urbe ad hanc diem remanſiſſet, quamquam quoad 40. fuit, omnibus eius conſiliis occurri atque obſtiti: tamen: ut leviſſime 41. dicam, dimicándum nobis cum illo fuiſſet: neque nos unquam, dum 42. ille in urbem hoſtis fuiſſet, tantis periculis rempublicam, tanta 43. pace, tanto otio, tanto ſilentio, liberaſſemus.

C A-

28 niſi ego eum compuliſſem in caſtra ſua in quibus exercere non poteſt latrocinium ſuū. dum in urbe & in domibus non poteſt amplius nobis inſidiari. 29 exitii, periculi. 30 capitibus. 31 certe Catilina non expectaſſet uſque ad feſtum Saturnaliorum. 32 tamdiu. 33 interitus. 34 permiſiſſet. 35 quæ teſtimonium dederunt. 36 interciperentur 37 quæ omnia. 38 dum Catilina ex urbe pulſus eſt. 39 deprehenſum. 40 quamdiu fuit in urbe. 41 molliſſimis verbis, ut minimum dicam. 42 quamdiu. 43 in tanta.

CAPUT VIII

QUamquam hæc omnia, Quirites ita 1. ſunt a me adminiſtrata. ut 2. deorum immortalium nutu 3. atque conſilio & geſta, & proviſa 4, eſſe videantur, idque cum 5. coniectura 6. conſequi 7: poſſumus, quod 8. vix videtur humani conſilii 9. tantarum rerum gubernatio eſſe 10. potuiſſe, cum vero 11. ita præſentes 12. his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, ut eos 13. pene oculis videre poſſemus 14. Nam ut illa omittam, viſas nocturno tempore ab occidente faces 15 ardoremque cæli, ut fulminum iactus, ut terræ motus cæteraque, quæ tam multa, nobis conſulibus 16. facta ſunt, ut hæc quæ nunc fiunt, canere 17. dii immortales viderentur: hoc certe, Quirites, quod ſum dicturus, neque prætermittendum neque relinquendum 18. eſt. Nam profecto memoria tenetis 19. Cotta & Torquato coſſ. 20. complures in Capitolio 21. turres de cœlo 22. eſſe percuſſas cum 23. & ſimulacra 24- deorum immortalium

1 Hoc modo. 2 ut hæc omnia. 3 ex voluntate. prudenter acta. 5 non ſolum 6 per coniecturam, coniiciendo. 7 capere, penetrare. 8 quoniam. 9 conſilio. 10 agi, perfici 11 ſed etiam. 12 dii. 13 deos. 14 in prodigiis, quæ his diebus viſa ſunt. 15 vel cometas vel aliud meteorum igneum 16 quamdiu ego Conſul fui. 117 prædicere, ominari indicare. 18 tacendum. 19 recordamini. 20 cum Cotta & Torquatus eſſent Conſules. 21 arce Romæ. 22 fulmine. 23 qu[illegible] fulmine. 24 imagines.

25 Ma-

ium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominũ 25 deiectæ, & legum æra 26. liquefacta. Tactus eſt etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus 27. quem 28. inauratum in Capitolio parvum 29. atque lactentem, uberibus lupinis 30. inhiantem 31. fuiſſe 32. meminiſtis. Quo quidem tempore, cum aruſpices ex tota Etruria conveniſſent, cædes atque incendia, & legũ interitũ & bellũ civile ac domeſticũ, & totius urbis atque imperii occaſũ appropinquare dixerunt, niſi dii immortales omni ratione 33. placati ſuo numine 34. prope fata 35, ipſa flexiſsẽt. Itaque ex illorũ 36. reſponſis 37. tunc & ludi decẽ per dies facti ſunt, neque res ulla, quæ ad placandũ deos pertineret 38. prætermiſſa eſt: iidemque 39. iuſſerunt, ſimulacrum Iovis facere maius, & in 40. excelſo collocare. & contra, atque ante fuerat 41. ad orientem convertere: ac ſe 42. ſperare dixerunt, ſi illud ſignum 43. quod videtis, ſolis ortum 44. forum, curiamque conſpiceret 45. fore, ut ea conſilia,

46. quæ

25 Maiorum noſtrorum. 26 æneæ tabulæ, in quibus erãt leges ſcriptæ. 27 Romuli ſtatua. 28 quam ſtatuam. 29 infantulum. 30 lupæ. 31 lactare cupientem. 32 repræſentatã 33 modo. 34 per ſuam potentiam. 35 ſententiam Iovis de interitu Romæ. 36 aruſpicum. 37 iuxta illorum reſponſa & decreta. 38 facere videretur. 39 aruſpices. 40 in loco 41 ante Romuli imago non poſita erat verſus Orientẽ, nunc vero poni debebat. 42 aruſpices. 43 nova imago Romuli. 44 verſus ortum. 45 vultum converteret.

46 con-

46. quæ clā essent inita 47. contra salutē urbis atque imperii, illustrarētur 48. ut a S. P. Q. R. perspici possent. Atque illud 49. ita collocandū consules isti 50 locaverūt: sed tanta fuit operibus tarditas, ut neque superioribus 51 cōsulibus, neque a nobis 52. ante hodiernum diem collocarentur. 53.

46 coniuratio. 47 suscepta. 48 manifestarentur, proderentur. 49 signum. 50 Cotta & Torquatus. 51 qui ante me fuerunt, nempe L. Cæsare & C. Figulo. 52 a me Consule. 53 collocari & erigi.

CAPUT. IX.

HIc 1. quis potest esse, Quirites, tam aversus a vero 2. tam præceps 3. tam mente captus 4. qui neget hæc omnia, quæ videmus, præcipueque hanc urbem, deorum immortaliū nutu atque potestate administrari 5? Etenim cū esset ita responsum 6. cædes, incendia, interitūque reipublicæ comparari 7. & ea 8. a perditis civibus, quæ tū propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur 9; ea 10 nō modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta 11 esse sensistis. Illud vero nonne ita præsens 12 est, ut 13 nutu Iovis optimi maximi factum esse videatur. ut, cum hodierno die mane

1 Iamque adeo, igitur. 2 tam infensus hostis veritati. 3 sine iudico ac sensu. 4 amens. 5 dirigi, regi. 6 cum ita respondissent aruspices. 7 parari. 8 hæc pericula omnia. 9 dū nemo putasset, tanta scelera a quoquā cive posse excogitari. 10 tamen eá scelera & hanc coniurationem. 11 incepta. 12 certum, ita omnium oculis patet. 13 ut signum statueretur &c. 14 pro-

nane per forũ meo iuſſu & coniurati, & eorũ
ndices 14 in eadem 15. Cõcordiæ ducerentur,
o ipſo tẽpore ſignũ 17. ſtatueretur 17? quo 18
ollocato, atque ad vos ſenatumque converſo
8. omnia & 20. ſenatus & 21. vos, quæ erant
ontra ſalutem omniũ cogitata, illuſtrata & pa-
efa cta vidiſtis. Quo enim maiore ſunt iſti 22.
dio ſuppllicioque 23. digni, qui 24. non ſolũ
eſtris domiciliis, atque delubris ſunt funeſtos
c nefarios ignes inferre 25. conati: quibus 26.
go ſi me reſtitiſſe dicã, nimiũ 27. mihi ſumã &
on ſim ferẽdus 28. ille, ille Iupiter reſtitit: ille
apitoliũ, ille hæc templa, ille hãc urbem, ille
vos omnes ſalvos eſſe voluit 29. Diis ego im-
mortalibus ducibus 30. hanc mentem, Quiri-
tes voluntatẽque ſuſcepi, atque ad hæc tanta
indicia 31. perveni. Iã vero illa Allobrogũ ſol-
licitatio 32. ſic 33. a Lentulo, ceteriſque dome-
ſticis 34. hoſtibus, tanta 35. res, tam dementer
cre-

14 proditores coniuratorũ. 15 templum. 16 Iovis ſimu-
lacrum. 17 erigeretur. 18 ſigno. 19 & poſtquam ita collo-
catum fuit hoc ſignum, ut converteret vultum ſuum erga
vos & Senatum. 20 tam Senatus vidit. 21 quã vos vidiſtis.
22 coniurati. 23 pœna publica. 24 qui ſunt conati. 25 in-
cendere domus veſtras ac templa. 26 ignibus vel cõiuratis.
27 nimium honorem mihi attribuerem. 28 & dignus eſſem
ob hanc arrogantiam, qui e medio tollerer. 29 conſervavit.
30 dii animũ meũ rexerunt in hoc negotio. 31 coniuratio-
nis. 32 excitatio ad rebellionem. 33 ſic nunquam profecto
eſſet tractata. 34 civilibus, 35 & tanta res nunquam eſſet
credita & commiſſa hominibus ignotis & barbaris.

36 ex-

credita & ignotis, & barbaris 36. cõmiſſæque 37. literæ nũquã eſsẽt profecto, niſi a diis immortalibus huic tantæ audaciæ 38. cõſiliũ 39. eſſet ereptum. Quid vero 40. ut homines Galli 41. ex civitate male pacata 42. quæ gens una reſtat, quæ populo Romano bellũ facere & poſſe, & non nolle videatur, ſpem imperii, & rerum ampliſſimarum, ultro ſibi a patriciis 43. hominibus oblatam negligerent 44. veſtramque ſalutem ſuis opibus 45. anteponerent: id nomen divinitus 46. factum eſſe putatis? præſertim qui 47. nos non pugnando, ſed tacendo 48. ſuperare potuerunt 49:

36 exteris, non Romanis. 37 & literæ nunquam datæ eſſent barbaris a Lentulo & reliquis. 38 his tam audacibus viris. 39 mens & omnis prudentia. 40 porro dicam aut cogitem. 41 negligerent &c. 42 qui Romam venerant ex civitate Allobrogum, quæ moleſte ferebat imperium Romanum. 43 civibus & Senatoribus Romanis. 44 repudiarent. 45 potentiæ. 46 ex conſilio eorum. 47 qui Galli. 48 ſi cõiurationem reticuiſſent. 49 potuiſſent.

CAPUT. X.

QUamobrem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria 1. ſupplicatio 2. decreta eſt, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis veſtris. Nam multi ſæpe honores diis immortalibus iuſti 3. habiti ſunt 4. ac debiti, ſed profe-

1 Templa. Simulacra enim deorum imponebantur pulvinaribus. 2 preces & gratiarum actiones ſolennes. 3 pro acceptis beneficiis.

rofecto iustiores 5. nunquam 6. Erepti enim x crudelissimo ac miserrimo interitu, & erepti ine cæde, sine sangvine, sine exercitu, sine dimicatione: me uno togato 7. duce & imperapre, vicistis. Etenim recordamini, Quirites, mnes civiles dissensiones, neque solum eas, uas audistis, sed & has, quas vosmet ipsi meninistis & vidistis, L. Sylla, P. Sulpiciũ opressit 8. ex urbe eiecit C. Marium custodem 9. uius urbis, multosque fortes viros partim interemit, Cn: Octavius Cos. armis ex urbe colegam 10. suum expulit. omnis hic locus 11. cervis corporum, & civium sangvine redunavit 12. Superavit 13. postea Cinna cum Mario: tum 14. vero, clarissimis viris interectis, lumina 15. civitatis extincta sunt. Ulus est 16. huius victoriæ crudelitatem postea ylla: ne dici 17. quidem opus est, quanta 8. diminutione 19. civium, & quanta calanitate reipubl: Dissensit 20. M. Lepidus a claissimo & fortissimo viro Q. Catulo. Attulit non tam ipsius 21. interitus reipublicæ luctum, quam ceterorum 22. Atque ille disensiones erant huiusmodi 23. Quirites, quæ non

4 exhibiti. 5 honores. 6 antea habiti sunt. 7 dum ego in pace hostem periculosissimum vici. 8 vidit. 9. conservatorem. 10 Cinnam Consulem. 11 urbs vniversa. 12 repleta fuit. 13 vicit & occupavit Romam. 14 illo tempore. 15 nobilissimi Viri. 16 vindicavit. 17 ut prolixe enarretur nõ opus. 18 cum quanta. 19 cæde. 20 in discordiam & contẽtionem incidit. 21 Lepidi. 22 qui adhærebant Lepido & interfecti sunt. 23 ita erant comparatæ. 24 pos-

quæ non ad delendam, ſed ad commutandam rempublicam pertinerent 24. Non illi 25. nullam eſſe rempublicam, ſed 26. in ea, quæ eſſet, ſe eſſe principes 27. neque hanc urbem conflagrare, ſed ſe in hac urbe florere 28. voluerunt. Atque illæ tamen omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium reipublicæ quæſivit 29. eiuſmodi fuerunt, ut non reconciliatione civium diiudicatæ ſint. In hoc autem uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoque bello 31. cum ſua gente geſſit, quo in bello lex hæc fuit a Lentulo, Catilina, Caſſio, Cethego conſtituta, ut omnes, qui ſalvi eſſe poſſent, in hoſtium numero ducerentur 34. ita me, Quirites, ut omnes ſalvi conſervaremini, & cum hoſtes veſtri tantum 35 civium ſuperfuturum putaſſent, quantum infinitæ cædi reſtitiſſet: tantum autem urbi 36. quantum flamma 37. obire 38. non potuiſſet: & 38. urbem, & cives integros 40 incolumeſque ſervavi.

CAPUT

24 poſſent aliquid efficere. 25 illi non voluerunt. 2 prorſus deleri. 27 ſed Principes eſſe voluerunt in ea republica, quæ maneret. 28. regnare. 29. intendit, pr ſcopo habuit. 30. per reparationem, reſtitutionem. 3 in hoc autem bello ita me geſſi. 32. barbara gens. 3 in ſalva. 34. haberentur. 35. numerum. 36. cumqu hoſtes putaſſent, id tantum ſuperfuturum ex urb 37. per ignem iniectum. 38. deleri. 39. ego tame &c. 40. ſalvos, illæſos.

1. Pro

CAPUT. XI.

QUibus pro 1. tantis meritis 2. Quirites,
nullũ ego a vobis præmium virtutis, nul-
um insigne honoris, nullum monumentum
audis postulo, præter, quam huius diei memo-
riam sempiternam. In animis ego vestris o-
nnes triumphos meos, omnia ornamenta 3. ho-
noris, monumenta gloriæ, laudis insignia
condi 4. & collocari volo. Nihil me mutum 5.
potest delectare, nihil tacitum 6. nihil denique
huiusmodi 7 quod etiã minus digni 8. assequi
9. possint. Memoria 10 vestra, Quirites, nostræ
res alentur 11. sermonibus crescent 12 literarũ
monumẽtis 13. inveterascẽt 14. & corrobora-
buntur: eãdẽque diẽ intelligo, quã spero æternã
fore, & ad salutem urbis, & ad memoriam cõ-
sulatus mei propagatã 15. unoque tẽpore in hac
republ. duos 16. cives extitisse 17. quorũ alter
18. fines vestri imperii, non 19. terræ. sed cœli
regionibus 20. terminaret, alter 21. eiusdem
imperii domicilium sedemque servaret.

R CAPUT

1. Pro quibus. 2 beneficiis. 3. insignia. 4. reponi, con-
servari. 5. nec statua, nec imago. 6. statua, quæ mutua est.
7. tale. 8. qui publicos honores & statuas non merentur. 9.
consequi, impetrare. 10. per memoriam vestram, & in ani-
mis vestris. 11. conservari debeant. 12. augebuntur, pluri-
mum ornabuntur. 13. in libris Historiæ Romanæ. 14. per-
veniant ad posteros. 15. semper commemorandum. 16. Cn.
Pompeium & Ciceronem. 17. vixisse dicetur. 18. Põpeius.
19. non terminavit aut posuit in regionibus terræ. 20. sed
in mundi finibus, ubi perpetuum cœlum est. 21. Cicero.

1. Una

CAPUT. XII.

SEd quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem 1. fortuna 2. atque conditio 3. quæ 4. illorũ, qui externa bella gesserũt, quod 5. mihi vivendũ sit cũ illis, quos vici ac subegi, illi 6. hostes aut interfectos, aut oppressos reliquerunt: vestrũ 7. est Quirites, si ceteris recta sua facta prosunt 8. mihi mea 9. ne quãdo 10 obsint, providere 11. Mẽtes etiã hominũ audacissimorũ sceleratæ ac nefariæ ne 12. vobis nocere possent ego providi: ne mihi noceant vestrũ est providere. Quamquã, Quirites, mihi quidem ipse nihil iam ab istis noceri potest. Magnum enim est in bonis 13. præsidiũ quo 14. mihi in perpetuum comparatum est; magn in republica dignitas, quæ me semper tacit 15. defendet: magna vis est conscientiæ 16 quam qui 17. negligent, cum 18. me violar volent, se ipsi indicabunt. Est etiam in nobi 19. animus, Quirites, ut non modo nullius au daciæ cedamus, sed etiã omnes improbos ultr semper lacessamus 20. Quod si omnes impetu dome-

1. Una eademque. 2. felicitas. 3. status. 4. quæ felicit apud eos esse solet. 4. quoniam. 6. Imperatores extern rũ bellorũ. 7. igitur vestri officii erit, providere. 8. aliq adferunt utilitatem. 9. recte facta. 10. aliquando. 11. cu re atque prospicere. 12. ne vero cædem mentes scelera conjuratorum & qui illis adhuc adhærent & mihi invider 13. hominibus. 14. quod præsidium mihi nunquam deer 15. clam, sine ulla vi externa. 16. bonæ, recte factorum. 1 illi, qui bonam conscientiam negligunt. 18. si, quand 19. tam fortis. 20. ad iram excitem adversus me.

omesticorum hostiũ depulsi 21. a vobis se in ne unum coverterint; vobis erit providendum 2. Quirites, qua conditione 23. posthac eos sse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint 4. invidiæ, periculisque omnibus. Mihi quiem ipsi quid est 25. quod iam ad vitæ fructũ 6. possit acquiri 27. Præsertim cum neque in onore vestro, neque in gloria virtutis quidquam videã altius. quo 18. quidem mihi libeat dscendere. Illud perficiam profecto, Quirites, it ea, quæ gessi in consulatu, privatus 29. tuar atque ornem: ut si qua est invidia in conservanda republica suscepta 30. lædat 31. invidos, mihi valeat 31. ad gloriam. Denique ita ne in republica tractabo, ut meminerim semper quæ gesserim curẽque, ut ea 33 virtute 34. nõ asu 35. gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam iam nox est, veneramini illum Iovem, ustodem huius urbis, ac vestrum: atque in vetra tecta 36, discedite, & ea 37. quamquã iã ericulũ est depulsum, tamen æque 38, ac riori nocte, custodiis vigiliisque defendite,

21. qui impetus depulsi sunt a vobis. 22. considerandũ. 3. in quo statu. 24. sese præcipitant in invidiam. 25. ego erte nil habeo 26. 26. honorem, utilitatem. 27. adiici, ad uc quæri. 28. ad quod sin summo honore iam sum apud os costitutus, 29. postquam non amplius ero Consul. post neum Consultatum. 30. si ego incidi in aliquam invidiam. 1. hæc invidia non me lædat aut mihi noceat, sed invidis. 3. meam vero gloriam augent. 33. quæ gessi. 34. per virutem. 35. fortuito. 36. domos. 37. eas domos vestras. 38. non aliter, perinde.

39.

te, Id 39. ne vobis diutius faciendū ſit, atque ut in perpetua pace eſſe poſſitis, providebo. 40.

39. talis defenſio. 40. curabo & efficiam.

SENTENTIÆ.

NOn minus nobis iucundi atque illuſtres ſunt ii dies, quibus conſervamur, quam illi, quibus naſcimur; quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio; quod ſine ſenſu naſcimur, cum voluptate conſervamur.

ORATIO. IX.
quæ eſt quarta.

IN L. CATILINAM.

Argumentum Orationis IV. in Catilinam.

IN hac oratione refert de ſupplicio coniuratorum, qui cuſtodiæ traditi erant, & ſimul quid ipſe ſentiat, Vna nempe Iunij Silani eſt, qui tanquam Conſul deſignatus, emulum primus de more rogatus, ut mors coniuratis pœna eſſet, cenſebat; altera C. Cæſaris, Aedilis Curulis, qui volebat, ut æternis tenebris, vinculisque manderentur, bona eorum publicarentur, vitam tamen retinerent. Laudat quidem Cicero utramque ſententiam; eam tamen, quam Silanus dixerat, ſequendam cenſet. Memoriam ſui Conſulatus a Senatu poſtulat; hortatur, ut de coniuratorum ducibus, cum agatur in eo ſolus civitatis univerſæque reipublicæ, diligenter fortiterque decernat; ſuum & in conſulatu & in omni vita præſidium auxilium pollicetur.

Oratio eſt ſvaſoria, & ad deliberativum genus referenda, coniuratis enim deprehenſis de pœna; duabus dictis ſententiis, de electione pœnæ deliberat.

Dicta

Dicta est Non. Decembr. in templo Iovis Statoris.

Stylus omnium quatuor Orationum est altus, gravis, & qui tantam rem tantumque Consulem decet,

Eventus fuit, ut de coniuratis captivis supplicium sumeretur in carcere, dum ipsi gulæ frangebantur laqueo.

ORATIO. IX.
IN L. CATILINAM.
IN SENATU.
CAPUT. I.

Video, P. C. in me omnium vestrum 1. ora 2. atque oculos esse conversos: video vos non solum de vestro ac reipublicæ, verum etiam, si id 3. depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas 4. sed etiam 5. per deos immortales, quæso 6. deponite, atque obliti, 7. salutis meæ, de vobis ac de liberis vestris cogitate 8. Mihi quidem si hæc conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas, salusque

 paria-

1. Vestrorum, vestra. 2. vultus. 3. periculum reipublicæ. 4. benevoleetia. 5. vestram de me solicitudinem. 6. rogo atque obsecro vos. 7. dum obliviscimini. 8. habete curam, estote solliciti.

9. con-

pariatur 9, Ego ſum ille conſul, P. C. cui 10. non forum 11. in quo omnis æquitas continetur: Campus 12. conſularibus auſpiciis conſecratus 13. non curia, ſummum auxilium omnium gentium 14. non domus, commune perfugium; non lectus ad quietem datus 15 non denique hæc ſedes curulis 16. unquam vacua mortis periculo, atque inſidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa conceſſi, multa meo 17. quondam dolore in veſtro timore ſanavi 18. Nunc ſi hunc exitum conſulatus mei dii immortales eſſe voluerunt ut 19. vos P. C, Populumque Romanum e cæde miſera, coniuges, liberoſque veſtros virgineſque Veſtales ex acerbiſſima vexatione, tēpla atque delubra 20. hanc pulcherrimam patriam omnium noſtrorum ex fœdiſſima flamma totam Italiam ex bello & vaſtitate eriperem 21 quæcunque mihi uni proponetur fortuna ſubeatur 22. Etenim ſi P. Lentulus ſuum no-

9. conſtituatur, conſervetur. 10. qui varia pericula ſuſtinui in foro, in campo, in curia, in domo, in lecto, in ſella curuli. 11. ubi iudicia exercebantur. 12. Martius. 13. qui campus deſtinatus eſt ad creandos Conſules, poſt facta auſpicia & ſacrificia. 14. in qua cum ſummum auxilium omnes gentes accipiunt. 15. in quo quiete frui debemus. 16. in qua ſedere ſolebant. Aediles, Prætores atque Conſules. 17. non ſine meo. 18. emendavi; in vitam rectam reduxi. 19. ut eriperem vos &c. 20. templa, in quibus erant imagines deorum.

21.

nomen, inductus 23. a vatibus, fatale 24. ad perniciem reipublicæ fore putavit, cur ego non læter, meum consulatum ad salutem reipublicæ prope fatalem extitisse 25?

21. libertatem. 22. ego paratus sum omnem fortunam & casum, & quæcunque mihi possunt accidere, sufferre. 23. seductus, vide orat, 3. in Catil. cap. 4. 24. fato divino constitutum. 25. fuisse.

CAPUT II.

QVare, P. C. consulite vobis, prospicite patriæ; conservate vos, coniuges, liberos, fortunasque 1. vestras; populi Romani nomẽ salutemque defendite, mihi parcere, ac de me 2. cogitare desinite. Non primũ debeo sperare õnes deos, qui huic urbi præsident 3. pro eo mihi, ac mereor 4. relaturus gratiam esse 5. deinde, si quid 6. obtigerit, æquo 7. animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulati 8. nec misera sapienti 9. Nec tamen ego sum ille 10. ferreus, qui fratris 11. carissimi atque amantissimi

1. Domus, possessiones, bona. 2. de mea salute. 3. qui hanc urbem tuentur. 4. pro meritis meis. eos esse mihi grátiam relaturos. 6. si contigerit me ab hostibus interfici. 7. hilari. 8. viro, qui iam consul fuit, atque adeo ad senectutem iám pervenit. 9. nec viro sapienti mors misera videri potest. 10. usque adeo. 11. mei, Quinti Ciceronis, qui Consulem fratrem instigabat ad sumendum supplicium de coniuratis.

12. ti-

mi præsentis mœrore 12. nõ moveat horũque 13. omniũ lacrymis, a quibus me circũsessum videtis 14. neque 15. meã mẽtẽ non domum sæpe revocat exanimata uxor 16. abiecta metu 17 filia 18. & parvulus filius 16 quẽ mihi videtur amplecti 20 resp. tanqã obsidẽ 21. cõsulatus mei: neque 22. ille, qui expectans huius exitum diei adstat in conspectu meo gener 23. Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem 24. ut 25. salvi sint vobiscũ omnes, etiã si vis aliqua me oppresserit, potius quã 26. & illi, & nos una cũ rep. pereamus. Quare P. C. incũbite 27. ad reipubl. salutem: circumspicite õnes procellas 28. quæ impendent, nisi providetis 29. T. Gracchus, qui iterum 31. tribunus plebis fieri voluit: non C. Gracchus, qui agrarios 32. concitare conatus est: non L. Saturnius, qui C. Memmium occidit 33. in discrimẽ 34. aliquod, atque in vestræ severitatis iudici-

12. timore. 13. Senatorum, amicorum Ciceronis. 14. qui circum me iam sedent. 15. neque non, & omnino 16. uxor mea Terentia revocat me domum, iubet, ut in tantis periculis sollicitus sim de mea familia. 17. quæ in maximo timore est. 18. me Tullia. 19. Marcus Cicero. 20. amare, recipere. 21. pignus. 22. neque non me moves. 23. Piso. 24 sed ita tamen, hoc tamen respectu. 25. ut potius omnes salvi sint vobiscum. 26. potius, quam ut & illi & nos pereamus simul cum rep: 27. cogitate de reip. salute. 28. tempestates, pericula. 29. providebitis, solliciti eritis. 30. non adducitur iam. 31. altera vice. 23. eos, qui favebant legi Agrariæ, quæ lata erat de agris distribuendis. 33. interfecit. 34. iudicium, forum.

dicium adducitur: sed tenentur 35. ii, qui urbis incendiũ ac vestrã omniũ cædẽ, ad Catilinã accipiendũ 36. Romæ restiterunt 37. tenẽtur 38. literæ, signa, manus, denique uniuscuiusque confessio: solicitantur 39. Allobroges: servitia 40 excitantur, Catilina accersitur: id est initũ consilium 41. ut interfectis omnibus 42, nemo 43. ne ad deplorandum quidem reipublicæ nomen, atque ad lamentandam 44. tanti imperii calamitatem relinquatur.

35. in captivitate. 36. recipiendum- remanserunt. 38. in manibus nostris sunt. 39. persvadentur, instigantur ad tumultum & bellum. 40. servi. 41. hoc eorum consilium est. 42. postquam interfecti sint omnes. 43. relinquatur 44. lacrymis dolendam.

CAPUT III.

HÆc omnia indices 1. retulerunt 2. rei 3. cõfessi sunt, vos multis indiciis indicavistis: primum, quod mihi gratias egestis singularibus verbis, & mea 4. virtute atque diligentia perditorum hominum patefactam esse coniurationem decrevistis: deinde, quod P. Lentulũ, ut se abdicaret prætura 5. coegistis: tũ 6. quod eum, & ceteros, de quibus indicavistis, in custodiam dandos censuistis: maximeque, quod meo nomine supplicationem decrevistis, qui honos togato 7: habitus ãte me est nemini: postre-

1. Proditores, Allobroges & Vulturcius. 2. indicarunt. 3. captivi. 4. per meam. 5. ut prætor esse desineret. 6. porro. 7. Viro, qui Imperator nõ fuit, neque triũphũ egit.

8. ita

ſtremo heſterno die præmia legatis Allobrogū, Titoque Vulturcio dediſtis ampliſſima, quæ sūt omnia eiuſmodi 8. ut ii 9. qui in cuſtodiā nominatim dati ſunt, ſine ulla dubitatione a vobis damnati eſſe videantur. Sed ego inſtitui 10. referre ad vos 11. P. C. tanquam integrū 12. & de facto 13. quid iudicetis, & de pœna, quid cenſeatis. Illa prædicā 14. quæ ſunt conſulis. Ego magnū in republica verſari 15. furorem, & nova 16. quædam miſceri, & concitari mala 17. iampridem videbam: ſed hanc tantam tam exitioſam haberi coniurationem a civibus, nūquam putavi. Nunc quidquid eſt, quocumque veſtræ mentes inclinant atque ſententiæ, ſtatuendum 18. vobis ante noctem eſt. Quantum facinus ad nos delatum ſit, videtis: Huic ſ paucos putatis affines eſſe 19. vehementer erratis. Latius opinione 20. diſſeminatum eſt ho malum 21. manavit 22. non ſolum per Italiam verum etiam tranſcendit Alpes & obſcure 23 ſerpens 24. multas iā provincias occupavit. I 25. opprimi ſuſtentando 26. ac prolatandi

27. nul-

8. ita accipienda & intelligenda ſunt. 9 conjurati. 1 nunc volo. 11 ex vobis quaerere. 12 quoniam dū utroq nondū eſt indicatum per ſententias. 13 conjuratione. meā ſententiā de facto ipſo vobis exponam primū, tanq Conſul. 15 eſſe. 16 turbas. 17 ſeditionē. 18 dicendun judicandū. 19 ſi putatis. paucos homines immiſtos eſſe huc conjurationi. 20 quā quidem credimus. 21 conjuratio. 2 diſperſa eſt. 23 clanculū, in occulto. 29 profluens. 25 hc malum. 26 perpetiendo diſſimulanter.

1. Hacte-

27. nullo pacto 28. poteſt. Quacũque ratione placet, celeriter vobis 29. vindicandũ eſt 30.

27. cunctãdo. 28. modo. 29. a vobis. 30. ulciſcẽdũ. puniẽdũ.

VIdeo duas adhuc 1. eſſe ſententias: unã D. Silani, qui cenſet eos 2. qui hæc 3. deleri conati ſunt, morte eſſe multandos: alterã 4. C. Cæſaris, qui mortis pœnam removet, ceterorũ ſuppliciorum 5. omnes acerbitates ãplectitur 6. Uterque & pro 7. ſua dignitate, & pro rerũ magnitudine in sũma ſeveritate verſatur 8. Alter 9. eos, qui non omnes, qui populũ Rom: vita privari conati ſunt, qui delere imperium, qui populi Rom: nomen exſtingvere; punctum 10. tẽporis frui vita 11. & 12. hoc communi ſpiritu 13. nõ putat oportere: atque 14. hoc genus pœnæ ſæpe in improbos 15. cives in hac republ. eſſe uſurpatũ recordatur. Alter 16. intelligit, mortẽ a diis immortalibus non eſſe ſupplicii cauſa 17. cõſtitutã, ſed 18. aut neceſſitatẽ naturæ, aut laborũ ac miſeriarũ quietẽ 19. eſſe. Itaque eã ſapiẽtes nunquã inviti 20. fortes etiam ſæpe libenter oppetiverunt 21. vincula

22. vero

1. Hactenus. huc dũ uſque. 2. conjuratos. 3. hanc urbẽ & totam rempublicã. 4. ſententiam. 5. Pöẽtarũ. 6. decernit quibus affici hebeant conjurati. 7. juxta. 8. ſeveram tulit ſententiam. 9. Silanus non putat oportere eos frui vita &c: 10. momẽtũ. 11. vivere. 12. & frui. 13. aere. 14 & Silanꝰ recordatur. 15 ſeditioſos. 16 Caeſar. 17 ad poenã 18. ſed mortẽ eſſe aut. 19. finem. 20 contra voluntatem ſuam. 21. ſubierunt, deſideraverunt, ſibimet ipſis arceſſiverunt.

22. capti-

22. vero, & ea ſempiterna, certe ad ſingularē pœnam nefarii ſceleris inventa ſunt. Municipiis diſpertiri iubet 23. Habere videtur iſta res 24. iniquitatem, ſi imperare velis 25. difficultatem, ſi 26. rogare 27. decernatur tamen 28. ſi placet. Ego enim ſuſcipiam 29. & 30. ut ſpero, reperiam, quid id, quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis, non putet eſſe ſuæ dignitatis recuſare 31. Adiungit 32. gravem pœnam muncipibus, ſi quis eorum vincula ruperit 33 horribiles cuſtodias circumdat 34. & digna 35. ſcelere hominum perditorum ſancit, 36 ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per ſenatum, aut per populum levare poſſit: eripi etiā ſpē 37. quæ ſola hominem in miſeriis conſolari ſolet: bona 38. præterea publicari 39 iubet: vitā ſolā relinquit nefariis hominibus: quam 40. ſi eripuiſſet, multas uno 41. dolore animi ac coporis & omnes ſcelerū pœnas ademiſſet. Itaque ut aliqua in vita formido improbis

22. captivitatem vero perpetuā. 23. itaq; jubet Cæſar ut captivi diſtribuantur in varia municipia ad cuſtodiam & carceres. 24. hæc ſententia. 25. ſi quis imperare velit municipiis, ut cuſtodiant captivos. 26 ſi id velis, 27 a municipiis, non enim facile hoc impetrabimꝰ ab ipſis. 18 quod Cæſar vult. 29. in me recipiā. 30. & aliquem. 31. qui putet honeſtum non eſſe ſi velit adverſari voluntati Senatus. 32 Cæſar. 33 carcerē effregerit, ut captivi poſſint aufugere 34 captivis. 35 dignā poenā. 36 conſtituit. 37. captivis adimit Cæſar omnē ſpē libertatis. 38 poſſeſſiones captivorum 39. publice vendi. 40. vitam. 41. per unum & brevem quidem.

›is eſſet poſita 42. apud inferos eiuſmodi quæ-
lam 43. illi antiqui ſupplicia impiis conſtituta
ſſe voluerunt 44. quod 45. videlicet intelli-
gebant, his 46. remotis, non eſſe mortem ipſam
pertimeſcendam.

42. ut improbi haberent aliquē timorē in ſua vita. 43. ales quaſdā pœnas. 44. antiqui finxerūt improbos puniri n inferno. 45. quoniā. 46. ſi nulla forēt ſupplicia in inferno.

CAPUT V.

NUnc P. C. ego mea video quid interſit 1. Si eritis ſecuti ſententiam C. Cæſaris, quoniam hanc is in republ. viam, quæ popularis 2. habetur 3. ſecutus eſt, fortaſſe minus erunt, hoc auctore & cognitore 4. huiuſce ſententiæ, mihi populares 5. impetus pertimeſcendi: ſin 6. illā 7. alteram; neſcio an amplius mihi negotii contrahatur 8. ſed tamen meorum periculorum rationes 9. utilitas reipubl. vincat. Habemus enim a C. Cæſare, ſicut ipſius dignitas, & maiorum eius amplitudo poſtulabat, ſententiā, tanquam obſidem 10. perpetuæ in rempublicā voluntatis 11. intellectum eſt 12. quid interſit 13. inter levitatem concionatorum 14. & ani..

mum

1. Video nunc, quam ego ſententiam ſequi debeam. 2 populo grata & jucunda. 3. putatur. exiſtimatur. 4. dum Cæſar, auctor eſt hujus ſētētiæ. 5 populi. 6 quod ſi vero. 7. Silani ſententiam ſecuti eritis. 8 comparetur, efficiatur. 9 conſiderationes. 10 pignus, certitudinē. 11 favoris. amoris. 12 audiviſtis. 13 quantum diſcrimen ſit. 14. tribunorū plebis, qui ſeditioſas orationes ad populum ſæpe habebant.

15 pro-

mum vere popularem, saluti populi consulentem 15. Video de istis 16. qui se populares habere volunt 17. abesse non neminem 18. ne de capite 19. videlicet civium Romanorum sententiam ferat. Is & nudius tertius 20 in custodiam cives Romanos, Cethegum & P. Lentulum, dedit, & supplicationem 21. mihi 22. decrevit, & indices 23. hesterno die maximis præmiis adfecit 24. Iam hoc nemini dubium est 25. qui reo custodiam, quæsitori 26. gratulationem 27. indici 28. præmium decrevit, quid de tota re & causa iudicarit. At vero C. Cæsar, intelligit, legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam: qui autem reipublicæ sit hostis, cum civem esse nullo modo posse, denique ipsum latorem 29. legis Semproniæ iussu populi pœnas reipublicæ dependisse 30. Idem ipsum Lentulum largitorem & prodigum 31. non putat 32, cum 33. de pernicie populi Romani, & exitio huius urbis tam acerbe, tamque, crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo 34. miti-

15. prospicientem. 16 ex eorum numero. 17 qui volunt pro fautoribus populi existimari. 18 aliquem. nempe Metellum. 19 vita. 20 ante dies nunc tres. 21 preces & gratiarum actiones publicas. 22. meo nomine instituendas. 23 proditores conjuratorum. 24 honoravit, ornavit. 25 restat jam quilibet intelligit. 26 inquisitori. 27 supplicationem. 28 ei, qui indicium conjurationis fecit. 29 constitutorum. 30. dedisse, interfectum fuisse. 31. corruptorem populi. 32 appellari posse popularem 33 quoniam.

34. Cæ-

23 mitiſſimus atque leniſſimus 35, non dubitat P Lentūlum æternis tenebris vinculiſque mādare 36. & ſancit 37. in poſterum 38. ne quis huius ſupplicio levando ſe iactare 39. & in perniciem 40 populi Romani poſthac popularis 41. eſſe poſſit. Adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnes amici cruciatus & corporis, etiā egeſtas, & mendicitas conſequatur.

34. Cæſar. 35. clementiſſime. 36. tradere. 37. conſtituit. 38. propter futura tempora. 39. ne quis poſſit hoc trahere in exemplū, quod ſuppliciū coniuratorū iā fuerit levatum & mitigatum. 40. ad exitiū. 41. populi amorē ſibi conciliari. 42. ut poſt varios cruciatus animi & corporis tandem etiam egeſtas ac mendicitas ſequatur.

CAPUT. VI.

QUamobrem ſive hoc 1. ſtatueritis, dederitis mihi comitem 2. ad concionem 3. populo carum atque iucundum: ſive Silani ſententiam ſequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione 4. defendetis: atque obtinebo 5. eā 6. multo leviorē fuiſſe. Quāquam, P. C. quæ 7. poteſt eſſe in tanti ſceleris immanitate puniēda 8. crudelitas? ago enim de 9. meo ſensu iudico. Nam ita mihi ſalva 10. republ: vobiſcum perfuri libeat 11. ut ego, quod 12. in hac cauſa vehementior ſum, non 13. atrocitate

1. Quod Cæſar vult. 2. ſocium 3. ad conventum populi. 4. opprobrio. 5. demonſtrabo manifeſte. 6. Silani ſententiam. 7. crudelitas. 8. quæ immanitas ſummā pœnā meretur. 9. iuxta meum ſenſum. 10. quæ conſervata nunc eſt, incolumi. 11. eſt iurisiurādi formula. 12. dū. 13. nō. ex quadā

citate 14. animi moveor, (quis enim est me mitior) sed 15. singulari quadã humanitate & misericordia? Videor enim mihi 16. hanc urbem videre, lucẽ 17. orbis terrarũ, atque arcẽ 18. omnium gentiũ, subito uno incendio cõcidẽtẽ: cerno animo sepulta 10. in patria miseros atque insepultos acervos civium: vertatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis 20. Cum vero mihi proposui 21. regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis 22. sperasse confessus est: purpuratũ 23. esse hũc Gabinium: cú exercitu venisse Catilinã, tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco. Et quia mihi vehementer hæc videntur misera atque miserãda 24. idcirco in 25. eos, qui ea 26. perficere voluerunt, me severum vehementemque præbeo. Etenim quæro 26. si quis paterfamilia liberis suis a servo interfectis: uxore occissa, incensa domo, supplicium de servis non quam acerbissimum sumserit 28. utrum is clemen ac misericors, an inhumanus & crudelis simus

14. crudelitate, vehementia. 15 moveor. 16 fingo put me videre, ac si viderem. 17. præcipuam urbem in tot orbe,, quæ reliquas omnes illustrat. 18 asylum, perfugiũ 19 in patria, quæ jacet in ruinis 20 crudeliter furentis. 2 repræsentavi. 22 Sibyllinis. 23 ornatum purpureis vestib 24 quæ digna sunt commiseratione. 25 adversus, contr 26 tanta scelera. 27 interrogo vos. 28 non puniret servo

29 cer-

mus esse videatur? mihi 29. vero importuni-
as 30. ac ferreus 31. qui non dolore 32. ac
ruciatu nocentis 33 suũ dolorẽ cruciatũque
enierit. Sic nos in 34. his 35. hominibus, qui
os, qui coniuges, qui liberos nostros trucida-
e voluerũt, qui singulas unicuiusque nostrum
omos, & hoc universum reip: domicilium 36
elere conati sunt, qui id egerant 37. ut gẽ-
ẽ Allobrogũ in vestigiis huius urbis 38. atque
n cinere deflagrati imperii collocarent; si vehe-
nentissimi fuerimus, misericordes habebimur
9. sin 40. remissiores 41 esse voluerimus, sũmæ
obis crudelitatis, in patriæ civiumque perni-
ie fama subeunda est 42. Nisi vero cupiam L.
Cæsar, vir fortissimus & amantissimus reipubl:
rudelior nudius tertius est visus, cum sororis
uæ, fœminæ lectissimæ 43. virum præsentem
& audientem vita privandum esse 44. dixit,
um avum iussu coss. interfectum, filiumque
ius impuberem, legatum a patre missum 45.
n carcere necatum esse dixit, Quorum quod
simile fuit factum 46? quod initum delendæ
reipubl: consilium 47? Largitionis voluntas

S tum

29. certe, is mihi videretur. 30. crudelis. 31. barbarus homo. 32 per dolores 33. scelerati servi & parricidæ. 34. cõtra. 35. coniuratis. 36. urbẽ Romã. 37. meditati sunt 38. incẽsæ. 39. existimabimur. 40. si vero. 41. clemẽtes. 42. nos dicemur fuisse crudeles, quoniã permisimus, ut patria & cives interirent. 43. optimæ. 44. mortẽ meruisse. 45. qui missus erat legatus a patre adhuc puer. 46. hi tamẽ omnes tãtũ scelus non fecerunt, quantum quidem Lentulus commisit. 47. hi nullum iniverũt cõsiliũ de reipublicæ exitio

tum 48. in rep: versatus est, & partiū quædā contentio 49. Atque illo tempore huius avus Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus: ille 50. etiā grave tū vulnus accepit, ne 13 quid de sūma dignitate reipublicæ minueretur: hic 52. ad evertēda fundamenta, reipubl: Gallos 53. accersivit 54. servitia 55, concitavit, Catilinam evocavit, attribuit nos trucidandos 56. Cethego, ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammādam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendamque Catilinæ. Vereamini, censeo 57. ne in hoc scelere tam immani ac nefario, nimis aliquid severe statuisse 58. videamini? cū multo magis sit verendum, ne 59. remissione 60. pœnæ crudeles in patriam, quam ne 62. securitate animadversionis 62. nimis vehementer in acerbissimos hostes fuisse videamini.

28. illo tempore. 29. solummodo ideo puniebatur, quoniam voluerat corrumpere populum suis largitionibus, & cum aliis ob eam rem gerebat inimicitias. 50. avus Lentuli 51. cum id ageret, ne aliquid. 52. Lentulus, eius nepos. 53 Allobroges 54. sollicitavit, excitavit ad seditionē. 55 servos. 56. ut trucidarentur a Cethego. 57. credo. 58. nimis severam aut crudelē sententiam tulisse. 59. videamu 60. imminutione, mitigatione. 61. videamur. 62, pœna

CAPUT VII.

SEd quæ exaudio 1. P.C. dissimulare 2. nō possū. Lactantur 3. enim voce 4. qui perveniunt ad

1. Ea quæ am audio. 2. tacere 3. circumferuntur, adiuutnr. 4. sermones. 5. per-

ad aures meas, eorũ, qui vereri vindentur, ut habeã ſatis præſidii ad ea, quæ vos ſtatueritis hodierno die, tranſigunda 5. Omnia & proviſa 6. & parata & conſtituta ſunt, P. C. cũ mea 7. ſumma cura atque diligentia, tũ multo etiam maiore 8. populi Romani ad ſummũ imperium retinendũ, & ad communes fortunas conſervandas, voluntate 10, Omnes adſunt omnium ordinum 11. homines, omniũ denique ætatum 12. plenum eſt forum, pleni omnes aditus 13. huius loci ac templi. Cauſa enim eſt poſt urbem conditam,, hæc inventa 14. ſola, in qua õnes ſentiunt unum atque idem, præter eos 15, qui, cum ſibi viderent eſſe pereundum 16. cum omnibus potius, quam ſoli perire voluerunt. Hoſce ego homines excipio, & ſecerno 17. libenter. Neque enim improborum civium, ſed in acerbiſſimorum hoſtium numero habendos puto. Ceteri vero, dii immortales, qua frequentia 18, quo ſtudio 19. qua virtute ad 20. communem dignitatem ſalutemque conſentiunt? Quid ego hic 21. equites Romanos cõmemorem? qui vobis ita ſummam 22. ordinis cõſiliique cõcedũt, ut vobis cũ de amore reipubl:

5. perficienda. 6. proſpecta, procurata. 7. per meam. 8. voluntate. 9. ut retineatur & conſervetur. 10. propenſione, cura. 11 ſtatuum atque conditionum. 12. ſenes, pueri iuveneſque. 13. viæ ad hoc forum & templum. 14 fuit, extitit. 15. coniuratos. 16. cum illi viderent, ſibi paratam eſſe pœnam. 17. diſtingvo a bonis civibus. 18. in quanto numero. 19. favore, cupiditate. 20. ad conſervandam. 21. iam. 22. ſupremam curam vobis. 23. ut

certent 23. quos ex 24. multorum annorum, diſſenſione ad huius ordinis 25. ſocietatẽ concordiamque revocatus hodiernos dies 26. vobiſcũ, atque hæc cauſa coniungit. Quã cõiũctionem 27. ſi 28. in conſulatu confirmatã 29. meo, perpetuam in republica tenuerimus, confirmo 30. vobis nullũ poſthac malũ 31. civile ac domeſticũ ad ullã reipubl: partem eſſe venturum. Pari ſtudio 32. defendendæ 33. reip: conveniſſe video tribunos ærarios 34. fortiſſimos viros, ſcribas itẽ universos: quos cum ca u hic dies ad ærariũ frequentaſſet 35. video ab expectatione. 36. Omnis ingenuorũ 37. adeſt multitudo, etiã tenuiſſimorũ 38. Quis eſt enim, cui non hæc templa, adſpectus urbis, poſſeſſio libertatis, lux 39. denique hæc ipſa & hoc commune patriæ ſolum 40. cũ 41. ſit earũ tum 42. vero dulce atque iucundum?

CAPUT

25. ut videri velint adhuc magis amare rempublicam, quam quidem vos facitis. 24. poſt. 25. Senatorii. 26. atqua hæc cauſa coniurationis detectæ & puniendæ. 17. Equitum & Sanatus. 28. ſi tenuerimus & conſervaverimus. 29. poſtquam redintegrata & confirmata fuit. 30. affirmo. 31. calamitatem, bellum. 32. cupiditate 33. ad defendendam remp: 34. qui curam ærarii militaris habebant, 35: qui ſcribæ cum fortuito caſu hoc die in magno numero adveniſſent. 36. video, eos non tam expectare ſortem provinciæ ſuæ, quam expectabant, ſed potius eos omnem curam impendere & convertere ad ſalutem communem. 37. liberorum hominum. 38. pauperrimorum, viliſſimorum. 39. vita. 40. terra, hæc patria. 41. non ſolum. 42. ſed etiam.

I. Mere-

CAPUT. VIII.

OPeræ pretium est 1. P.C. libertinorũ 2. hominũ studia 3. cognoscere, qui sua 4. virtute fortunã civitatis consecuti 5. hanc vere 6. suã patriã esse iudicant: quã 7, quidã 8. hinc 9 nati, & summo nati loco 10. non patriã suam, sed urbẽ hostiũ esse iudicaverunt. Sed quid ego hosce homines ordinesque 11 commemorem, quos privatæ fortunæ 12. quos communis respubl: quos denique libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutem patriæ defendendam excitavit? servus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit servitutis 13. qui non audaciã civium 14, perhorrescat, qui non hæc 15. stare 16. cupiat, qui non tantum, quantum audet, & 17. quãtũ 18. potest, conferat 19. ad cõmunẽ salutẽ, volũtatis. Quare si quẽ vestrũ fore commovet hoc: quod auditum est 20. lenonẽ quendam Lentuli concursare 21. circum tabernas 22. prætio sperare 23. solicitari posse animos egentiu atque impe-

1. Meretur, dignũ est. 2. qui ex servis facti sunt liberi. 3. voluntatem. 4. per suam. 5. impetrarunt. 6. omnino, reapse. 7. urbem & patriã. 8. coniurati. Romæ. 10. genere. 11, libertinos. 12. possessiones, bona. 13. cuius servitus tantum tolerabilis est. 14. coniuratorũ. 15. hanc urbem & rempubl: 16. salvam esse. 17. & qui non. 18. vovoluntatem & curam potest. 19. impendat. 20. fama refert. 21. discurrere. 22. opificum. 23. qui dicitur spem habere, quod animi pauperum excitari possint ad seditionem, per promissionem donorum & pecuniæ.

24. talis

imperitorũ: eſt id 24. quidẽ cœptũ atque tẽtatũ, ſed nulli ſunt inventi tam aut fortuna miſeri 25. aut voluntate perditi 26. qui non 27. ipſum illum 28. ſellæ atque operis 29. & quæſtus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulum ſuũ, qui denique non curſum hunc otiorũ vitæ ſuæ ſalvum eſſe velint 30. Multo vero maxima pars eorũ, qui in tabernis 31. ſunt, imo vero (id enim potius eſt dicendũ) genus 32. hoc univerſum amantiſſimũ eſt otii. Etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera, ac quæſtus, frequentia 33. civium ſuſtinetur, alitur otio 34. quorum ſi quæſtus, occluſis 35. tabernis, minui ſolet, quid tandem incenſis futurum eſt 36? Quæ cum ita ſint, P. C. vobis populi Romani præſidia 37. non deſint; vos, ne populo Romano deeſſe 38. videamini, providete.

24. talis excitatio. 25. tam infelices. 26. aut tam amentes. 27. qui non velint ſalvum eſſe 28. locum ſellæ. 29. in qua ſella quærunt victum quotidianum per opificia & laborem manuum. 30. qui non velint potius agere vitam tranquillam, quam excitare tumultum. 31. mercatoris, aut cauponis. 32. hominum. 33. per frequentiam & multitudinem. 34. per otium & tranquillitatem reipublicæ. 35. ſi clauſæ ſint tabernæ. 36. quid facient illi tandem, ſi tabernæ ſint incenſæ, quod fieri poſſet in tumultu & conjuratione Catilinæ. 37. auxilia. 38. ne videamini. quaſi nolletis populum conſervare.

CAPUT IX.

HAbetis conſulẽ ex plurimis periculis & inſidiis, atque ex media morte, non ad vitam

ſuam,

ſuam, ſed ad ſalutē veſtram, reſervatū 1. omnes ordines 2. ad conſervandam rempublicā mente, voluntate, ſtudio, virtute, voce conſentiunt: obſeſſa 3. facibus & telis impiæ coniurationis vobis ſupplex manus tendit 4. patria communis 5. vobis ſe 6 vobis vitam omnium civium, vobis arcem & Capitolium, vobis aras penatiū 7. vobis illum ignem Veſtæ perpetuum ac ſempiternum, vobis omnia templa deorum atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Præterea de veſtra vita, de coniugum veſtrarum, de ſedibus 10. de focis 11. veſtris, hodierno die vobis iudicandum eſt. Habetis ducem 12. memorem 23. veſtri, oblitum ſui 14. quæ nō ſemper facultas 15. datur: habetis ōnes ordines, omnes homines, univerſum populum Romanum (id quod in civili caſu hodierno die primū 26. videmus) unum atque idem ſentiētem 17. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium 18. quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggerataſque 19. fortunas una nox 20. pene de

1. Qui conſervatus eſt. 2. equites, Senatus ac populus. 3. patria, quæ circumdata eſt a facibus. 4. vos orat extenſis manibus. 5. univerſa. 6. patria ſe commendat vobis. 7. deorum domeſticorum. 8. vita. 9. poſſeſſionibus. 10. domibus. 11. domibus privatis, commodis. 12. Conſulem. 13. qui ſolicitus eſt unice de veſtra ſalute. & qui obliviſcitur ſuæ ſalutis. 15. occaſio. 19. cumulatas, multas 20. in qua exequi volebant coniurati ſua conſilia.

21. dele-

delerit 21. Id ne unquã posthac non modo confici 22. sed ne cogitari quidẽ possit a civibus, hodierno die providẽdũ est 23. Atque hæc 24. non ut vos, qui mihi studio 25. pene præcurritis, excitarem, locutus sum: sed ut mea vox quæ debet esse in republica princeps, officio functa consulari videretur 26.

21. delevisset. 22. effici. 23. prospiciendum, curandum. 24. locutus sum. 25. in cupiditate. 26. ut videar ea dixisse, quæ dicere debui primus omnium Consul.

CAPUT X.

NUnc antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicã. Ego, quanta manus 1. est coniuratorũ, quam video esse permagnam tantam me inimicorũ multitudinẽ suscepisse 2. video: sed eam 3. esse iudicio turpẽ & infirmã & contemtam & abiectam 4 Quod si 5, aliquando alicuius furore 6. & scelere concitata manus 7. ista plus valuerit 8. qã vestra ac reipubl: dignitas; me tamen meorũ factorũ atque consiliorum nunquam P. C. pœnitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortasse minitantur, omnibus 9. est parata: vitæ tantam laudem, quanta 10. vos me vestris decretis 11. honestastis, nemo est adsecutus. Ceteris 12. enim semper bene gestæ

1. Numerus, exercitus. 2 excitasse in me ipsum. 3 hanc hostium meorum multitudinem. 4. miseram, humilẽ, contemnendam. 5 atque etsi etiam. 6. per furorem. 7. exercitus iste coniuratorũ. 8. fortior facta fuerit 9. hominibus, nullo excepto. 10. laude. 11. per decreta. 12. Imperatoribus.

13. de.

stæ 13. mihi uni 14. conservatæ reip: gratulationem decrevistis. Sit 15 Scipio clarus ille, cujus consilio atque virtute Annibal in Africã redire 16. atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter 17. eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infectissimas 18. Carthaginẽ Numantiãque delevit: habeatur 19. vir egregius L. Paulus ille 20. cujus currũ rex potentissimus quõdã & nobilissimus, Perses honestavit 21. sit in æterna gloria Marius, qui Italiã obsidione, & metu servitutis liberavit: anteponatur omnibus Põpeius, cuius res gestæ atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur 22. erit profecto inter horum laudes aliquid loci 23. nostræ gloriæ, nisi forte maius est, patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quã curare: ut etiã illi 24. qui absunt, habeãt, quo victores rever-

13 decrevistis gratulationem, & supplicationem ob rem bene ac fortiter in bello gestam. 14. soli. 15. magnum nomen habeat. 16. reverti. 17. Scipio. 18. inimicissimas. 19. existimetur. 20. L. Æmilius Paulus Macedonicus. 21. qui a Paulo in triumpho ductus est. 22. per totum orbem terrarum felicia bella gessit Pompeius. 23. exiguus. aliquis locus. 24. Romani Imperatores. 25. id est: nisi quis forte putet, quodjid, dum patefaciuntur nobis provinciæ ad quas ex urbe possimus fugere vel proficisci, propter victorias Imperatorũ nostrorũ, maius factum sit, quam id, dum alii curant, ut illi Imperatores & Victores nostri, qui iam in bellis externis absunt ex urbe, possint tuto ad eandem reverti cum victoria. Id quod ego quidem iam præstiti, dum urbem ab interitu conservavi.

26. ob

revertantur 25. Quãquã eſt uno loco 26. conditio melior externæ victoriæ, quã domeſtica 27. quod 28. hoſtes alienigenæ 29. aut oppreſſi ſerviunt, aut recepti, beneficio ſe obligatos putãt: qui autẽ ex numero civiũ demẽtia aliqua 30. depravati, hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperũt, eos 31. cũ 32. a pernicie reip: repuleris, nec vi coercere, nec beneficio placare poſſis. Quare mihi cũ perditis 33. civibus æternũ bellũ ſuſceptũ 34. eſſe video: quod ego 35. veſtro 36 bonorumque omniũ auxilio, memoriaque tantorum periculorum, quæ non modo in hoc populo, qui ſervatus eſt, ſed etiam in omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hærebit 37. a me atque a meis facile propulſari poſſe confido. Neque ulla profecto tanta vis reperietur, quæ coniunctionem veſtram equitumque Romanorum & tantam conſpirationem 38. bonorum omnium perſtringere 39. & labefactare poſſit.

26. ob unam cauſam. 27. civitas 28. quoniam, dum. 29. externi. 30. per aliquam, ex aliqua. 31. non poſſis. 32. quando eos. 33. ſceleratis. 34. gerendum. 35. quod bellum ego confido propulſari poſſe. 36. per veſtrum. 37. durabit. permanebit. 38. conſenſum, concordiam. 39. evertere.

CAPUT XI.

QUæ cum ita ſint, patres conſcripti, pro 1. imperio, pro exercitu, pro provincia, quã neglexi 2. pro triũpho, ceteriſq; laudis inſignib9 3. quæ

1. Loco imperii, Commando. 2. nolui accipere 3. ornamentis.

quæ ſunt a me propter urbis veſtræque ſalutis cuſtodiam repudiata 4. pro clientelis 5. hoſpitiisque provincialibus 6. quæ tamen urbanis opibus 7. non minore labore tueor 8. quam 9. comparo: pro his igitur omnibus rebus, & pro meis in vos ſingularibus ſtudiis 10. proque hac, quam conſpicitis, ad conſervandam rēpublicā diligentia, nihil aliud a vobis, niſi huius temporis totiuſque mei conſulatus memoriam poſtulo: quæ 11. dum erit veſtris mentibus infixa, firmiſſimo me muro ſeptum 12. eſſe arbitrabor. Quod ſi meam ſpem vis improborum fefellerit atque ſuperaverit 13. commendo vobis parvum meum filium. cui profecto ſatis erit præſidiis 14. ſolum ad ſalutem, verum etiam ad dignitatem, ſi eius 15. qui hæc omnia ſuo ſolus periculo conſervaverit, illum eſſe filium memineritis Quapropter de ſumma ſalute veſtra populique Romani, P. C. de veſtris coniugibus ac liberis, de aris ac focis 16. de fanis ac templis, de totius urbis tectis ac ſedibus, de imperio, de libertate, de ſalute Italiæ, deque univerſa republica decernite 17. diligen-

4. non accepta. 5. pro illis, qui me Patronum elegerunt. 9. quæ in Sicilia & aliis provinciis habeo. 7. per potentiam, quam in urbe Roma habeo. 8. defendo atque conſervo. 9. quam ego eadem. 10. amore & benevolentia. 11. memoria & grata recordatio. 12. munitum circumdatum, ſecurum. 13. quod ſi ego forte interficiar ab improbis. 14. qui magnum habebit præſidium in vobis. 15. Conſulis Ciceronis 16. domibus.

17. indi-

ligenter, ut instituistis 18. ac fortiter. H betis eum consulem, qui & parere 19. ve stris decretis non dubitet 20. & ea, quæ st tueritis, quoad 21. vivet, defendere, & p se ipsum præstare 22. possit.

17. iudicare, sententiam ferre. 18. cavistis. 19. obedir 20. omnino velit. 21. quamdiu. 22. efficere.

SENTENTIÆ.

NEque enim turpis mors forti viro potest accider nec immatura consulari, nec misera sapienti.

Mortem sapientes nunquam inviti, fort etiam sæpe libenter adiverunt.

Periculorum nostrorum rationes utilitas reip blicæ vincere debet.

Hoc nemini dubium est, qui rei custodian quæsitori gratulationem, indici præmium decrevi quid de tota re & causa iudicaret.

Reos maiestatis cum omnes animi & corpor cruciatus, cum & egestas ac mendicitas consequuntu

Importunus ac ferreus videtur, qui non suu dolorem, cruciatumque dolore & crutiatu nocent lenierit. Sic nos in hominibus, qui nos, qui coniuge qui liberos nostros trucidare voluerunt, qui singula uniuscuiusq; nostrum domos & universum reip: dom cilium delere conati sunt; qui id egerunt, ut inim cos in vestigiis urbium nostrarum, atque i cinere deflagrati imperii collocarent, si vehementiss mi fuerimus, misericordes habebimur: sin remissiore

esse

se voluerimus, summæ nobis crudelitatis id patriæ viumque pernicie fama subeunda est.

Multo magis est verecundum, nec remissione enæ (in reos læsæ maiestatis) crudeles in patriam, uam ne severitate animadversionis nimis vehementes acerbissimos hostes fuisse videamur.

Non maius est patefacere nobis provincias, uo exire possimus, quam curare, ut etiam illi, qui obnt, habeant, quo victores revertantur.

Qui ex numero civium dementia aliqua deravati, hostes patriæ semel esse ceperunt, eos cum pernicie reipublicæ repuleris, nec vi coercere, nec eneficio placere possis.

ORATIO X.

quæ est

AD QVIRITES POST REDITUM.

Argumentum Orationis ad Quirites post Reditum.

CVm Cicero testimonium tulisset contra Clodium, pollutorum sacrorum reum, ita illum in se exacerbavit, ut non quiesceret tribunus plebis factus, nisi Cicerone in exilium eiecto: hanc speciosam causam apud populum Romanum prætexens iniquitati suæ, quod Cives Romanos (coniurationis Catilinariæ principes) indemnatos Cicero Consul interfecisset. Et quo facilius quod capiebat obtineret Clodius, illius

anni

anni Consules Gabinium & Pisonem, spe singularum provinciarum compulit, ut paterentur optime meritum Ciceronem exterminari. Postero anno cum T. Annius Milo & P. Sextius tribuni plebis & simul P. Lentulus Consul urgerent: Pompeio favente, Senatu atque probante, cuncta Italia suffragium ferente, revocatus est Cicero ob exilio in patriam atque pristinam dignitatem.

Hac igitur Oratione gratias populo R. agit pro insigni illo restitutionis beneficio.

Proinde est hæc Oratio Eucharistica de Genere Demonstrativo, & constat Exordio. propositione, eaque implicita, Confirmatione & Conclusione.

Habita est Oratio A. V. DC. XCVI. ætatis Ciceronis anno L. Stylus est mediocris.

ORATIO. X.
AD QVIRITES POST REDITUM.
CAPUT. I.

QUod precatus ab Iove optimo maximo, ceterisque diis immortalibus sum, Quirites eo tempore cum me, fortunas 1. meas, pro vestra incolumitate, otia 2. concordiaque devovi 3. ut si meas rationes 4. unquam vestræ saluti anteposuissem, sempiternã pœnã sustinerem 5. mea

1. Possessiones, bona. 2. tranquilliate. 3. tradidi. consecravi, impendi. 4. salutem, utilitatem.

5. fer-

. mea voluntate 6. susceptam 7. sin 8. & ea, uæ ante gesserã, conservandæ civitatis causa essissem, & illam miseram profectionem 9. veræ salutis gratia 10. suscepissem, ut 11. quod dium scelerati 12. homines, & audaces in 3. rempublicam & in omnes nos conceptum 4. iamdiu continerent 15. in me uno potius, uam in optimo quoque 16. & in universa epublica deficeret 12. hoc si animo in vos li. erosque vestros fuissem 18. ut aliquando os patres conscriptos 19. Italiamque univer- am, memoria mei, misericordia, desiderium- ue teneret 20. eius devotionis 21. me esse onvictum iudicio deorum immortalium, te- timonio senatus, consensu Italiæ, confessione nimicorum. beneficio divino immortalique estro, maxime lætor, Quirites. Etsi homini ihil est magis optandum, quam prospera, equalis 22. perpetuaque, fortuna, secundo vi- æ sine ulla offensione 23. cursu 24. tamen si mi-

5. ferrem, pateret. 6. per mea facta. 7. meritam. 8. si ero. 9. exilium. 10. ut vestra salus conservaretur. 11. ut llud odiũ deficeret. 12. Clodius cũ sua factione. 13 contra. 14. cogitatũ, meditatum. 15. in animis suis haberent. 16. quovis. 17. finem acciperet, desineret: ut ego solus potius omne odium experirer, quam ut illud omnes boni & tota respublica experirentur. 18. si hoc unquam de vobis & liberis vestris credidissem. 19. Senatores. 20. ut vos recordari possetis mei. 21. iam lætor, quod vobiscum Senatus & tota Italia credit, me consecrasse & tradidisse fortunas meas ad salutem vestram. 22. immutabilis, constans.

23. ita

ſi mihi tranquilla & placata 25. omnia fuiſſent, incredibili quadã & pene divina, qua 26 nunc veſtro 27. beneficio fruor, lætitiæ voluptate caruiſſem. Quid dulcius hominum 28. generi a natura datum eſt, quam ſui cuique 29. liberi mihi vero & propter indulgentiam 30. meam & propter excellens eorum ingenium. vita 31. ſunt mea cariores: tamen non tanta 32 voluptate erant ſuſcepti 33. quanta 34. nunc ſunt reſtituti. Nihil cuiquam fuit unquã iucundius, quã mihi meus frater: non tam id ſentiebam, cum fruebar 36. quam tunc, cum carebam, & poſteaquam vos me illi, & mihi eum reddidiſtis. Res familiaris ſua quemque 37. delectat: reliquæ meæ fortunæ recuperatæ 38 plus mihi nunc voluptatis 39. adferunt, quam tunc incolumitates 40. adferebant. Amicitiæ conſvetudines 41. vicinitates, clientelæ 42 ludi 43. denique, & dies feſti, quid haberent voluptatis, carendo 44. magis intellexi, quam fruendo. Iam vero honos, dignitas, locus ordo

23. ita ut vitæ curſus ſecundus ſive felix ſit. 24. calamitate, malo. 25. quieta. 26. voluptate lætitiæ. 27. per veſtrum 28. humano. 29. cuilibet homini. 30. amorem paternum. 31. ego liberos meos magis amo quam vitã meam 32. cum tanta. 33. a me cum eſſent nati. 34. cũ voluptate 35. hunc amorem meum erga fratrem. 36. cum præſens eſſem apud fratrem meum. 37. quemlibet hominem. 38 quas iterum accepi, reſtitutæ. 39. gaudii. 40. cum bona mea adhuc ſalva eſſent. 41 converſationes cum amicis. 42 officium clientum erga me patronum. 43. gladiatorii ſcenici. Circenſes. 44. dum iis carui. 45. am-

lo, beneficia veſtra, quãquã mihi ſemper c[illegible]
iſſima 45 viſa sũt, tamẽ ea nunc renovara 46
llustriora videntur, quã ſi obſcurata nõ eſſent.
pſa autẽ patria, dii immortales, dici vix poteſt,
uid caritatis, quid voluptatis habet! quæ ſpe-
ies 47. Italiæ! quæ celebritas oppidorũ! quæ
orma 48 regionum! qui agri! quæ fruges! quæ
ulchritudo urbis! quæ humanitas civiũ! quæ
eip: dignitas! quæ veſtra maieſtas? quibus ego
mnibus ãtea rebus ſic fruebar, ut nemo magis
49 Sed tãquã 50 bona valetudo iucũdior eſt e[i]s,
ui e gravi morbo recreati sũt 51. quã 52. qui
ũquã ægro corpore fuerũt: ſic ea õnia deſide-
ata magis 53. quã aſſidue percepta, delectant.

45 ampliſſima, honorifica. 46. poſtquam renovata & eddita ſunt mihi. 47. pulchritudo. 48 elegantia. 49. his bo-is frui potuerit. 50. quemadmodum. 51. convaluerunt. 2. quam iis. 53. quod vehementer deſideramus, magis lelectat, quam ea, quibus perpetuo fruimur.

CAPUT II.

QUorſum 1 igitur hæc diſputo 2? quorsũ? ut
intelligere poſſitis, neminẽ unquam tanta
eloquentia 3 fuiſſe, neque tã divino atque in-
credibili genere dicendi, qui veſtrorum magni-
udinẽ multitudinemque beneficiorũ, quæ in
me, fratremque meum liberoſque noſtros cõtu-
iſtis, non modo augere, aut ornare 4 oratione,

 ſed

1. In quem finem, quo reſpectu. 2. dico. 3. tam eloquente. 4. laudare, efferre.

sed enumerare 5 aut consequi possit. A parenti
bus, id quod necesse erat 6 parvus 7 sum pro
creatus: a vobis natus 8. sum consularis 9. Il
10 mihi fratrem, incognitum 11. qualis futuru
esset, dederunt: vos spectatum 12, & incredibi
li pietate cognitum reddidistis: Rēpublicā illi
13, accepi tēporibus eam, quæ pene amiss
est: a vobis iam recuperavi, quam 14 aliquand
omnes unius 15 opera servatā 16 iudicaverū
Dii immortales mihi liberos dederunt: vos red
didistis, multa præterea a diis immortalibus o
ptata consecuti sumus: nisi vestra voluntas fu
isset, omnibus divinis 17 muneribus caruisse
mus, Vestros denique honores, quos eramu
gradatim 18 singulos assecuti 19 nunc a vob
universos habemus: ut 20. quantum 21 ant
parentibus, quantum diis immortalibus quātu
vobis met ipsis, tantum hoc tempore, univer
cuncta populo Romano debeamus 22 Nam cū
in ipso beneficio vestro tanta magnitudo e
ut eam complecti oratione non possim: tum
studiis 23 vestris tanta animorum declarata e
volun-

5. satis intelligere & repræsentare. 6. quod aliter fi
non poterat. 7. infans. 8. factus. 9. talis vir [illegible] ia
functus est consulatu. 10. parentes. 11. de quo sci n
poterat. 12. tanquam nobilem & amplissimum. 13. tem
pore Consulatus mei. 14. eam rempublicam, quam 15 p
meam operam & prudentiam, meoque auxilio. 16. in co
iuratione Catilinæ. 17. omnibus illis muneribus, quæ a
cepi a diis. 18. iusto ordine. 19. quos impetraveram
debeamus 21. debui. 22. acceptum referam.

23. fa-

voluntas; ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatẽ auxisse videamini.

23. favore & amore erga me.

CAPUT III.

NOn enim pro meo reditu 1. ut 2. pro P. Popillji, nobilissimi hominis, adolescentes filii, & multi præterea cognati atque affines deprecati sunt 3: non ut pro Q. Metello, clarissimo viro, iã spectata ætate 4 filius: nõ L. Dalmaticus consularis, sũma auctoritate vir, nõ C. Metellus cẽsorius 5. nõ eorũ liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum 6. consulatũ petebat; non sororum filii Luculli, Servilii, Scipiones. Permulti enim tum Metelli, aut Metellorum liberi, pro Q. Metelli reditu vobis ac patribus vestris supplicaverunt. 7. Quod si ipsius 8 summa dignitas maximæque res gestæ non satis valerent 9 tamen filii pietas, propinquorũ preces, adolescentium squalor 10. maiorum natu lacrimæ populum Romanum movere 11. potuerunt. Nam C. Marii 12. qui post illos veteres clarissimos consulares vestra patrumque momoria 13, tertius ante me consularis, subiit indignissi-

T2 mam

1. Ut reditus mihi concederetur. 2. quemadmodum hoc factum est pro reditu Popillii. 3. precati, intercesserunt. 4 qui iam in officiis publicis vivebat. 5. qui Censor fuit 6. illo tempore. supplices preces fecerunt, precati sunt. 8. Metelli. 9. valuissent ad vos persvadendum. 10. qui nigris & sordidis vestibus induti erant. 11. ad misericordiam. 12 dissimilis fuit ratio. 13. tempore patrum vestrorum.

14. in-

mam fortunam 14 præstantissima sua gloria 15 dissimilis fuit ratio 16. Non enim ille deprecatione 17 rediit, sed in discessu 18. civium exercitu se 19. armisque revocavit 20. Me autem nudum 21. a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Pisonis, generi mei, divina quædam & inaudita auctoritas atque virtus, fratrisque mei miserrimi atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordesque 22. lugubres a 23. vobis deprecatæ sunt 24. Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret 24 qui suo fletu desiderium mei, memoriamque renovaret: qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam 26: & tanto in me amore exstitit 27. ut negaret fas esse 28. non modo domicilio, sed ne sepulchro quidem se a me esse sejunctum: Pro me præsente senatus hominumque præterea viginti millia vestem 29 mutaverunt: pro eodem me absente unius 30 squalorem sordesque vidistis, Unus hic, qui domi, qui in foro possit esse mihi pietate 31 fi-

lius

14. infelix fuit, quod sequidem non metuerat. 15 eius gloria digna erat meliore fortuna. 16 aliter se res habet cum Mario. 17. propter preces amicorum. 18. discordia. 19 se ipsum. 20 restituit. 21 dum ego nullos habeo propinquos 22 sordidæ vestes, quibus frater meus luctum suum testatur 23 apud vos. 24. precatæ sunt pro me. 25. moneret ad misericordiam. 26. qui dixerat, se quoque velle ire in exilium 27 fuit, tantum amorem erga me ostendit. 28 ut diceret fas non esse. 29 & sordidam induerunt. 30 fratris mei.

31 pro-

ius 32. inventus est 33. beneficio parens, amore
4 idem, qui semper fuit frater. Nam coniugis
miseræ squalor & luctus atque optimæ filiæ
mœror assiduus, filiique desiderium mei lacry-
mæque pueriles aut itineribus necessariis, aut
magnam partem tectis 35. ac tenebris conti-
nebantur 36.

31 propter pietatē suā & amorē erga me 32. loco filij. 33
uit, se demonstravit ut parētē per hūc suū beneficiū. 34.
quod amorē erga me. 35. in domo. 36. erant, manebant.

CAPUT. V.

QVare hoc maius est vestrū in nos promeritū, quod non multitudini propinquorum sed nobismet ipsis non reddidistis. Sed quemadmodum propinqui, quos ego parare 1 non potui, mihi ad deprecandum calamitatem meam non adferunt 2: sic illud quod ea 3 virtus præstare debuit, adiutores, auctores 4. hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt, ut longe superiores 5. omnes hac dignitate copiaque superarem. Nunquam de P. Popillio, clarissimo atque fortissimo viro, nunquam de Q. Metello, nobilissimo & constantissimo cive, nunquā de C. Mario custode 6. civitatis atque imperii vestri, in senatu mētio facta est. Tribunitiis superiores illi rogationibus 7. nulla auctoritate senatus

sunt

1 Comperare mihi, acquirere, efficere. 2 me non adiuvarūt. 3 sola. 4 svasores. 5. eos, quos supra commemoravi. 6. conservatore. 7. per leges illas, quas Tribuni plebis ad Populum rogarunt tulerunt de illorum revocatione & exilio. 8. effice-

ſunt reſtituti: Marius vero non modo non a ſe natu ſed etiam oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus nec rerum geſtarum memoria in reditu C. Marii, ſed exercitus, atque arma valuerunt. 8. At de me 9 ut valeret 10. ſemper ſenatus flagitavit, ut aliquando perficeretur, cum primum licuit, frequentia 11 atque auctoritate perfeci 12. Nullus in eorum reditu motus municipiorum & coloniarum factus eſt 13. at me in patriter ſuis 14 decretis Italia cuncta revocavit. Illi inimicis interfectis, magna civium cæde facta 15. reducti ſunt: ego iis 16. a quibus ejectus 17 ſum, provincias obtinentibus, inimico hoc 18 optimo viro & mitiſſimo, altero conſule 19. referente 20. reductus ſum: cum is 21. inimicus qui ad meam perniciem vocem ſuam communibus hoſtibus præbuiſſet 22. ſpiritu 23. duntaxat viveret, re 24. quidem infra omnes mortuos amandatus eſſet. 25.

CAPUT

8. efficere potuerunt eius reſtitutionem & reditum. 9 propter meum reditum. 10 ſententia Senatus. 11. per ſuam frequentiam & communem conſenſum. 12. ut ego reſtituerer. 13. municipia & coloniæ non rogarunt, ut illi reſtituerentur. 14. per ſua. 15. & poſtquam magna cædes civium facta eſt. 16. dum illi etiam obtinent provincias 17. in exilium pulſus ſum. 18. dum inimicus meus fuit hic Q. Metellus. 19. Lentulo 20. ad Senatum retulit de meo reditu. 21. Clodius 22. qui Tribunus plebi hortatus eſt hoſtes patriæ, ut ego eiicerer. 23 aere. 24. reapſe. 25. non aliter erat ac ſi jam mortuus eſſet, uſque adeo vivebat in contemptu apud omnes.

1. De

CAPUT V.

NUnquã de 1. P, Popillio L. Opimius, fortissimus consul, nunquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidẽ, qui secutus est, M. Antonius, homo eloquentissimus cum A. Albino collega senatum aut populũ est cohortatus. At pro me superiores 2. consules sẽper, ut referrẽt 3, efflagitati 4. sũt: sed veriti sũt, ne gratiæ causa 5 facere viderentur, quod 6 alter 7 mihi adfinis erat, alterius 8. causã capitis receperã 9. qui provinciarũ fœdere 10 irretiti 11 totũ 12 illũ annũ querelas senatus, luctũ bonorũ, Italiæ gemitũ pertulerũt. Kalendis vero Ianuar: posteaquã orba resp: consulis fidẽ tanquã legitimi tutoris imploravit, P. Lentulus consul, parens, deus, salus nostræ vitæ fortunæ, memoriæ, nominis, simul ac de solenni religione 13. retulit 14. nihil humanarũ 15 rerũ sibi 16 prius 17 quã de me agẽdũ iudicavit. Atque eo die confecta res esset 18 nisi is 19 tribunus pl. quẽ ego maximis beneficiis quæstorẽ 20 consul ornaverã 21. cũ & cun-

1. De restituendo. 2. qui ipso anno fuerant. 3 ut Senatum hortaremur pe meo redit 4 rogari. 5 ex favore erga ma 6 quoniam. 7 Piso. 8 Gabinii. 9 Gabinium ego defenderam olim, cum esset capitis accusatus. 10 propter foedus. 11 occupati, impediti. 12 per totũ. 13 degratiarum actione dijs habda. 14 in Senatu dixit. 15 ex omnibus alijs rebus. 16 a 17 agendum esse. 18 decretum fuisset, ut revocarer 19 Attilius Gauianus. 20 cum adhuc quaestor. 21 honoveram.

22 totus

cunctus ordo 22. & multi cũ sũmi viri orarẽt, & Cn. Oppius socer, optimus vir, ad pedes eius flẽs iaceret, noctẽ 23 sibi ad deliberãdũ postulasset, quæ deliberatio non in reddẽda 24 quẽ admodũ nonnulli arbitrabantur, sed ut patefactum est 25. in augenda mercede consumpta est. Postea res acta est in senatu alia nulla, cum 26. variis rationibus, 27 impediretur, ut voluntate tamen perfecta 28 senatus causa 29 ad vos 30 mense Ian. deferebatur. Hic 31. tantum interfuit inter me, & inimicos meos. Ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi 32 centuriarique 33 vidissem: cum intelligerem, veteres 34 ad spem cædis, Catilinæ copias esse revocatas: cum viderem, ex ea parte homines 35. cuius partis nos 36. vel principes 37 numerabamur 38. partim quod 39 mihi inviderent, partim quod sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores salutis meæ: cum duo consules 40 emti pactione provinciarũ 41 auctores 42 se inimicis reip. tradidissent; cum egestatem

22 totus Senatus. 23 ut concederetur sibi unius noctis spatium. 24 mercede, quam acceperat a Clodianis. 25 quod postea cognitum est. 26 Senatus. 27 alijs causis 28 & cum decretus esset meus reditus a Senatu. 29 mea. 30 populum Romanũ. 31 tunc tantum discrimen fuit inter me & inimicos meos. 32 convocari. 33 in centurias distribui. 34 copias & milites Catilinae. 35 esse aut proditores &c. 36 ego. 37 princeps, auctor. caput, dux. 38 existimabat, habebat. 39 ideo, quoniam 40 Piso & Gabinius. 41 qui corrupti erant a Clodio, dum illis promiserat provincias. 42 tanquam svalores, ne ego restituerer.

43 satiari

:m, avaritiam, libidines suas viderent expleri 3 non posse, nisi me constrictū domesticis 44 ostibus dedissent: cū senatus, equitesque Rom: ere pro me, ac mutata veste vobis 45 supplicare, dictis 46 atque imperiis 47 vetarētur: cū ōni- us fœdera, recōciliationes gratiarū 49 sangvi- e meo sancirētur 50 cū omnes boni non recu- arent, quin vel pro me, vel mecū perirent 51. rmis decertare pro mea salute nolui, quod 52 x vincere, & vinci luctuosum 53. reip. fore putavi. At inimici mei mense Jan. cum de ne 54 ageretur, corporibus civium trucidatis lumine 55. sangvinis meum reditum inter- :ludendum 56 putaverunt.

43 satiari. 44 civilibus. 45. populo Rom: 46 per edicta. 47 per mandata. 48 promissiones, a Clodio Consulibus nominatis datæ. 49. reditus in gratiam, reconciliationes. 50 confirmerentur. 51 vellent perire. 52 quoniam. 53 calamitosum, periculosum. miserum. 54. meo reditu. 55. per offensionem. 56. impediendum.

CAPUT VI.

ITemque cum 1 ego abfui, eā 2 remp. habuistis, ut æque me, atque illam 3. restituendā 4 putaretis. Ego autē 5. in qua civitate nihil valeret senatus; ōnis esset impunitas 6. nulla iudicia

cia

1. Quamdiu. 2. talem statum reipubl: 3. rempublicam 4. necessario restitui oportere. 5. rempublicam esse nullam putavi, in qua &c. 6. nulla vitia punirentur.

7. cru.

cia: vis & ferrum 7 in foro versarentur; cum privati 8 se parietum 9 præsidio- non legũ, tuerentur; tribuni pleb. vobis 10 inspectantibus vulnerarentur; ad magistratuũ 11 domos cum ferro & facibus iretur, consulis fasces frangerentur; deorum immortalium templa incenderentur; rempublicam esse nullam putavi. Itaque neque repub: exterminata 12 mihi locum in hac urbe esse duxi 13. nec, si illa restitueretur, dubitavi, quin 14 me secum ipsa reduceret. An ego 15. cum mihi esset exploratissimum 16. P. Lentulum proximo anno consulem futurum, qui illis ipsis reipub. periculosissimis temporibus ædilis curulis, 17, me 18 consule, omnium meorum consiliorum particeps 19. periculorumque socius fuisset; dubitarem, quinimo confectum 20 consularibus vulneribus 21. cõsulari 22 medicina ad salutẽ reduceret? Hoc duce 23 collega 24 autẽ eius, clementissimo atque optimo viro, primo nõ adversante 25. post etiam adiu-

7 crudelitas. 8 qui privatim & in nullo Magistratu vivebant. 9 domorum suarum. 10 in præsentia & conspectu vestro. 11 Senatorum & Prætorum. 12 cum respublica interiisset. 13 putavi. 14 quin respublica. 15 dubitarem 16 cum ego certo scirem. 17 qui in eburneo solio solebat sedere & curam sacrificiorum ludorumque habebat. 18 cum ego Consul essem. 19 conscius. 20 sauciatum. 21 per vulnera ea, quæ mihi inflicta erant a Pisone & Gabinio Consulibus. 22 per medicinam, quam ille adferre poterat tanquam Consul. 23 auctore, hortatore. 24 Q. Caecilio Metello. 25 dum is primum non adversabatur Lentulo, & postea etiam eum adiuvabat.

26 qui

diuvante, reliqui magiſtratus pene omnes fue-
runt defenſores ſalutis meæ, ex quibus excellen-
ti animo, virtute; auctoritate, præſidio, copiis, T,
Annius 26 & P. Sextius, præſtanti 27 in me be-
nevolentia, & divino ſtudio 28 extiterunt: eo-
demque P. Lentulo auctore 29. & pariter refe-
rente collega 30. frequentiſſimus ſenatus, uno
31 diſsẽtiẽte. nullo 32. intercedente, dignitatẽ
meã, quibus potuit, verbis ampliſſimis ornavit:
ſalutem 33 vobis, municipiis, coloniiſque om-
nibus commendavit. Ita me nudum 34 a pro-
pinquis, nulla cognatione munitum, conſu-
les, prætores, tribuni plebis, ſenatus, Italia cun-
cta ſemper a 35 vobis deprecata eſt, denique om-
nes, qui veſtris maximis beneficiis honoribus-
que ſunt ornati, producti ad vos ab eodem 36.
non ſolum ad 37 me conſervandũ vos cohorta-
ti ſunt, ſed etiam rerũ mearũ geſtarum aucto-
res, teſtes laudatoreſque fuerunt.

26 qui habet excellentem animum &c. 27 qui habue runt præſtantem &c. 28 favore. 29 & dum idem Lentu. lus hoc ſvaſit. 30 & dum eius etiam Collega in Senatu di_ xit de meo, reditu. 31 Attillio Gauiano. 32 dum nemo fu. it qui id nollet. 33 meam. 34 qui nullos habeo propinquos. 35 apud vos pro me. 36 Senatu. 37 ut ego a vobis con- ſervarer.

CAPUT. VII.

QUorum 1. princeps 2 ad cohortandos vos, & ad rogandos fuit Cn. Pompeius, vir õnium,

qui

1 Teſtium ac laudatorum meorum. 2. caput, dux.

3 bona

qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia ac gloria princeps: qui mihi unus uni privato amico eadem 3 omnia dedit, quæ 4 universæ reip salutem 5, otium, dignitatem; cuius oratio fuit, quemadmodum accepi 6. tripartita 7. Primum vos docuit 8, meis 9. consiliis rempublicam esse servatam, causamque meam cũ communi salute coniunxit, hortatusque est, ut auctoritatem senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis: tum in perorando 10 posuit 11 vos rogari a senatu, rogari ab equitibus Rom. rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum, verum etiam obsecravit 12 Huic ego homini 13 Quirites, tantũ debeo 14. quantum hominem homini debere vix fas est 15 Huius consilia, P. Lentuli sententiã, senatus auctoritatẽ vos secuti 16, in eo me loco 17. in quo vestris beneficiis fueram 18. iisdem centuriis, quibus collocaratis 16. reposuistis. Eodem tempore audistis, eodẽ ex loco, summos viros ornatissimos atque amplissimos homines, principes civitatis, omnes consulares, omnes prætorios 20. eadem

3 bona. 4 quæ ipse hactenus dedit reipublicæ. 5 nempe salutem &c. 6 audivi. 7 in tres partes divisa. 8 vobis dixit. 9 per mea. 10 cum finem faceret suæ Orationi. 11 dixit. 12 maximis & instantissimis precibus rogavit. 13 Pompeio. 14 obstrictus sum & obligatus. 15 quantum homo homini vix potest esse obstrictus. 16 dũ vos secuti estis consilia huius &c. 17 honoris 18 antea, hactenus, ante exilium. 19 iterum per Comitia Centuriata, a quibus ego factus eram Consul. 26 qui

o, eadem 21 dicere, ut omniũ testimonio per me unum rempublicam conservatam esse constaret 22. Itaque cum P. Servilius, gravissimus vir & ornatissimus civis, dixisset, opera mea 23 rempublicam incolumem 24 magistratibus deinceps traditam 25. dixerunt 26 in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatẽ, sed etiã testimoniũ L. Gellii, qui, quia suam, classem attentatã 27. magno cum suo periculo pene sensit, dixit in cõcione 28. vestra, si ego consul, cum fui, non fuissem, remp. funditus interituram fuisse.

20 qui fuerant Prætores. 21 ut ego restituerer, & quod per me conservata fuerit respublica. 22 certum esset. 23 per meam industriam. 24 salvam, conservatam. 25 fuisse. 26 idem dixerant. quam aggressi erant inimici, & quæ damnum fecerat. 28 conventu-

CAPUT. VIII.

EN ego tot testimoniis, Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiæ, tanto studio 1 bonorum omnium, agente 2 P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus 3. deprecante 4. Cn. Pompeio, omnibus hominibus, faventibus, Dijs denique immortalibus frugum ubertate 5. copia, utilitate, reditum

1 Favore. 2 dum causam meam egit P. Lentulus. 3 Consulibus, Proconsulibus, Prætoribus, Aedilibus, Senatoribus &c. 4 precante, intercedente. 5 per ubertatem & copiam.

6 meae

ditum meum comprobantibus, mihi, meis reipuclicæ restitutus, tantum 7 vobis, quan tum facere possum, Quirites, pollicebor. Pr mum 8. qua sanctissimi 9. homines pietate erg deos immortales esse solent, eadem, me erg populum Romanum semper fore, numenqu 10. vestrum æque mihi grave 11. & sanctun ac 12. deorum immortalium, in omni vita fu turum: deinde, quoniam me in civitatem re publ: ipsa deduxit, nullo me loco reipubl: de futurum 13. Quod si quis existimat, me 1 aut voluntate esse mutata, aut debilitata virtu te, aut animo fracto 15, vehementer errat. Mil quod potuit vis & iniuria, & sceleratorũ ho minum furor detrahere, eripuit, abstulit, diss pavit 16. quod viro forti adimi 17 non potes id manet & permanebit. Vidi ego fortissimu virum municipem 18 meũ, C. Mariũ, quonia nobis 19 quasi aliqua, 20 fatali 21 necessitate n solũ cum his, qui hæc 22 delere voluissent, se etiam

6 meæ familiæ. 7 tantam fidem & industriam. 8 pol liceor, me fore eadem pietate, qua solent &c. 9 pij, p bi- 10 imperium, auctoritatem, potestatem. 11 vener bile. 12 quam mihi est numen deorum. 13 fidem mea præstabo reipublicæ, quacunque occasione. 14 meum an- imum ergo remp. esse mutatum. 15 quod meus animus tri- stis sit & non ita fortis ut antea. 16 vis & iniuria sceler- torum hominum eripuit mihi illud, quod ea potuit erip- re. 17 eripi. 18 concivem, conterraneum. 19 mihi & Mario. 20 ex aliquo. 21 a fato constituta. 22 hanc rem- publicam.

tiã cũ fortuna 23 belligerandum fuit: eum 24 tamen vidi, cũ esset summa: 25 senecture non modo non infracto 26 animo propter magnitudinem calamitatis 27. sed confirmato 28 atque renovato. Quem egomet dicere audivi, tum 29 fuisse miserum, cum careret patria 30. quam obsidione liberavisset; cũ sua bona possideri ab inimicis. ac diripi audiret; cũ adolescentem filium, videret ejusdem socium calamitatis 32. cum in paludibus demersus 33. concursu 34. ac misericordia Minturnensium 35 corpus ac vitam suam conservasset: cũ parva 36 navicula trajectus 37 in Africã, quibus 38 regna ipse dederat, ad eos inops supplexque venisset: recuperata veró sua dignitate 39. se 40 nõ cõmissurum, ut 41 cum ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. Sed hoc inter me atque illum interest 42. quod ille 43. qua re plurimum potuit, ea ipsa re inimicos suos ultus est.

23 adversa. 24 Marium. 25 in summa. 26 utique fracto & debilitato. 27 exilij, quod perferebat. 28 erecto. 29 illo tempore. 30 cum esset ex patria ejectus a Sylla. 31 tamen patriam. 32 exilij. 33 latens in fuga sua. 34 per auxilium. 35 civium oppidi Minturnæ. 36 in parva. 37 vectus, navigans. 38 ad eos venisset, quibus. 36 postquam vero recuperaverat pristinam suam dignitatẽ redux ex exilio. 40 dixit, se non esse passurum. 41 ut non haberet &c. 42 discrimen est. 43 ea ipsa in re, nempe armis, vindictam sumsit ab inimicis suis, quod potuit facere.

44 ego

eſt, armis: ego, qua conſvevi, utar 44 quo-
niam illi arti 45 in bello ac ſeditione locus e[ſt]
huic 46 in pace atque otio. Quamquam ille 4[7]
animo irato 48 nihil niſi de inimicis ulciſcen-
dis agebat; ego de ipſis inimicis tantum, quan-
tum mihi reſp. permittet, cogitabo.

44 ego utar autem eà re, quà ſolitus ſum hactenus ut,
nempe, utar mea eloquentia. 45 militari. 46 eloquen[tia]
autem ſuum locum habet. 47 Marius. 48 cum animus ei
eſſet iratus.

CAPUT IX.

DEnique, Quirites, quoniam me quatuo[r]
omnino genera hominũ violarunt, unum
eorum, qui odio 2 reip. quod 3 eam ipſis inv[i-]
tis 4 conſervaram, mihi inimiciſſimi fuerun[t]
alterũ 5. qui per ſimulationem amicitiæ nefar[ie]
6 prodiderunt: tertium, qui 7. cum per 8 i[n-]
ertiam ſuam eadem 9 adſequi 10 non poſſen[t]
inviderunt laudi & dignitati meæ: quantun[m]
qui 11. cum cuſtodes reipubl. eſſe debuerun[t]
ſalutem meam, ſtatum civitatis, dignitatẽ ei[us]
imperii 12. quod erat penes ipſos, vendiderũ:
ſic ulciſcar facinorum 13 ſingula, quemadm[o-]
dum a quibusque ſum provocatus 14. malos c[i-]
ves,

1 Genus eorum hominum. 2 ex odio ſuo erga rem[p.]
3 quoniam. 4 contra ipſorum voluntatem. 5 genus eorum
eſt. 6 ſcelerate me prodiderunt. 7 inviderunt. 8 pr[o-]
pter. 9 ſimilem laudem & dignitatem. 10 impetrare. 1[1]
vendiderunt. 12 poteſtatis Conſularis, qua ſunt abuſi, cu[m]
eſſent corrupti a Clodiana factione. 13 horum ſceleru[m].
14 violatus

ves 15. rempubl. bene gerendo 16. perfiedos
micos nihil credendo, atque omnia cavendo;
nvidos,, virtuti & gloriæ serviendo; mer
atores 17. provinciarum revocando domum
8. atque ab iis provinciarum rationem repe-
endo 19. Quamqvam mihi maiori curæ est 20.
uemadmodum quidem vobis, qui de me estis
ptime meriti, gratiam referam, quam 21.
uemadmodum inimicorum iniurias crudeli-
atemque persequar 22. Etenim ulciscendæ
niuriæ facilior ratio 23. est, quam beneficii
emunerandi: propterea quod 24. superiorem
sse 25, contra improbos minus est nego-
ij 26, quam bonis exæquari; tum etiam ne 27
am necessarium qvidem est malemeritis 28.
uam 29. optime meritis, referre, quod de-
eas. Odium vel precibus mitigari potest, vel
emporibus 30. reip: communique utilitate
eponi, vel difficultate ulciscendi teneri 31
el vetustate 32. sedari: bene meritos quin 33

V colas

15 hoc modo ulciscar. 16 dum administrabo & generam:
7 Consules Pisonē & Gabinium, qui pacti sunt Provincias
ertas per meum exilium. 18 Romm. 19. poscendo.
o quam quam id potius posthinc curabo. 21. quam id 22.
lcisci & vindicare possim. 23 modus, occasio, via. 24.
uoniam. 25 victoriam obtinere. 26. res est minori ac
evioris laboris, minorem laborem requirit. 27. nec imo:
8 ijs, qui male meriti sunt de me, referre id, quod merue-
unt. 29 sed potius id necessarium est, ut, ij, qui bene de
he meruerunt, gratiam referam. 30 propter circumstātia
emporis in republica. 31. retineri. 32. per diuturnitatem
emporis.

colas 34. nec exorari fas est 35. nec id reip repetere utcunque necesse est, neque est 36 excusatio difficultatis, neque æqvum est tempore 37. & die memoriam beneficij definir 38. Postremo, qui in ulciscendo remissior 39 fuit, mox aperte laudatur: at 40 gravissim vituperatur, qui in tantis beneficijs, quant vos in me contulistis, remunerandis 41. e tardior: neque 42. solum ingratus, quod ipsum grave est, verum etiam impius appelletur ne cesse est. Atque in officio persolvendo dissimilis est ratio, & pecuniæ debitæ 43. proptere quod 44. pecuniam qui 45. retinet, non 4 dissolvit 47. qui reddidit, non habet: gratiam & qui retulit, habet: & qui habet, dissolvit.

33 ut non. 34 ames, honores. 35 neque necesse est quodammodo, id instanter petere, propter remp: 36 adest aliqua. 37 iuxta, ad tēpus& diem certū. 38 circūscribere, terminos ponere. 39 lenior, nō præceps. 40 ille autē. 41 in compēsatione tātorū beneficiorū. 42 & nō solū necesse est, ut appelletur ingratus. 43 est quædā differētia & dissimilitudo in persolutione officii & pecuniæ debitæ. 44 quoniā ille, qui. qui vero pecuniā. 46 pecuniam nō āplius. 47 ille vero, qui gratiā iam retulit, sēper servat animū gratū, & ille qui habet gratiā, iam dissolvit eam.

CAPUT. X.

QUapropter memoriam vestri beneficij colam 1. benevolentia, non solum dum 2. anima spirabo mea sed etiam cum mortuo 3. monumenta vestri in me beneficij permanebunt. In

1 Honorabo, venerabor, retinebo, cōservabo in sēpiterna &c. 2 quamdiu. 3 mihi mortuo.

In referenda autem gratia hoc vobis repromitto 4. ſemperque præſtabo, mihi 5. neque in cōſilijs de repub. capiendis diligentiam, neque in periculis à repub. repulſandis animum, neque in ſententia ſimpliciter 6. referendam fidem, neque in hominum 7. voluntatibus pro 8. republi. lædendis 9. libertatem, nec in perferendo labore induſtriam, nec in veſtris commodis augendis gratiam animi benevolenti m defuturam. Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo ſempiterna, ut 10. cum 11. vobis, qui apud me 12. deorum immortalium vim & numen 13. tenetis 14. tum 15 poſteris veſtris, cunctisque gentibus, digniſſimus ea civitate videar, quæ ſuam dignitatem non poſſe tenere 16. ſe, niſi me recuperaſſet 17. cunctis ſuffragijs 18. iudicavit.

4 rurſus promitto. 5 nec mihi defuturã eſſe diligentiã &c. 6 fideliter, ſine inſidiis aut caliditate. 7 malorũ, 8 ad utilitatẽ reip. 9 coercẽdis, prohibẽdis, puniendis. 10 videar. 11 tam. 12 in animo meo. 13 auctoritatẽ, imperiũ. 14 habetis 15 quam. 16 obtinere, tueri, poſſidere. 17 reſtituiſſet ex exilio, 18 cum conſenſu omnium.

SENTENTIÆ.

Civem bonum decet, fortunas ſuas pro reip. incolumitate, otio, concordiaq; demittere.

Homini nihil eſt magis optandum, quam proſpera, æquabilis perpetuaq; fortuna, ſecundo vitæ ſine ulla offenſione curſu. *Qui*

SENTENTIÆ.

Quid dulcius homini a natura datum est, quam sui cuique liberi?

Ipsa autem patria quid caritatis, quid voluptatis habet?

Bona valetudo iucundior est eis, qui è gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Bonis viris quod potest vis & iniuria & sceleratorum hominum furor detrahere, sæpius eripit, aufert, dissipat: quod viro forti adimi non potest, id manet & permanet.

Vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quam beneficii enumerandi; propterea, quod superiorem esse contra improbos, minus est negotii, quam bonis æquari: cum etiam ne tam necessarium quidem est male meritis, quam optime meritis, referre, quod debeas.

Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus reipublicæ communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri, & vetustate sedari.

Qui in ulciscendo remissior fuit, mox aperte laudatur: at gravissime vituperatur, qui in magnis beneficiis remunerandis est tardior? neque solum ingratus, quod ipsum grave est, verum etiam impius appelletur, necesse est.

ORATIO XI.

quæ est.

IN SENATU POST REDITUM.

Argumentum Orationis in Senatu post Reditum.

SImile argumentum fere hujus Orationis cum antecedente X. est. Uti enim illa ad populum, ita hæc in Senatu fuit habita; & eodem quidem tempore: scilicet Nonis Septembr. A.V.C DCXCVI.

Invehitur autem cumprimis in duos Consules, quorum a Clodio corruptorum, invidia exul erat factus; tum amicorum, ac nominatim Pompeii benificia extollit; & studium denique suum erga rempublicam liberalite pollicetur.

Invectiva igitur & eucharistica est hæc Oratio, & pertinet proinde ad genus demonstrativum.

ORATIO. XI.

Oratio Ciceronis.

POST REDITUM. IN SENATU.

CAPUT. I.

SI, PATRES CONSCRIPTI 1. pro vestris immortalibus in me, frãtremque meum, liberos-

1 Senatores congregati.

roſque noſtros meritis 2. parũ vobis cumulate 3 gratias egero, quæſo, obteſtorque. ne 4. meæ naturæ potius; quam magnitudini veſtrorum beneficiorum, id tribuendum putetis 5. Quæ enim tanta poteſt exiſtere 6. ubertas 7. ingenij quæ tanta dicendi copia, quod tam divinum, atque incredibile genus orationis, quo 8. quis quam poſſit veſtra in 9. nos univerſa promerita, non dicã cõplecti orando 10 ſed percenſere numerando 11? qui 12. mihi fratrem optatiſſimum; me fratri amantiſſimo, liberis noſtris parentes, nobis liberos: qui dignitatem, qui ordinem 13. qui fortunas 14. qui ampliſſimam rẽ publ: qui patriam, qua nihil poteſt eſſe iucundius, quid denique noſmet ipſos reddidiſtis Quod ſi parẽtes cariſſimos habere 15. debemus quod 16. ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas 17. tradita eſt: ſi 18. deos immortales, quorum 19 beneficio & hæc 20. tenuimu 21. & ceteris rebus aucti 22. ſumus: ſi populum Rom: cuius honoribus 23 in ampliſſimo cõſilio & altiſſimo gradu dignitatis atque in hac õni ter-

2 beneficiis. 3 nõ ſatis. 4 ne id. 5 velitis adſcribere. eſſe. 7 excellentia, præſtantia. 8 perquod. 9 erga me, fr trem & liberos. 10 ſatis declarare per orationẽ ſuam. 1 enumerare acurate. 12 vos reddiſtis. 14 poſſeſſiones me quas amiſeram. 15 cum primis amare. 16 quoniã. 17 i civitatis. 18 ſi carſſimos habere debemus deos &c. 19 p quorũ beneficium. 20 hæc omnia, quæ ego jam enarravi. 2 habuimus, poſſidemus. 22 ornati. 23 per cujus honores favorem.

terrarũ arce 24. collocati sumus: si hunc ipsũ ordinẽ 25. a quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati: immensum quiddam & infinitum est, quod vobis debeamus 26. qui vestro singulari studio 27. atque consensu, parentum beneficia 28. deorum immortalium munera 29. populi Romani honores, vestra de me multa iudicia 30, nobis omnia uno tempore reddidistis: ut, cum 31. multa vobis, magna populo Rom: innumerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debemus, quod 32 hæc antea singula per illos 33. habuerimus, nunc universa per vos recuperaverimus.

24 in hac urbe *Roma*, quæ caput est totius Orbis. 25 Senatoriũ. 26 ob quod sumus obstricti vobis. 27 per vestrũ favorẽ. 28 ea, quæ accepimus a nostris parentibus. 29 dona, beneficia. 30 sentẽtias honorificas. 31 debeamus. 32 quoniam. 33 parentes & deos.

CAPUT II.

ITaque P. C. quoque optandum quidem est homini 1. immortalitatem quandam per vos adepti 2, videmur. Quod enim tempus erit unquam, quo 3. vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama 4. moriatur, qui 5. illo ipso tempore, cum. vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non multo post discessum meum universi me revocavistis, referente 6. L. Mummio, fortissimo, atque optimo viro? quem 7. habuit

1 Quod homo ne audeat quidem optare. 2 impetravisse. 3 in quo. laus & gloria. 5 dum vos revocavistis. 6 dum L. Mummius protulit in Senatu, ut ego revocarer ex exilio.

7 qui

habuit ille pestifer annus & maxime fidelem, & minime timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ. Postquam vobis potestas decernendi 8 non est permissa per 9. eum. 10. tribunum pleb. qui cũ per se rempubl. lacerare 11. non posset, sub alieno scelere delevit 12. nunquã de me siluistis, nunquam meã salutem non 13. ab his consulibus, qui 14. vendiderũt, flagitavistis. Itaque vestro studio 15. atque autoritate perfectum est, ut ille ipse annus, quem ego mihi 16. quam patriæ, malueram, esse fatalem 17. hos. 18. tribunos haberet, qui promulgarent 19. de salute mea, & ad vos sæpenumero referent. Nam consules modesti, legũque metuentes 20. impediebantur lege 21 nõ ea 22. quæ 23. de me, sed ea 24. quæ de ipsis 25. lata erat, cum 26. meus inimicus promulgavit, ut 27. si revixissent ii 28 qui hæc 29. pene delerunt, tunc ego redirẽ; quo facto utrũque con-

7 qui Mummius fidelis fuit & me etiam defendisset, si id necesse fuisset, in tam pernicioso anno. 8 cõstituendi meĩ reditũ. 9 propter. 10 P. Clodium. 11 vexare, perdere. 12 ille tamen delevit eam, dum usus est aliorũ scelere in hac re. 13 semper. 14 qui acceperant à Clodio pecuniam, ut impedirent meum reditum. 15 per vestram industriã & benevolentiã. 16 potius. 17 periculosum, exitiosum. 18 tales. 19 legem darent. 20 qui observare solebãt leges. 21 per legem. 22 nõ qvidem per eam legem. 23 lata & data erat de me. 24 sed impediebantur per eam legem. 25 Cõsulibus. 26 quando, dum. 27 ut ego tunc redirem Romam. 28 Catilina & ejus socii. 29 hanc urbem & remp.

30 meus

ofeſſus eſt 30. & 31. ſe illorum 32. vitam deſi-
erare, & magno in periculo rempubl. futurã,
aut hoſtes atque interfectores reipubl. revixiſ-
ent, aut ego non revertiſſem. Itaque illo ipſo
nno, cũ ego ceſſiſſem 33, princeps 34. autem
ivitatis,non legum præſidio,ſed parietum 35,
itã ſuã tueretur, reſpubl. ſine conſulibus eſſet,
eque ſolum parentibus, 36. perpetuis, verum
tiam tutoribus annuis 37. eſſet orbata: ſenten-
ias dicere prohiberemini, caput 38. meæ pro-
ſcriptionis recitaretur: nunquã dubitaſtis 39.
neã ſalutẽ cũ communi ſalute coniugere. Po-
ſtea vero quam ſingulari,& præſtantiſſima vir-
ute 40 P. Lentuli conſulis,ex ſuperioris anni
caligine, & tenebris lucẽ in rẽpubl. Kalendis
Ianuariis 41. reſpicere cœpiſtis: Q. Metelli, no-
biliſſimi hominis atque optimi viri, ſumma di-
gnitas,cum prætorũ,& tribunorũ plebis pene
omniũ virtus & fides, reip. ſubveniſſet 42 cũ
43. virtute, gloria, rebus geſtis Cn. Põpejus,
omnium gentium, omnium ſæculorum, omnis
memoriæ facile princeps 44. tuto ſe 45. in ſe-
natum

30 meus inimicus. 31 tam. 32 Catilinariorum. 33 iviſſẽ in exilium 34 Põpeius. 35 nõ per præſidiũ legum, ſed per præſidiũ domus ſuæ. 36 iis viris,qui tanqum patres patriæ erant. 37 Cõſulibꝰ,qui tuentur patriã quotannis. 38 lex. 39 veriti eſtis. 40 per virtutem & fortitudinẽ. 41 quo tempore novi Conſules eligebantur. 42 in auxiliũ veniſſet 43 cum Pompeius arbitraretur. 44 qui Põpeius princeps & ſupremꝰ civis eſt in toto orbe, & qui talis etiã erit apud poſteros,propter virtutẽ ſuã gloriãq; & res fortiter geſtas. 45 ſe poſſe.

natum venire arbitraretur: tantus vester consensus de salute 46 mea fuit, ut, licet corpus, atesset meũ, dignitas 47. iam in patriã revertisse

46 restitutione & revocatione. 47 tamen mea dignita

CAPUT III.

QUo quidem mense, quid inter me & meos inimicos interesset 1. existimare potuistis. Ego meam salutem deserui 2. ne propter me civium vulneribus 3 respubl. cruentaretur illi 4 meum reditum non populi Roman. suffragijs sed flumine sangvinis intercludendũ 6 putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil socijs, nihil regibus respondistis: nihil iudices sẽtentijs, nihil Populus suffragiis, nihil hic ord 7. auctoritate declaravit 8. mutum forum, elingvem 9 curiam, tacitam & fractam 10. civitat videbatis. Quo quidẽ tẽpore, cum is 11. excessisset, qui cædi & flamæ vobis auctoribus 12 restiterat? cum 13 ferro & facibus homine tota urbe volitantes 14. Magistratuũ 15. tect 16 oppugnata, deorũ templa inflammata, sũm viri

1 Quantum discrimen esset. 2 in exilium ivi. 3 per vulnera&civilem discordiam. 4 inimici mei. 5 per suffragia& sentẽtias. 6 impediendũ esse, impediri oportere. 7 Senatorius. 8 cõstituere potuit. 9 mutam & tacitam in qua omni solebant. 10 lugentem, miseram. 11 ego Cicero. 12 per vestram auctoritatem, quoniã vos ita iubeatis. 13 quando d vidistis homines volitantes &c. 14 discurrentes passim i tota urbe. 15 Cõsulum & Senatorũ. 16 domos.

17. in-

ri & clarissimi consulis fasces 17.fractos, for-ssimi atque optimi viri tribuni pl. Sanctissi-ũ corpus non solum tactum ac violatũ manu, d vulneratum ferro, confectumque 18. vidi-is. Qua strage 19. nonnulli permoti magi-ratus, partim metu mortis, partim desperatio-e 20. reipubl. paululũ2 a mea causa 22.reces-runt. Reliqui fuerunt, quos neque terror, eque vis, nec spes, nec metus, nec promissa, ec minime, nec tela, nec faces a vestra aucto-tate: a populi Romani dignitate, a mea sa-ite depellerent, Princeps P. Lentulus, pa-ens ac deus 22. nostræ 23. vitæ, fortunæ, me-oriæ, nominis, hoc specimen virtutis, hoc dicium animi 24. hoc lumen 25. consulatus ui fore putavit, si me mihi, si meis, si vobis, reip. reddidisset. Qui ut 26. est designatus, unquam dubitavit sententiam de salute mea, & republ. dignam 27. dicere. Cum a tri-uno pl. vetaretur, cum præclarum 28. caput 9. recitaretur, ne quis ad vos 30. referret, ne uis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne

17 insignia, quæ cõsulibus solebant præferri. 18 læsum. 9 per hujus tribuni cædem. 20 quoniam desperabant de onservatione reipublicæ. 21 a reditu meo procurando. 2 conservator. 23 meæ. 24 benevolentiæ suæ erga me. 5 pulcherrimam rem, summam laudem & ornamentũ con-ulatus sui. 26 postquam, quamprimum designatus fuit Cõ-ul. 27 quæ ipsum & rempublicam decuit. 28 Ironia. 29 ex. 30 Senatores.

31. qui

ne pedibus iret 31. ne scribendo 32 adesset totā illā causā. ut ante dixi, proscriptionē 33 non legē putavit 34. quæ 35. civis optime d rep. meritus nominatim sine iudicio 36. un cum senatu, reip. esset ereptus. Ut 37. ver iniit magistratum, non dicam quid egerit pri us 38. sed quid omnino egit aliud nisi, ut, m 39 conservato, vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret 40?

31 qui alicujus sententiam approbant, illi dicebantu pedibus in eam ire quoniam e sua sede surgebant & acc debant huic, qui primus sententiā dixerat. 32 ne quis scr bere aliquid vellet de mea salute. 33 indicium severissim exilii. 34 esse. 35 per quam tribuni legem. 36 sine con sensu ceterorū. 37 postquam vero Lentulus factus est Con sul. 38 cūprimis, ante alia omnia. 39 per cōservationē me 40 confirmaret.

CAPUT IV.

DIi immortales, quantum mihi beneficiun dedisse videmini, quod hoc anno P Lentulu consul fuit? quanto maius dedissetis, si 1, supe riore anno fuisset? nec enim eguissem medicin consulari 2, nisi consulari vulnere con cidissē Audierā ex sapientissimo homine atqu optimo cive & viro, Q. Catulo, non sæpe unum consulem improbum, duos 4 vero nu quam, excepto illo Cinanno 5 tempore fuisse Quare meam causam semper fore firmissiman dice-

1 Si Lentulus Consul fuisset. 2 nō enim necesse fuisset ut ego restituerer a Consule, nisi alius Consul me eiecisset 3 raro. 4 consules improbos. 5 præterquam illo tempore, quo Cinna fuit consul.

cere solebat. dum vel 6. unus in rep:
et cōsul. Quod vere dixerat 7. si illud de duo-
is consulibus, quod ante in republ. non fuerat,
renne 8. ac propriū manere potuisset 9. Quod
Q. Metellus illo tēpore consul fuisset unicus,
bitatis, quo animo fuerit in me conservando
turus 10. cum in 11. restituendo auctorē fuis-
, [illegible]scriptoremque 12. videatis? sed fuerunt
io consules 13. quorum mentes angustæ 14.
imiles; pravæ, oppletæ tenebris ac sordibus
men ipsum consulatus, splendorem illius ho-
ris, magnitudinem tanti imperii nec intueri
c sustinere 15. nec capere 16. potuerūt: nō cō-
les, sed mercatores provinciarum, ac vendito-
s vestræ dignitatis, quorum alter a me 17. Ca-
inam amatorem suum, multis 18 audientibus-
er Cethegum, cōsobrinum suum, reposcebat:
ii me duo sceleratissimi post hominū memo-
am non consules, sed latrones, non modo de-
ruerunt, in causa prætertim publica & cōsu-
ri 19 sed prodiderūt, oppugnarunt, omni au-
ilio non solū suo, sed etiam vestro, ceterorum
que

6 etiāsi, dūmodo tantū unus Cōsul. 7 dixisset. 8 perpe-
ū. 9 si hoc semper ita māsisset. 10 qualē ille animū habi-
rus fuerit erga me. 11 ut ego restituerer. 12 adhortato-
m. 13 Piso & Gabinus. 14 nō altæ. 15 administrare. 16
c honor ultra vires ipsorū fuit. 17 qui interfeceram Ca-
linam. 18 dū multi ejus sermonem audierunt. 19 quam
usam ego, tanquam Consul, perficere iussus sum.

20 me

que ordinum, ſpoliatum eſſe voluerũt 20. qu
rum alter 21. tamen, neque me, neque quemq
fefellit 22.

20 me privarunt. 21 vnus. 22 ergo & alii detexeru
ejus nequitiam.

CAPUT V.

QUis enim ullam ullius boni ſpem haberet eo, cuius primum tempus ætatis palam fu ſet ad omnes libidines divulgatũ? qui ne a ſa ctiſſima quidem parte corporis potuiſſet hom num impuram intemperantiam 2. propulſare qui cum ſuam rem 4. non minus ſtrenue, qua poſtea publicam confeciſſet 5. egeſtatẽ & lux riam domeſtico lenocinio 6. ſuſtentavit; qui n in aram tribunatus confugiſſet 7. neque vĩ pr toris, nec multitudinem creditorum, nec bon rum proſcriptionẽ 8. effugere potuiſſet; qui magiſtratu niſi rogationẽ 9. de piratico bello t liſſet, profecto & egeſtate & improbitate coact piraticam ipſe feciſſet: ac minore quidem cu reipubl. detrimento, quam quod intra moen nefarius hoſtis prædoque verſatus eſt 10. qu inſpectante ac ſedente 11. legem tribunis pl bis tulit, ne auſpicijs 12. obtemperaretur ne

1 Inſtitutum, impenſum. 2 libidinem. 3 prohibere, a gere. 4 bona, facultatem. 5 abliguriviſſet, prodegiſſet. 6 p lenocinium, quod in domo ſua habebat. 7 niſi ille factus ſet tribunus plebis, & adeo per hoc officium conſervaſ ſuam ſalutem. 8 venditionem publicam, ſubhaſtationem legem. 10 hoc conſul fuit & vixit. 11 ipſe vidit & præſe fuit, cum tribunus plebis legem ferret. 12 obſervationi indicio avium ſive auſpiciorum.

obnunciare 13 cõsilio, aut comitijs 14. ne legi intercedere 15. liceret: ut lex Aelia & Fusia ne valerẽt: quæ 16 nostri majores certissima subsidia reipubl. contra tribunitios 17 furores esse voluerunt. Idemq; 18 postea, cum innumerabilis multitudo bonorum 19 de Capitolio supplex & eum sordida 20 venisset, cumq́ adolescentes nobilissimi, cunctiq́ equites Rom. se ad lenonis impurissimi pedes abjecissent: quo vultu cincinnatus 21. ganeo 22. non solum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit? neque contentus fuit, sed etiam in concionem descendit: eaque 23. dixit, quæ, si eius vir Catilina revixisset dicere non esset ausus 24. se nonarum Decembr. quæ, me consule, fuissent, clivique Capitolini pœnas ab equitibus Rom: esse repetiturũ 25. neque solũ id dixit, sed quas ei commodum fuit 26. compellavit: *L.* vero Lamiam, equitem R. præstanti dignitate hominem, & saluti meæ pro familiaritate reip: pro fortuuis suis, amicissimum, consul imperio

13 impedire & interpellare consilia sua. 14 conventibus populi 15 legem repudiare, rejicere. 16 tum tamen hæc omnia. 17 tribunorum plebis. 18 Consul. 19 honestorum civium. 20 induta sordidis vestibus. 21 cuius crines sunt eleganter intorti. 22 hospes & leno meretricũ. 23 & tam turpia verba. 24 qualia neque Catilina aussus esset dicere, a quo pro fæmina fuit amatus. 25 dixit, se velle punire Equites Romanos, quoniam in clivo seu monte Capitolino fuissent, cum ego Cõsul in die nonarum Decembris Catilinam ejecissem. 26 eos cõpellavit, quos cõpellare ei placuit.

27. ve-

imperiosus exire urbe iussit, & cum vos vestem mutandam 27. censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni iam ante fecissent: ille ungventis oblitus 28. cum toga prætexta 29. quam omnes prætores, ædilesque tum 30 abiecerant, irrisit sqvalorē 31. vestrum, & luctum gravissimæ civitatis: fecitque, quod nemo unquam 32 tyrannus, ut qui minus 33 occulte vestrum malum gemeretis nihil diceret ne aperte incommodo patriæ lugeretis, ediceret 34 Cum vero in Circo Flaminio, non a tribuno Plebis consul in concionem, sed a latrone, archipirata productus esset primum processit, qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, cōposito 35. capillo, gravibus oculis, fluentibus 36. buccis, pressa voce, & temulenta: quod 37. in cives indemnatos esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor 38. vehemētissime displicere.

27 vestē sordidam indui oportere. 28 unctus. 29 quæ erat toga honoris. 30 illo tempore. 31 sordidum & lugubrem vestitum. 32 fecit. 33 ne forte. 34 expressis verbis iuberet 35 muliebriter ornato. 36 madidis, spumantibus. 37 quoniam cives puniti essent indemnati. 38 Ironia.

CAPUT VI

UBi nobis hæc auctoritas tādiu tāta 1. latuit? cur in lustris 2. & helluationibus 3. hujus calamistrati 4. saltatoris tā eximia virtus tādiu ces-

1 Ironia. 2 lupanaribus, societate meretricum. 3 commessationibus, conviviis turpibus. 4 nitidi, cinnati.

5. latuit

essavit 5? nam alter Cesonius Calventius, ab dolescentia versatus est in foro, cum eum, præter simulatam versutamq́ 6 tristitiam, nulla res commendaret: non consulis studium 7, non 8 discendi initia rei militaris, non cognoscendorũ hominum, non liberalitas; quem præteriens cum 9 incultum, horridum mœstumque vidisses, etiamsi agrestem & inhumanum existimares 10, tamen libidinosum, & perditum 11 non dubitares. Cum hoc homine, an cum stipite Aethiope, si in foro constitisses, nihil crederes interesse 12, sine sensu, sine sapore 13 elingvem 14, tardum, inhumanum, neglectum 15, Capadocem modo abreptum de grege venalium 16 diceres. Idem domi quam 17 libidinosus? quàm impurus? quam intemperans, non jãuã recepti, sed pseudothyro intromissis voluptatibus 18? cum vero etiam literas studere incipit, & helluo 19 immanis cum Græculis philosophari, tum est Epicureus, non penitus illi 20 disciplinæ, quæcunque est, deditus, sed captus 21 uno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptis, qui dies totos de officio 22, ac de vir-

5 latuit. 6 callidam. 7 favor. 8 non initia. 9 si. 10 existimasses, esse credidisses. 11 luxuriosum esse. 12 nullam differentiã esse. 13 homine nulla ratione nec sapientiã præditum. 14 qui nec tria verba apte proferre potest. 15 abjectum, humilem. 16 servorum. 17 fuit. 18 dum voluptates non recepit solum apud se per ianuam domus suæ; sed per ianuam occultam intromisit. 19 cupidus discendi videri vult. 20 Epicureæ Philosophiæ: 21 delectari solet. 22 de eo; quod homo facere debet.

tunc differunt: qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda 23 adhortantur: sed eos, qui disputant 24, horam nullam vacuam 25 voluptate esse debere: in omni 26 parte corporis semper oportere aliquod gaudium, delectationemq; versari 27. His 28 utitur quasi praefectis 29 libidinum suarum: hi voluptates omnes vestigant 30, atq; odorantur 31, hi sunt conditores 32 instuctoresq; convivii: iidem expendunt atq; aestimant voluptates sententiamq; dicunt, & judicant, quantum cuiq; libidini tribuendum esse videatur. Horum ille 33 artibus eruditus, ita contemsit hanc prudentissimam civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum 34 in forum detulisset.

23 perferenda. 24 dicunt. 24 liberam. 26 qualibet. 27 est debere. 28 doctoribus & philosophis. 29 magistris & directoribus. 30 exquirunt. 31 velut canes venatici. 32 auctores. 33 Piso Consul. 33 acerbum.

CAPVT VII.

IS non me (nunquam equidem non cognoram eum, propter Pisonum affinitatem, quam longe hunc 1 ab hoc genere cognatio materna Transalpini sangvinis 2 abstulisset) sed vos, populumq; Rom. nō consilio, neque eloquentia, quod in multis saepe accidit, sed rugis 3 supercilioq decepit. L. Piso, tunc ausus es isto oculo, non dicam, isto animo; ista fronte 4, non vita

tanto

1 Consulem. 2 quae eius mater ortū ducebat ex regione Transalpina. 3 per rugas suas, vultūq; acerbū & superbum.

anto supercilio 5, nō enim possum dicere, tantis gestis, cum A, Gabinio cōsociare cōsilia pestis 6 neæ? non te illius ungventorum odor, non vis 7 anhelitus, nō frōs calamistri notata vestigiis 8 in eam cogitationē adducebat, ut, cū illius 9 re 10 similis fuisses, frontis tibi integumēto ad occultāda tāta flagitia diutius uti non liceret? cū hoc coire 11 ausus es, ut consularem dignitatē, ut reip. statū, ut senatus auctoritatē, ut civis optime meriti fortunas provinciarū fœdere 12 addiceres 13; te 14 consule, tuis edictis & imperiis, senatui populoq́; Romano non est licitū, nō modo sententiis, neq́; auctoritate sua, sed ne luctu 15 quidē, ac vestitu reip. subvenire 16. Capuæne 17 te putabas, in qua urbe domiciliū quondā superbiæ fuit, consulē esse, sicut eras eo tempore, an Romæ 18, in qua civitate omnes āte vos cōsules senatui paruerunt 19? tu es ausus, in Circo Flaminio productus cum tuo illo pari 20 dicere, te semper misericordē fuisse? quo verbo senatū, atq́; omnes bonos tum, cū a patria pestē 21 expellerent, crudeles demonstratas fuisse. Tu miseri-

4 vultu. 5 superbia. 6 exitii, exilii. 7 odor insvavis ac teter. 8 in qua fronte apparebant vestigia capilli, qui intorti erat per calamistrum. 9 Gabinii. 10 in ipsa re. 11 consilia conferre & consociare. 12 per fœdus initum cum provinciis. 13 tibi attribueres. 14 per te Consulem. 15 per luctum 16 auxilium ferre. 17 an putabas, te Consulem esse Capuæ. 18 an putabas, te esse Consulem Romæ. 19 obediverunt. 20 cum Gabinio, qui tibi similis ac par est. 21 Catilinam.

ſericors me affinem tuū, quem 22 comitiis prærogativæ primum cuſtodem præfeceras 23, quē Kalendis Ian. tertio loco ſententiam 24 rogaras, conſtrictum 25 inimicis reip. tradidiſti: tu meū generum, propinquum tuum: tu affinem tuam, meam filiam, ſuperbiſſimis & crudeliſſimis verbis a genibus tuis repuliſti: idéq; tu clementia, ac miſericordia ſingulari 26, cum ego una cū rep. non tribunitio, ſed conſulari ictu 27 concidiſſē: tanto ſcelere, tātaq; intemperantia 28 fuiſti, ut ne unam quidem horam intereſſe paterere inter meam peſtem 29, & tuam prædam, ſaltem dum 30 conticeſceret illa lamentatio, & gemitus urbis. Nondum palam factum erat, concidiſſe rempub. cum tibi arbitria funeris ſolvebantur 31, uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat: bona 32 ad vicinum conſulem de Palatio: de Tuſculano ad item vicinum alterum conſulem deferebantur: cum iiſdem operis 33 ſuffragium ferentibus, eodem gladiatore latore 34, vacuo nō modo a bonis (ſed etiam a liberis) atque

22 quem in. 23 qui conſtitueres me præfectum & cuſtodem prærogativæ centuriœ in comitiis, quæ prima ſentētiam ſuam dicebat. 24 de ſententia ſua. 25 vinctum. 26 Ironia. 27 non ex iuſſu tribuni plebis, ſed Conſulis in exilium eſſem pulſus. 28 tam crudelis fuiſti. 29 exitium. 30 quamdiu. 31 cum tu acciperes licentiam me tractare pro tuo arbitrio, & me tanquam civiliter mortuum, ejicere ex republ. 32 meæ facultates. 33 adjutoribus. 34 qui legem ferebat de meo exilio.

atque inani foro 35, ignaro 36 populo Romano quid ageretur, ſenatu vero oppreſſo 37, & afflicto, duobus impiis, nefariisque conſulibus ærariũ, provinciæ, legiones, imperia donabantur. Horũ conſulum ruinas vos conſules veſtra virtute fulſiſtis 38, ſumma tribunorum plebis prætorumque fide 39, & diligentia ſublevaſtis 40.

35 cum vacuum & inane forum eſſet. 36 populus autem ignoraret. 37 cum Senatus oppreſſus. 38 fuffulciviſtis, confirmaſtis. 39 per fidem ſummam. 40 iterum ſuſtuliſtis & removiſtis.

CAPVT VIII.

QVid ego de præſtantiſſimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive ſatis digne unquam loquetur? qui cum videret, ſceleratũ civem, aut domeſti cum potius hoſtem, ſi legibus uti liceret, iudicio 1 eſſe frangendum 2: ſin 3 ipſa iudicia vis impediret ac tolleret, audaciã virtute, furorem fortitudine, temeritatem conſilio, manum manu, vim vi 4 eſſe ſuperandam: primo de vi poſtulavit 5, poſteaquam ab eodem 6 judicia ſublata eſſe vidit; ne ille omnia vi poſſet efficere curavit: qui docuit 7, neque tecta, neque templa, neque forum, neque curiam, ſine ſumma virtute, ac maximis opibus & copiis ab inteſtino latrocinio poſſe defendi: qui primus, poſt meum diſceſſum, metum a bonis, timorem huic ordini 8, ſervitutem depulit civitati 9. quam

1 per judicium publicum. 2 coercendum, 3 quod ſi vero. 4 quam Piſo uſurpaverat. 5 ut ſententia diceretur. 6 Piſone 7 demonſtravit. 8 Senatorio.

9. a civi

Quam rationem 10 pari virtute, animo, fide P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra au- ctoritate, pro statu civitatis nullas sibi inimici- tias, nullam vim, nullos impetus, nullum vit: discrimen 11. vitandum unquam putavit; qu causam senatus, exagitatam 12. concionibus 1 improborum, sic sua diligentia multitudini 1. commendavit, ut nihil tam populare 15. quar vestrum nomen, nihil tam omnibus 16 carui aliquando, quam vestra auctoritas videretur qui me, cum omnibus rebus, quibus tribunu pl. potuit 17. defendit, tum 18. reliquis off- cijs, iuxta ac 19. si meus frater esset, sustenta- vit: cuius, ego clientibus 20. liberis, famili: copijs litteris ita sūm sustentatus, ut meæ ca- lamitatis non adiutor solum, verum etiam so- cius videretur.

9 a civitate. 10 modum, viam. 11 periculum. 12 vexa & afflictam. 13 per sermones. 14 populo. 15 populo gra esset. 16 in omnibus. 17 me defendere. 18 porro etiam. non aliter, ac. 20 per clientes.

CAPUT. IX.

IAm ceterorū officia, studiaque 1. vidistis: qu cupidus mei C. Sestilius, quā stidiolus 2 ve- stri, quā non varius 3. fuerit in 4. causa. Qui 5 Mosopius? qui ego ipsi parēti 6 fratrique eiu sentio quātū debeā: qui, cū a me volūtas 7 eoi 8. in privato iudicio esset offensa, publici- mi be-

1 Favorem erga me. 2 amans. 3 semper constans. 4 mea. 5 fecit pro me. 6 qui tanquam parens est meæ salut. 7 benevolentia. 8 Mosopii & ejus fratris.

beneficij memoria 9. privatam offenſionẽ obliteraverant 10. Iã T. Fadius, qui mihi quæſtor fuit, M. Curtius, cuius ego patri quæſtor fui, ſtudio, amore, animo huic neceſſitudini nõ defuerunt 11. Multa de me C. Meſſinus, & amicitiæ & reip. cauſa 12. dixit: legem ſeparatim initio de ſalute mea promulgavit: Q. Fabricius, ſi 13 quæ de me agere conatus eſt, ea contra vim & ferrum 14. perficere potuiſſet, menſe Ianuario noſtrũ 15 ſtatũ recuperaſſemus, quẽ ad 16. ſalutẽ meã voluntas 17 impulit, vis retardavit 18. auctoritas veſtra revocavit. Iam vero prætores quo animo in me 19. fuerint, vos exiſtimare potuiſtis, cum L. Cæcilius privatim me ſuis omnibus copijs 20 ſtuduerit ſuſtentare, publice promulgarit 21. de ſalute mea cũ collegis pene omnibus, direptoribus autẽ meorũ bonorũ 22. in jus adeundi poteſtatẽ non feceritis 23. M. autem Calidus. ſtatim deſignatus 24. ſentẽtia ſua 25. quã eſſet cara ſibi mea ſalus, declaravit. Omnia officia C. Septimi, Q. Valerij, P. Craſſi, Sex. Quintilij C. Cornuti, sũma 26. & in me, & in rẽpubl. cõſtiterũt 27 Quæ cum libenter commemoro, tum non in-

9 per memoriam. 10 deleverunt. 11 præſtiterunt mihi ſuam amicitiam. 12 propter amicitiam ſuam erga me. 13 ſi is ea, quæ. 14 hoſtium meorum. 15 priſtinum meum. 16 ad conſervandam. 17 benevolentia. 18 impedivit. 19 quam faventes & benevoli erga me. 20 facultatibus. 21 legem dederit. 22 facultatem. 23 dederit. 24 Conſul. 25 per ſuam. 26 præclara & eximia. 27 fuerunt.

invitus nonnullorum in me nefarie cõmissa 2 prætereo. Non est mei tẽporis 29 iniurias meminisse: quas ego etiam si ulcisci possem, tam obliviscì mallem. Alio transferenda mea tota vita est, ut bene de me meritis 31 referam gratiã: cũ apertis hostibus bellũ gerã: timidis amicis ignoscam: proditoribus meis non indicem dolorem profectionis 32. meæ: defensores reditus dignitate 33. consoler.

28 ea lubens prætereo, quæ alii inimici contra me fecerũt. 29 nec tempus hoc nec mea consuetudo requirit. 30 ad longe alias res. 31 ut his qui bene meriti sunt de me. 32 exilii. 33 per dignitatem reditus mei.

CAPUT. X.

QUod si mihi nullum aliud esset officium in omni vita reliquũ, nisi ut erga duces 1 ipsos & principes, atque auctores salutis meæ satis gratus iudicarer, tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modo ad referendam, verum etiã ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini 2. ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent? quæ memoriæ, quæ vis ingenij, quæ magnitudo observantiæ 2. tot, tantisquè beneficijs respondere 4. poterit? qui mihi primus afflicto & iacenti 5. consularem, fidem dexteramque porrexit: qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit 6 qui

1 Auctores primos. 2 Pompeio vel Lentulo. 3 cultus & officij. 4 gratias exhibere par esse. 5 pulso in exiliũ. 6 reduxit.

7. &

qui tanto amore in me, ſtudio 7. in remp. fuit,
ut excogitaret, quẽadmodũ calamitatẽ meam
non modo levaret, ſed etiam honeſtaret 8. Quid
enim magnificentius, quid præclarius mihi ac-
cidere potuit, quã quod, illo petente 9 vos de-
creviſtis, ut cũcti ex omnibus 10 Italia, qui rẽp:
ſalvã vellent, ad me unũ, hominẽ fractum 11.
& prope diſſipatum 12 reſtituendum, & defen-
dendũ venirent 13? ut 14 qua voce a te 15 Ro-
mule, poſt Romam conditam, conſul uſus eſſet
pro univerſa rep. apud eos ſolũ, qui ejus vocẽ
exaudire poſſent: eadem voce ſenatus omnibus
agris 16. vicis atque oppidis cives totãque Ita-
liam, ad unius ſalutem defendendam excitaret.
Quid ego glorioſius meis poſteris potui relin-
quere, quã hoc 17 ſenatũ judicaſſe, qui civis
me non defendiſſet, eũ rempubl. ſalvã noluiſſe
18? Itaque tantum veſtra auctoritas, tantum
eximia conſulis dignitas valuit 19. ut omne
20 is flagitium ſe committere putaret, ſi quis
non veniret 21. Idemque conſul, cum illa
incredibilis multitudo Romam, & pene Italia
ipſa veniſſet, vos 22. frequentiſſimos 23. in
Capi-

7 & amore tanto erga remp. 8 ornare poſſet. 9 ad eius ro-
gatum & preces. 10 tota. 11 afflictum. 12 ad incitas & miſe-
riam redactum. 13 convenire deberent. 14 ut Senatus eadẽ
voce, qua uſus eſſet &c. 15 poſt te. 16 in pagis. 17 quam id,
quod judicaverit Senatus. 18 eum deſiderare exitiũ reip. 19
efficere potuit. 20 turpiſſimũ. 21 ad meũ auxiliũ. 22 Senatores.
23 in

Capitolium convocavit: quo tempore quantam vim naturæ bonitas haberet, aut vera nobilitas intelligere potuistis. Nam Q. Metellus, & inimicus, & frater inimici, perfecta vestra voluntate 24., omnia privata odia deposuit: quem 25. P. Servilius, vir cum clarissimus, tum vero optimus, mihique amicissimus, & auctoritatis & orationis suæ divina quadã gravitate 26. ad sui generis 27. cõmunisque sãgvinis facta 28. virtutesque revocavit 29. ut haberet in consilio & fratrem ab inferis 30. socium rerũ mearũ, & omnes Metellos præstantissimos cives, pene ex Acheronte 31. excitatos: in quibus Numidicum illum, cuius quondam de patria discessus, honestus ipsi 32. omnibus luctuosus tandem visus est. Itaque fuit is non modo salutis defensor, qui ante hoc unum beneficiũ fuerat inimicus, verum etiam adscriptor 33. dignitatis meæ.

23 in maximo numero. 24 cũ perspexisset & intellexisset voluntatem vestram. 25 Metellum. 26 per gravitatem. 27 familia. 28 laudabiliter gesta. 29 ut Metellus ita laudabiliter ageret in hac causa, ac majores eius illas fecissent. 30 mortuum. 31 ex mortuis. 32 Metello Numidico. 33 adjutor & auctor.

CAPUT. XI.

QUo quidem die cũ CCCCX. senatores essetis 1. magistratusque omnes adessent. dissensit unus 2. is, qui sua lege 3. coniugatos 4. etiam ab inferis excitãdos putarat. Atque illo die qui rem-

1 Cõvenissetis 2 P. Clodius. 3 per suã legẽ. 4 Catilinæ socii.

empubl. meis consiliis conservatam gravissimis verbis ex plurimis 5 judicassetis, idem consul curavit, ut eadem principibus 6 civitatis in con‑ tione 7 postero die dicerentur: cum 8 quidem ipse egit ornatissime causam meam, perfecitque, adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cujusquam conducti 9 aut perditi vocem acerbam atque inimicam bonis 10, posset audire. Ad hæc non modo adjumenta salutis, sed etiã ornamenta dignitatis meæ, reliqua 10 vos iisdem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione 12 rẽ 13 impediret: qui 14 id impedisset, graviter molesteque laturos 15: illum 16 contra remp. salutemque bonorum, concordiamque civiũ facturum: & ut ad vos ea 17 statim referrentur: meq́ etiãsi diutius calumniarentur, redire jussistis. Quid? ut agerentur gratiæ, qui 18 e municipiis venissent? quid? ut ad illam diem. & cum sedissent, rogarentur, ut pari studio convenirent? Quid denique illo die 19. quem P. Lentulus mihi, fratrique meo, liberisque nostris natalem 20 constituit, non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni memoriam temporis? quo die nos comitiis centuriatis,

21 quæ

5 prolixis. 6 præcipuis civibus. 7 conventu populi. 8 quo tempore. 9 corrupti per pecuniam meorum inimicorum, quæ vox inimica esset bonis viris. 11 id quod adhuc reliquum erat. 12 modo. 13 meum reditum. 14 cum qui. 15 vos esse id ægre laturos. 16 qui id impedire vellet. 17 impedimenta inimicorum. 18 his, qui. 19 factum est. 20 velut alterum diem natalem.

21 quæ maxime maiores iusta dici haberiq voluerunt, arcessivit 22 in patriam: ut cæd centuriæ, quæ me consulem fecerant, consu tum meum comprobarent 23 Quo die quis vis fuit, qui fas esse putaret, quacunque aut æ te, aut valetudine esset 24. non se de salute m sententiam ferre? quando tantam frequenti 25 in campo, tantum splendorem Italiæ totiu ordinumque omnium: quando illa dignitate rogatores 27. distributores 28. custodesque vic sti-? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti, a que divino, non solum reducti sumus in p triam, sicut 29 nõnulli clarissimi viri, sed equ insignibus, aut curru aurato 30 reportati.

21 cum omnes centuriæ populi Rom. convenissent. 22 duxit. 23 laudarent & confirmarent. 24 pueri, viri, puell fæminæ, juvenes, senes, ægri & sani. 25 multitudinem. tam præclaros & nobiles. 27 latores legis pro mea salute. erant illi, qui tabulas distribuerant ad ferenda suffragia. olim etiam reducti fuerunt. 30 tanquam in triumpho.

CAPVT. XII.

POssum ego satis in 1. Cn. Pompeium u quam gratus videri, qui non solum apu vos, qui omnes idem 2 sentiebatis, sed etia apud universum populum Romanum salute reipublicæ & conservatam per me, & coniun ctam esse cum mea 3 dixerit? qui causam me am prudentibus commendarit, imperitos ed cuerit, eodemque tempore improbos auctor tate

1 Erga. 2 unam eandẽq; sententiã habebatis. 3. salute.

te ſua compreſſerit 4. bonos excitarit 5? qui ›pulum Romanum pro me, tanquam pro fra- e, aut pro parente, non ſolum hortatus ſit, rũ etiã obſecrarit? qui ipſe, cum propter etum dimicationis & ſangvinis 6. domo ſe neret, etiam a ſuperioribus tribunis petierit, de ſalute mea & promulgarent, & referrent qui in colonia nuper conſtituta, cum ipſe rreret magiſtratum, in qua nemo erat em- us 7. interceſſorum 9. vim & crudelitatem ivilegij 10. auctoritate honeſtiſſimorum ho- inum, & publicis litteris conſignarit 11. prin- pſque 12. Italiæ totius præſidium ad noſtrã lutem implorandum 13. putarit? qui cum ſe mihi ſemper amiciſſimus, fuiſſet, etiam, ut ios neceſſarios 14. mihi amicos redderet, ela- ›rarit? quibus autem officijs T. Annij bene- cia remunerabor? cuius omnis actio, ratio 15 ›gitatio, totus denique tribunatus, nihil ali- d fuit, niſi conſtans, perpetua, fortis, invicta efenſio ſalutis meæ? quid de P. Sextio loquar? ui ſuam erga me benevolentiam & fidem non ›lum animi dolore 16. ſed etiam corporis ulneribus 17. oſtendit?

4 impediverit, ne mihi amplius nocere poſſent. 5 ad fa- ›rem erga me. 6 cædis ab hoſtibus conjuratis. 7 in Sena- proponerent. 8 corruptus. 9 eorum, qui pro me inter- debant. 10 legis contra me latæ. 11 indicarit, aboleverit & tanquam actor & adhortator. 13 eſſe, implorari & exo- ri debere. 14 cognatos & amicos. 15 modus agendi. 16 quæ excepit ab inimicis pro mea ſalute.

CAPVT

CAPUT. XIII.

VObis vero, P. C. singulis &. egi 1. & agan gratias, universis egi initio, quantum potui satis ornate agere nullo modo possum. Et quã quam sunt in 2 me præcipua merita 3 multori quæ sileri nullo modo possunt, tamen huiu temporis ac timoris mei non est 4. conari 5. cõ memorare beneficia in me singulorum. Nan difficile est non aliquem 6. nefas quemquan præterire. Ego vos universos, patres conscri pti, Deorum numero 7 colere debeo. Sed, u 8. in 9. ipsis Dijs immortalibus non sempe eosdem, atque alias 10 alios solemus & vene rari & precari: Sic in hominibus de me divini tus meritis omnis erit 11. ætas mihi ad eorur erga me merita prædicanda atque recolenda 1 Hodierno autem die nominatim a me magistra tibus statui 13. gratias esse agendas. & 14 de privatis uni 15. qui pro salute mea muni cipia coloniasque adisset, populum Roman supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam quam vos secuti 16: mihi dignitatem mear red-

1 Dixi gratias. 2 erga. 3 beneficia. 4 tamen hujus temp ris ratio ac meus timor non permittit. 5 ut coner vel aud am. 6 hunc vel illum non præterire aut laudare, quonia omnes mihi noti non sunt. 7 tanquam deos. 8 quemadm dum. 9 ex, inter. 10 alioquin, pro ratione temporum & o casionum. 11 impendetur, collocabitur. 12 commemoran da. 13 constituit. 14 & quidem ex numero privatorum v rorũ. 15 Pompeio. 16 quã sententiam dum vos estis secut

17 cum

ddidiſtis, vos me florentem 17 ſemper ornaſtis: borantē 18. mutatione veſtis, & prope luctu eſtro, quoad 19 licuit, defendiſtis. Noſtra 20 emoria ſenatores ne in ſuis quidē periculis utare veſtē ſolebant: in meo periculo ſenatus eſte mutata fuit 21. quoad licuit per eorũ 22. licta, qui mea pericula non modo ſuo præſi-io, ſed etiã veſtra deprecatione nudarunt 23. uibus ego rebus obiectis 24. cũ mihi privato 5. confligendũ 26 viderē cum eodem exercitu 7 quem conſul 28 non armis, ſed veſtra au-oritate ſuperarã: multa mecum ipſe deputavi 9. Dixerat in concione conſul 30 ſe clivi Ca-itolini pœnas ab equitibus Romanis repetitu-ũ, nominatim alij relegabãtur: aditus tēplorũ rãt nõ ſolũ præſidijs & manu 31. verũ etiã de-olitione 32. ſublati. Alter conſul 33 ut me, ēpubl. non modo defererent, ſed etiã hoſtibus eipubl. proderent, pactionibus 34. eos 35. ſuo-um præmiorum obligarat. Erat alius ad por-as cũ imperio in multos ãnos magnoque exer-itu: quem ego inimicum mihi fuiſſe non di-

co:

17 cum eſſem in ſtatu florenti. 18 cum eſſem illi auxilio. 9 quatenus, quamdiu. 20 quantum ego quidem memini. 1 veſtem mutavit. 22 inimicorum meorum. 23 qui neque oluerunt, me tueri, neque voluerunt, etiã ut vos pro me eprecaremini. 24 cum illæ res mihi obſtarent. 25 qui mni præſidio eram privatus. 26 pugnandum. 27 coniu-atorum. 28 ego. 29 expendi. 30 Piſo. 31 militibus. 32 per ejectiones, deſtructiones & ruinas. 33 Gabinius. 34 cor-uptionibus pecuniariis, & largitionibus. 35 inimicos meos.

36 eum.

eo: tacuisse: 36 cum diceretur. esse inimicus scio: Duæ partes esse in republ. cum putarētur altera me deposcere propter inimicitias, alter timide defendere, propter suspicionem cædi putabatur. Qui autem me deposcere 37. videbantur, in hoc auxerunt dimicationis 38. metum, quod nunquam inficiando 39. suspicion hominum curamque minuerunt.

36 eum. 37 ad pœnam. 38 belli & tumultus civilis. 39 negando, dum nunquam id negaverunt, & adeo suspicionem & curam auxerunt.

CAPUT. XIV.

Quare cum viderē Senatū ducibus 1. orbatum me a magistratibus partim oppugnatum partim proditum, partim derelictum: servo simulatione collegiorum 2 nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinæ pene iisdem 3 ducibus ad spem cædis & incendiorum esse revocatas: Equites Rom. proscriptionis, municipia vastitatis, omneis cædis, metu esse permotos: potui, potui, P. C. multis auctoribus fortissimis viris 4 me vi armisque defendere: nec mihi ille ipse animus idem 5 meus, vobis non incognitus defuit. Sed videbā si vicissē præsentē adversariū, nimirum multos mihi alios 6 esse vincendos. Si victus essē, multis bonis 7. & pro me, & mecū, etiā post me esse pereundū: tribunitii-

1 præcipuis in rep. viris. 2 sub eo prætextu, quasi servi distribui deberent in certa Collegia. 3 sub iisdem. 4 dum multi fortissimi viri hoc mihi svaserunt. 5 semper constans & fortis. 6 adversarios. 7 viris & mihi faventibus.

8 tri-

itiique ſangvinis 8 ultores eſſe præſentes, meæ mortis pœnas iudicio & poſteritati reſervari. olui, cũ conſul communem ſalutẽ ſine ferro o. defendiſſem, meã 11 privatus 12 armis dendere: bonoſque viros lugere malui meas fornas 13. quã ſuis 14 deſperare, ac, ſi ſolus eſsẽ iterfectus, nihil turpe 15. ſi 16 cũ multis, reip. neſtum fore videbatur Quod ſi mihi æternã ſe propoſitam ærumnã arbitrarer, morte meſe potius, quam ſempiterno dolore multasm 17. Sed cũ viderẽ, me non diutius, quam sã 17 remp. ex hac urbe abfuturũ, neque ego, la 18 exterminata, mihi remanendũ putavi: illa 19. ſimul atque revocata eſt, me ſecũ pater reportavit. Mecũ leges, mecũ quæſtiones, ecũ iura magiſtratuũ, mecũ Senatus auoritas, mecum libertas, mecũ etiam frugum ertas, mecũ deorum & hominum ſanctitates nnes, & religiones abfueruat 20. Quæ ſi sẽper eſſent, magis veſtras fortunas 21. lugerẽ, quã ſiderarẽ meas: ſin 22 aliquando revocarentur, telligebam, mihi cũ illis una eſſe redeundũ. uius mei ſenſus 23 certiſſimus. teſtis eſt hic ẽ, qui cuſtos capitis 24 fuit, Cn. Plancius, qui

X omni

8 tribuni occiſi. 9 autem. 10 vi & armis. 11 ſalutem. 12 m magiſtratum amplius non gero. 13 calamitatem. 14 fortunis ſuis. 15 fore videbatur. 16 interfectus eſſem. puniviſſem, affeciſſem. 18 ſi resp. eſſet eiecta. 19 respuca. 20 ex urbe eiecta fuerunt. 21 calamitatem. 22 quod vero aliquando contingeret, eas revocari. 23 ſententiæ.

24 vel

omnibus provincialibus 23 ornamentis cōmc
disque depositis, totā suam quæsturam in m
sustentado & conservando cōllocavit. Qui
mihi quæstor imperatori fuisset 26, in 27. fil
loco fusset. Nunc certe erit in parentis, cū fue
rit quæstor non imperij. sed doloris 28. mei.

24 vel, vitæ meæ, vel legis pro me latæ. 25 quæ habe
potuisset in aliqua provincia. 26 ego ipsum amassem n
secus ac filium meum. 27 loco. 28 in dolore meo & exili

CAPUT. XV.

QVapropter, patres cōscripti, quoniam in r
publ: sum pariter 1 cum rēpubl. restitutu
non modo in ea defendenda nihil minuam
libertate mea pristina, sed 2. etiam adaugeb
Etenim, si eam tum 3.3 defendendam, cū aliqu
mihi illa debebat 4: quid nunc me facere opo
tet, cum ego illi 5. plurimū debeo? nam qu
est quod animum meum frangere 6. aut deb
litare possit, cuius 7 ipsam calamitatē non m
do nullius delicti, sed etia divinorū in 8. rē
beneficiorū testem esse videatis; nam & impo
tata est 9, quia defenderam civitatem: & m
voluntate 10. suscepta est, ne a me defensa re
publ. per eundem 11. me extremum in disc
men vocaretur 12. Pro me nō, ut 13 pro P. P
pilli,

1 Simul. 2 rempublicam. 3 illo tempore. 4 accept
referre. 5 reipublicæ. 6 imminuere. 7 animi mei. 8 er
9 calamitas hæc mihi data est. 10 sponte, libenter. 11
me ipsum etiam. 12 traheretur. 13 veluti factum est ol
14 apu

pillio, nobilissimo homine, adolescentes filj, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata 14: non, ut pro Q. Metello, summo & clarissimo viro, spectata iam adolescentia filius 15: non L. &. C. Metelli. consulares, non eorũ liberi, non Q. Metellus nepos, qui tũ cõsulatũ petebat, nô Luculi, Servilij Scipiones, Metellorũ filij, flentes ac sordidati, populo Romano supplicaverũt 17: sed unus frater, qui in me pietate 18 filius, cõsilijs 19 parens, amore, (ut erat 20) frater inventus est: squalore & lacrymis & quotidianis precibus, desideriũ mei nominis renovari, & rerũ gestarũ memoriam usurpari 21 coegit. Qui 22 cũ statuisset, nisi per vos me recuperasset, eandẽ subire fortunam 23 atque idem sibi domiciliũ & vitæ, & mortis deposceret: nunquam nec magnitudinem negotii, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela 24 pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarũ, & defensor assiduus, summa virtute & pietate C. Piso, gener 25. qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui 26. sui, consulis, qui Pontum,

X2 &

14 apud populum R. precata est & intercessit pro me. 15 qui etsi adolescens tamen iam spectatus & clarus erat in republica. 16 supplices facti sunt pro me. 17 ergo. 18 quoad pietatem & amorem suum. 19 quoad consilia, quæ ipse mi. hi dedit. 20 sicuti etiam erat frater meus. 21 commemora. 22 frater meus. 23 etiam ire in exilium. 24 arma & gladios. 25 meus. 26 cognati.

27 re-

& Bithyniam quæstor pro mea salute neglexi
27. Nihil unquam senatus de P. Popillio decre
vit, nunquam in hoc ordine 28. Q. Metell
mentio facta est. Tribunitiis sunt illi rogationi
bus 22. interfectis inimicis, denique nulla aucto
ritate senatus, restituti, cum alter eorum sena
tui paruisset, alter vim cædemque fugisset 3
Nam C. quidem Marius, qui hac hominun
memoria 31. tertius ante me consularis, tem
pestate 32. civili expulsus est, non modo
senatu non est restitutus: sed reditu suo 33 se
natum cunctum pene delevit. Nulla de illi
34 magistratuum consensio, nulla ad remp. de
fendendam populi Rom. convocatio, nullus Ita
liæ motus 35. nulla decreta municipiorum ex
stiterunt 36. Quare, cum me vestra auctori
tas arcesserit 37. populus Rom. revocavit, resp
implorarit, Italia cuncta pene suis humeri
reportarit: non commitam 37. P. C. ut cur
ea 39. mihi sint restituta, quæ in potestate me
non fuerunt, ea non habeam 44. quæ ipse præ
stare possim, præsertim cum illa 41. amissa re
cuperarim, virtutem & fidem nunquã amiserim

27 recusavit. 28 senatorio. 29 illi sunt restituti per rogationes Tribunorum plebis. 30 evitasset. 31 quod nos meminisse possumus. 32 per tumultum. 33 cum rediisset. 3[4] de Marii, Metelli & populi restitutione. 35 excitatio, invitatio. 36 fuerunt, facta sunt. 37 revocaverit, reduxerit 38 patiar, faciam. 39 facultates meæ amissæ. 40 conserve[m] observem in posterum. 41 bona mea.

SEN-

PArentes cariſſimos habere debemus. quod ab ijs nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita eſt.

Bonus civis pro ſtatu civitatis nullas ſibi inimiciias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ diſcrinen vitandum putet:

Non eſſe debet noſtri temporis injurias meminiſſe; uas nos etiam ſi ulciſci poſſemus, tamen obliviſci malemus. alio transferenda noſtra tota vita eſt, ut bene e nobis meritis gratia referatur.

ORATIO. XII.
quæ eſt
PRO T. ANNIO MILONE.

Argumentum Orationis XII. pro Milone.

P. Clodius iam inde Ciceronis reductione ab exilio . T. Annio Miloni capitaliter infenſus, ut qui una um Pompeio bonisque omnibus & ſvaſor & auctor xtiterat: quo Cicero reſtitueretur; omnem dedit opeam, ut Miloni noceret, qui quo anno Conſulatum Mi. eodem ipſo præturam ambiebat, mirifice ſtudens Plauo Hypſæo & L. Metello Scipioni, Milonis competitoibus, eum adducendo in odium & invidiam populi, quod videret, Milone Conſule, ſatis liberam ſibi ræturam non fore ad remp. bonosque omnes perdenos. Verum quando id iam ſe effecturum minime ſperret, propterea quod certo cognoſceret, Milonem iam ſignandum Conſulem, in illius caput & vitam incuit. Itaque cum ſtato die non ignoraret Miloni ſonne iter & neceſſarium legitimumque iter eſſe La-

nuvium, quippe qui dictator in suo municipio Iunon flaminem proderet, pridie ipse armatus cum XXX gladiatoribus profectus Ariciam in via Appia ad Bo villas, in suo prædio, substitit, adventum Milonis ex pectans. Qui cum nunciaretur in via esse, obvius fit e Clodius in rheda sedenti cum uxore & delicato puero rum ancillarumque comitatu. Oritur utrinque inte servos pugna, cui temere se ingerens Clodius, in cer vice graviter vulneratur, semivivus in taberna Bo villis relictus extrahitur & confoditur: Ejus cadave Romam delatum, primum in ejus domus vestibulo p situm, dein in forum & curiam Sexto Clodio scriba du ce inibi crematum est, curiaque incensa conflagravi Quæ res Milioni apud populum, id agentibus Tribu nis plebis, magnam invidiam attulit, civitatemqu commovit. adeo ut SC: Cneio Pompeio soli Consuli re nunciato mandatum sit, ut videret, ne quid Respubl ca detrimenti caperet; Milo cedens populi furori d utiuscule foris mansit. Qui tandem præter expectati nem Romam reversus a petendo Consulatu non desti tit. Post multas autem cum factione Clodiana dim cationes, ab Appio Claudio Seniore accusatur insid arum Milo: Ejus itaq; causam defendit hac Oration Cicero insidiarum contra notans Clodium, & ideo ju re cæsum.

Genus causæ est Judiciale; status vero qualitati Factum enim Cicero non negabat, sed jure cæsum es Clodium affirmabat, quoniam quidem Milo insidi Clodij adpetitus, vim vi repulisset. atque hoc quæriti in causa.

Conscripta est hæc Oratio Anno V: C: 701. Ciceroni

ætatis

tatis 55. Stylus ac Oratio talis est, ut Quintilianus ulcherrimam & nobilissimam eam appellet.

Eventus fuit talis: Videbantur non ignorasse Ju. ices inscio Milone initio vulnertum esse Clodium: sed omprererant, postquam vulneratus esset, jussu Milonis ccisum. Fuerunt, qui crederent, M. Catonis sententia um esse absolutum: Nam & bene cum republica actu se morte Clodij non dissimulaverat, &, studebat. in etitione Consulatus Miloni, & reo adfuerat. Sed Milonis quoque audaciam vindicare populo Romano tile visum est. Milo itaque damnatus in exilium Massiam intra paucissimos dies profectus est. Bona ejus ropter alieni aeris magnitudinem vendita sunt. Sexus Clodius & multi alij, maximam partem Clodiani tiam fuerunt damnati.

ORATIO.

PRO T. ANNIO MILONE.

CAPUT. I.

ETSI vereor, iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere, 1 minineque deceat, cum T. Annius Milo ipse magis le reipub: salute, quam de sua 2 perturbetur 3, ne ad eius causam 4, parem animi magnitudiem afferre non posse 5: tamen hæc novi iudiii forma 6, terret 7 oculos: qui 8 quocunque nciderint 9, veterem consvetudinem fori, & pristi-

1 Quod ego timidus sum, dum incipio dicere pro viro ortissimo. 2 sulute. 3 tristis sit. 4 ad defensionem causæ Milonis. 5 quod ego non possim. 6 conspectus, facies, spe. ies. ob milites circumstantes. 8 oculi. 9 ad quemcunque ocum sese convertant. 10 desiderant, non inveniunt. 11 concione & cœtu hominum.

pristinum morem iudiciorum requirunt 1(
Non enim corona 11 consessus vester 12 cinct
13 est, ut solebat, non usitata 14 frequentiai
stipati sumus. 6. Non illa præsidia 17, quæ p
templis omnibus cernitis, etsi contra vim co
locata 18 sunt, non afferunt tamen oratori al
quid, ut in foro, & in iudicio, quamquam pra
sidiis salutaribus & necessariis septi sumus, ta
men ne non timere quidem sine aliquo timo
possimus 19 Quæ 20 si opposita Miloni puta
rem: cederem tempori, iudices, nec inter tar
tam vim 21 armorum existimarem oratori lo
cum 22 esse. Sed me recreat & reficit 23 Cn. Po
peii, sapientissimi & iustissimi viri, consilium: qu
profecto nec iustitiæ suæ putaret esse 24, que
25 reum sententiis iudicum 26 tradidisset, eur
dem telis militum dedere: nec 27 sapientiæ, te
meritatem concitatæ multitudinis auctorita
publica armare. Quamobrē illa arma, centuri(
nes, cohortes, non periculum nobis, sed præsid
um denunciant 28: neque solum, ut quieto 29, se

etiam

12 sedes vestra. 13 circumdatus. 14 abusitata. 15 mult
tudine auditorum. 16 circumdati. milites illos. 18 disp
sita sunt ob eam causam, ne forte vis aliqua nobis infer
tur. 19 sensus est: hæc præsidia tamen efficiunt, ut ego qu
dem timeam, sed sine aliquo timore, quoniam scio, ha
præsidia ob eam causam esse disposita, ut tutus esse possi
in foro & judicio. 20 præsidia. 21 violentiam, timorem. 2
occasionem dicendi. 23 erigit in tanto timore. 24 nc
permitteret, quoniam vir justissimus est. 25 ut eundem r
um tradere telis militum, quem. 26 judicandum per sen
tentias. 27 nec Pompejus hoc permitteret pro sua sapien
tia, ut multitudo audax armaretur. 28 ostendunt, confi
mant. 29 non timido.

iam ut magno animo ſimus, hortantur: neq́; ıxilium modo defenſioni meæ, verum etiam entium pollicentur. Reliqua vero multitudo, ıæ quidem eſt civium. tota noſtra eſt 30: neıe eorum quiſquã 31, quos undiq́; intuentes ɛ ex hoc ipſo loco cernitis, unde 33 aliqua ırs fori aſpici poteſt, & hujus exitũ judicij ex: eƈtantes 34, non cũ 35 virtuti Milonis favet, m de ſe, de liberis ſuis, de patria, de fortu- s hodierno die decertari putat 36.

30 nos libenter audiet,nobis favet. 31 neque nõ omnino tat decertari. 32 attentos,qui undique nos aſpiciunt. 33 quo loco. 34 dum expeƈtant. 35 quando, quoniam. 36 ıſus eſt: omnes putant,de ſe,de liberis & fortunis ſuis die agi, dum agitur de Milone,cujus virtuti õnes favẽt.

CAPUT. II.

]Num genus 1 eſt adverſum infeſtumque 2 nobis eorum. quos P. Clodij furor rapinis, incendijs, & omnibus exitijs publicis pavit qui heſterna 4 etiam concione incitati ſunt, t vobis voce præirent 5, quid judicaretis 6, ıorũ clamor ſi quis 7 forte fuerit, admonere ɔs debebit, ut eum civem 8 retineatis 9, qui mper genus illud hominũ, clamoreſque maxios pro veſtra ſalute neglexit. Quãobrẽ adeſte ıimis 10, judices, & timorem, ſi quẽ habetis, depo-

1 Hominum. 2 inimicum eſt. 3 aluit, ſuſtentavit, ditat. 4 in heſterno conventu populi. 5 præſcriberent, ƈitarent. 6 judicare deberetis de Milone. 7 clamor ditioſus. 8 Milonem. 9 conſervetis. 10 animos ſumite

11 oc-

deponite. Nam si unquam de bonis & fortib viris si unquã de bene meritis civibus potest vobis iudicandi fuit: si denique unquam loc 11 amplissimorum ordinũ 12 delectis viris da est, ubi 13 sua studia 14 erga fortes & bon cives. quæ 15 vultu & verbis sæpe significass re 16 & sentẽtijs declarent: hoc profecto tẽpo eam potestatẽ omnem vos habetis, ut statua 17 utrum 18 nos, qui semper vestræ auctorit ti dediti 19 fuimus, semper miseri lugeamus : an diu vexati a perditissimis civibus, aliquan per vos, ac vestrã fidem, virtutem, sapienti que recreemur 21. Quid enim vobis duobus judices laboriosius 22? quid magis solicitũ, m gis exercitum 24 dici aut fingi 25 potest: q amplissimorum præmiorũ ad remp. adducti, m tu crudelissimorum suppliciorum carere n possumus? Equidem ceteras tempestates & pr cellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putavi Miloni esse subeundas 27, qu 28 semper pro bonis contra improbos senser 29 in judicio vero, & in eo consilio, in quo cun

11 occasio. 12 Senatorii, Equestris &c. 13 in qua occa one. 14 amorem, favorem. 15 studia. 19 ipsa re. 17 iudice 18 an. 19 obsequentes, obedientes, inservientes. 20 lug debeamus. 21 erigi & recreari debeamus. 22 quam ego Milo. 23 nemo hactenus magis vexatus fuit, & maiores bores ab inimicis sustulit, quam ego & Milo. 24 exerci tum in malis, vexatum calamitatibus. 25 excogitari. conventum populi. 27 perferri oportere a Milone. 28 qu niam ille. 29 consenserat, steterat, bonos defenderat.

nctis ordinibus amplissimi viri 30 judicarẽt, nquã existimavi spem ullam esse habituros lonis inimicos 31, ad ejus non salutẽ modo ingvendã, sed etiam gloriam per tales 32 vi- infringendam 33 Quamquã in hac causa, lices, T. Annij tribunatu 34, rebusque o- ibus pro salute reip. gestis, ad hujus crimi. 35 defensionẽ non abuemur 36, nisi oculis leritis insidias Miloni a Clodio factas 37: nec precaturi sumus, ut crimẽ hoc nobis 38 mul- propter præclara in remp. merita condonetis: c 39 postulaturi, ut, si mors P. Clodij salus ve- a fuerit, idcirco eã virtuti Milionis potius, ã populî R. felicitati assignetis 40 Sed si illi- insidiæ clariores hac luce 41 fuerint, dũ de- que obsecrabo obtestaborque vos, judices, si tera 42 amisimus, hoc saltem nobis ut relin- atur. ab inimicorum audacia telisque 43 vi- n ut impune 44 liceat 45 defendere:

30 delecti. 31 accusatores. 32 tam amplissimos. 33 dimi- endum. 34 officio Tribuni plebis, quod gessit Milo. 35 usationis. 36 utemur, quoniam hac defensione non opus 37 esse, quod Clodius struxerat insidias Miloni. 38 Mi- i reo, quem ego defendam. 39 nec sumus. 40 atribuatis, scribatis. 41 ipsa diei luce, luce meridiana. 42 certas vir- es priscas populi Romani. 43 insidiis. 44 libere, absque tu. 45 ut liceat, ut possimus.

CAPUT III.

Ed, antequã ad eam 1 orationem venio, quæ est propria nostræ quæstionis 2, videntur ea se refutanda, quæ & in senatu ab inimicis sæ- pe

1 Partem orationis. 2 quæ propriæ spectat ad hanc ma- eriam, de qua nunc agitur. 3 di-

pe iactata 3 ſunt: & in cōcione ab improbis, paulo āte 4 ab accuſatoribus: ut, omni terro ſublato 5, rem plane 6, quæ venit in judiciū videre poſſitis. Negant intueri lucem eſſe fas 8, qui a ſe hominem occiſum eſſe fateatur. qua tandē urbe hoc homines ſtultiſſimi 9 diſp tant? nempe in ea quæ primum judicium capite 10 vidit M. Horatij 11 fortiſſimi vi qui nondū libera civitate 12, tamen populi Comitijs 13 liberatus eſt, cum ſua manu ſor rē interfectam eſſe fateretur 14. An eſt quiſq qui hoc ignoret, cū de homine occiſo quærat aut negari ſolere omnino eſſe factū 15, aut recte ac jure factū eſſe defendi? Niſi vero exiſ matis, dementē P. Africanū fuiſſe, qui 17 cū a Carbone, tribuno pleb, in cōtione ſeditioſe i terrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte ſen ret reſpōdit, jure cæſum videri 18. Neque e poſſet aut Ahala ille Servilius, aut P. Naſica, a L. Opimius aut C. Marius, aut me conſu 19, ſenatus nō nefarius 20 haberi 21. ſi ſcele-

3 dicta. 4 etiam dicta ſunt. 5 poſtquam omnis timor e ctus ex animis eſt. 6 clare, aperte. 7 de qua iudicari debe 8 illi accuſatores autem dicunt, eum non debere vivere. 9 qui iura civilia ignorant. 10 vita. 11 qui ſororem ſuam i- terfecerat. 12 cum civitas nōdū libera eſſet, ſed adhuc eſſet ſub regibus. 13 in comitiis & conventu. 14 Horatius vi e Florum L. I. cap. 13. 15 hominem eſſe occiſum. 16 aut c- dem defendi, quoniā recte & iure facta ea ſit. 17 reſpondi. 18 ſibi videri, Gracchum iure occiſum eſſe. 19 eo tempo, quo ego Conſul fui. 20 impius. 21 exiſtimari. 22 in fictis. 23 nar-

:leratos cives interfici nefas esset. Itaq; hoc, dices, non sine causa etiã fictis 22 fabulis do- ssimi homines memoriæ prodiderunt 23 eum ,qui patris ulciscendi causa 25 matrem neca- sset, variatis hominum sententijs 26, nõ solũ mana sed etiam divina 27 deæ 28 sapientissi- e sententia liberatum. Quod si duodecim ta- ılæ 29 nocturnum furem quoquo modo: di- num 30 autem, si se telo 31 defenderit, inter- i impune 32 voluerunt 33: quis est, qui, quo 10 34 modo quis interfectus sit, puniendũ pu- t, cum videat aliquando gladiũ nobis ad oc- dendum hominem ab ipsis porrigi 35 legibus?

23 narrarunt. 24 orestem fuisse liberatum. 25 ut patrem ım ulcisceretur. 26 cum homines nescirent, quid de hoc cto sentire deberent. 27 per deorum sententiam. 28 Pal- dis. 29 Æneæ, in quibus scriptæ erant leges Romanorũ qui diei tempore futura. 31 gladio, armis. 32 absque etu pœnæ. 33 expressis verbis iusserunt. 34 quocunque odo. 35 tradi, in manum dari.

CAPUT IV.

ATqui 1 si tempus 2 est ullum iure hõinis ne- candi, quæ multa sunt 3, certe illud est non nodo iustum, verum etiam necessarium, cum vi is illata defenditur 4. Pudiciciam cũ eriperet, iliti tribunus militaris in exercitu C. Marii propin-

1 Iam vero, igitur, iamque adeo. 2 si aliquod tempus st, in quo licet iure hominem aliquem occidere. 3 qualia empora & occasiones multæ sunt. 4 quando aliquis sese efendit contra vim illatam.

propinquus 5 ejus 6 imperatoris: interfectus a eo 7 est, cui vim afferebat. Facere 8 enim probi adolescens 9 periculoso 10, quã perpeti turpit maluit, atque hunc ille vir sũmus 11 scelere s lutum 12, periculo liberavit. Insidiatori vero, latroni, quæ potest afferri iniusta lex 13? Qu comitatus nostri, quid gladii volũt 14? quos h bere 15 certe non liceret, si uti illis nullo p cto 16 liceret. Est igitur hæc, iudices, n scripta, sed nata 17. lex: quam non didicimu accepimus 18. legimus: verum ex natura ip arripuimus 19. haũsimus, expressimus: ad q non docti 20. sed facti 21. nõ instituti, sed in buti 22. sumus: ut, si vita nostra in aliquas ins dias, si in vim, si in tela 23. aut latronũ, aut in micorũ incidisset: omnis honesta ratio esset e pediendæ salutis 24. Silent enim leges inter a ma 25. nec se expectari iubent, cũ ei, qui exp ctare velit, ãte iniusta pœna luẽda sit, quã ius repetenda 26. Etsi persapienter, & quodã mod tacite, dat ipsa lex 27 potestatem defendend quæ

5 qui Tribunus propinquus erat. 6 Marii. 7 milites occidere aggressorem. 9 ille miles. 10 cum periculo vi suæ. 11 Marius. 12 liberatum ab omni crimine & accusa one. 13 insidiator iure potest interfici. 14 quare comit habemus nobiscum, quare gerimus gladios. 15 gestare. modo. 17 innata nobis, a natura data & insita nobis 18 a divimus. 19 accepimus. 20 instructi. 21 nati. 22 nati. gladios. 24 nobis liceret vitam nostram recte defendere. quando armis decertatur, tunc non respicitur ad leges. nec leges volunt, ut ipsas expectemus, quoniam accide potest, ut quis iniuste occidatur, antequam possit occi rem trahere ad pœnam. 17 Cornelia de sicariis.

æ 28 non modo hominē occidi, ſed eſſe cum o hominis occidendi cauſa vetat: ut cū cauſa, n telum quæreretur 29. qui 30 ſui defenndi cauſa 31 telo eſſet uſus, non hominis occiendi cauſa 32 habuiſſe telum iudicaretur. apropter hoc maneat in cauſa, iudices. Non m dubito, quin probaturus ſim vobis defennem meam, ſi id memineritis, quod obliviſci n poteſtis, inſidiatorem iure interfici poſſe.

8 quæ lex non vetat occidere hominem, ſed hoc vetat , ne quis gladium geſtet, ut alterum occidat cum eo. 29 n non quæſtio ſit de telo, ſed cauſa ipſa. 30 ille iudicaur, qui. 31 ut ſe defenderet. 32 hāc materiā pertractabo.

CAPUT. V.

Eqitur illud, quod a Milonis inimicis ſæpisſime dicitur, CÆDEM, in qua P. Clodius ciſus eſt, ſenatū iudicaſſe, CONTRA REMP. SE FACTAM 1. Illā 2. vero ſenatus non sētijs ſuis 3 ſolum, ſed etiam ſtudijs 4 cōprovit 5. Quoties enim eſt illa cauſa a nobis acta ſenatu? quibus adſenſionibus univerſi ordis 6? quā 7. nec tacitis, nec occultis? quādo im frequētiſſimo 8 ſenatu quatuor 9, ad sūmū quinque

1 Quod cædes facta ſit contra rempublicam, quodque ita natus iudicaverit. 2 cædē Clodii. 3 per ſuos. 4 favore ga cauſam Milonis iuſtam. 5 laudavit. 6 Senatorii. 7 & æ conſenſiones Senatus non occultæ fuerunt nec tacitæ, apertæ. 8 cū fere ōnes Senatores adeſſent. 9 Sēatores.

10 T

quinque sunt inventi, qui Milonis causam no
probarent? declarant huius ambusti tribuni 1
plebis ille intermortuæ 11 conciones, quibu
12. quotidie meam potentiam invidiose crimi
nabatur 13. cum diceret, senatum non quo
sentiret, sed quod ego vellem, decernere. Qu
quidem si potentia est appellanda potius, qua
14 propter magna 15. in remp. merita medio
cris in bonis causis auctoritas, aut propter o
ficiosos 16 labores meos nonnulla apud bon
gratia 17. appelletur ita sane 18. dummodo
19. nos utamur pro salute bonorũ contra am
tiam perditorum 20. Hanc vero quæstione
21. etsi non est iniqua, nunquam tamen sen
tus constituendam 22 putavit. Erant enim l
ges, erant quæstiones vel de cædæ, vel de v
nec tantũ mœrorem ac luctum senatui mors
Clodii adferebat, ut nova quæstio 23. constitu
eretur. Cuius enim, senatui, de illo incesto st
pro iudiciũ decernendi potestas esset erepta 2
de

10 T. Munatii, Planci qui, cũ cõtra Milonẽ diceret, Clodii corpus iussisset cremari, flamma autem curiam a riperet, e concione fugatus est. Vnde à Cicerone dicit *ambustus*. 11 intermissæ hactenus. 12 in quibus concioni 13 accusabat. 14 quam mediatoris auctoritas. 15 mea m gna. 16 quos labores officiũ meũ Consulare requirebat detectione coniurationis Catilinæ. 17 favor. 18 en! pati ut hæc res appelletur potentia. 19 hac; potentia. 20 sce ratorum. 21 quando iudicia cinguntur militibus. 22 san endam, confirmandam, ordinandam esse. 23 forma iudic 24 cum enim Senatui erepta fuerit per Clodianos potes iudicãdi de stupro incesto Clodii.

25. quis

eius interitu quis potest credere senatū iu-
cium novum constituendum putasse 25? Cur
. igitur incendiū curiæ, oppugnationē ædi-
n M. Lepidi, cædem hanc ipsam, contra rem-
bl. 27. senatus factam esse decrevit? quia nul-
vis unquam est in libera civitate suscepta
er cives non contra rempubl. Non enim
illa defensio contra vim unquā optanda 28.
l 29. nonnunquam est necessaria. Nisi vero
t ille dies in quo Tib. Gracchus est cæsus,
t illle, quo Cajus 30. aut quo arma Saturnini
pressa sunt, etiamsi 31. è republica, rempubl.
men non vulnerarunt.

5 quis potest credere quod putaverit Senatus, quod iudicii
va forma cōstituēda sit de Clodii interitu & nece? 26 igi-
, cur Senat9 decrevit? 27 quia nullā vī ūquā cives exercēt
tra alios cives, ex qua nasci nō posset aliquod periculū
publicæ. 28 quoniam hoc periculosum est reipublicæ
sed tamen talis vis & defensio. 30 fuit occisus. 31 etsi
erant cives reipublicæ, etsi illi seditiosi occisi sunt iussū
publicæ 32 periculum attulerunt reipublicæ.

CAPUT VI.

Taque ego ipse decrevi, cū cædē in Appia 1 a
factā esse constaret, non eū, qui se defendis-
t contra remp. fecisse; sed 2. cū inesset in rē
s & insidiæ, crimen iudicio reservavi 3 rem
otavi. Quod si per furiosum illum tribunū 4

1 Via. 2 sed rem notavi, quæ facta erat, sed dixi, quod
quiri deceat, uter alteri fecisset insidias. 3 dixi, quod in
dicio de hac cæde disquiri debeat. 4 Plancū. 5 formam

ſenatui, quod ſentiebat, perficere licuiſſet:nc vam quæſtionem 5.nunc nullam haberemus. De cernebat enim 6. ut veteribus legibus 7. tantū modo extra ordinem quæreretur 8. Diviſa ſen tentia eſt 9. poſtulante neſcio quo 10. nihil ec neceſſe eſt omnium flagitia proferre) ſic reliqu auctoritas ſenatus,emta interceſſione 11. ſublat eſt. At enī Cn. Pompeius rogatione ſua 12. & d re & de cauſa iudicavit: tulit 13.enim de cæde quæ in Appia via facta eſſet: in qua P. Clodiu occiſus fuit. Quid ergo tulit? nēpe ut quærere tur 14. Quid porro quærendū eſt? factumne ſ At cōſtat 15.a quo? At patet. Vidit 16.etiā in cō feſſione facti, iuris tamē defenſione ſuſcipi po ſe. Quod niſi vidiſſet, poſſe abſolvi eum, qui fa teretur 17.cū videret nos 18. fateri: neque qua ri unquā iuſſiſſet, nec 19.vobis tam ſalutarē hā in iudicando literam 20.quā 21.illam triſtē 2 dediſſet. Mihi vero Cn. Pompeius non mo do nihil gravius 23.contra Milonem iudicaſſe ſed

6 iudicii. 7 Senatus. 7 iuxta veteres leges. 8 iudicium i ſtitueretur. 9 Senatorum, dum alii volebant, extra ordin quæri, alii iuxta veteres leges. 10 dum aliquis hoc poſtu labat, cuius ego nomen ignoro. 11 dū Tribunus plebis er corruptus pecunia, ut intercederet & vetaret fieri ſent tiam Senatus. 12 per ſuam. 13 dixit ſententiam. 14 in ſtitueretur iudicium, inquiretur in hanc cædem. 15 notu eſt. 16 Pompeius intellexit, iudicavit. 17 ſuum factum crimen. 18 quod ego defenſor & Milo reus fateremur cr men 19 nec, nec tam. 20 literam A. in tabula ſcriptam quæ erat nota Abſolutionis. 21 ſed potius. 22 literam C. quæ erat nota condemnationis. 23 durum. 24 reo cr men

sed etiã statuisse videtur, quid vos in iudicando spectare oporteret. Nã qui non pænam confessioni 24. sed defensionem dedit, is causam interitus 25. quærendã non interitũ putavit. Iam illud dicet ipse profecto, quod sua spõte fecit, P. ne Clodio tribuendum putet, an tempori 26.

men suum confitenti. 25 cædis, damnationis. 26 an Pompeius ideo milites disposuerit, ut propter cædẽ Clodii Milo coniiceretur in terrorem, an vero potius hoc fecerit ideo quoniam tempora hoc postulant.

CAPUT VII.

Domi suæ 1. nobilissimus vir, senatus propugnator, atque, illius quidẽ tẽporibus, pene patronus, avunculꝰ huius nostri iudicis, fortissimi viri, M. Catonis, tribunus pl. M. Drusus occisus est. Nihil de eius morte populus consultus 2. nulla quæstio decreta a senatu est. Quãtum luctum in hac urbe fuisse a nostris patribus accepimus 3. cum P. Africano domi suæ quiescenti 4. illa nocturna vis esset illata 5? quis tũ 6. non gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, eiusne necessarium 7. quidem expectatam esse mortem? Nam igitur ulla quæstio de Africani morte lata 8 est? Certe nulla. Quid ita 9? Quia

1 In domo sua. 2 quæsitus, nihil ad populum relatum est 3 audivimus. 4 dormienti. 5 cum noctu occisus esset in cubiculo. 6 illo tempore. 7 cum ex eius vita nullum timendũ esset periculum reipublicæ. 8 habita. 9 quare hoc factũ est? 10 quia

non alio facinore clari homines, alio obſcuri necantur 10. Interſit 11. inter vitæ dignitatẽ ſummorum atque infimorum. Mors quidem illata per ſcelus iiſdẽ & pœnis teneatur, & legibꝰ 12. Niſi forte magis erit parricida, ſi quis conſularem patrem 13. quam ſi quis humilẽ 14. necaverit: aut eo 15 mors atrocior erit P. Clodii, quod 16. is in monumentis 17. maiorũ ſuorũ ſit interfectus. Hoc enim ſæpe ab iſtis 18. dicitur? perinde quaſi Appius ille Græcꝰ viam munierit 29 nõ qua 20. populus uteretur, ſed ubi 21 impune ſui poſteri latrocinarentur 22. Itaque in eadem iſta Appia via cum ornatiſſimum equitem Rom. P. Clodius M. Papirium occidiſſet, non fuit illud facinus puniendum. Homo enim nobilis in ſuis monumentis equitem Rom. occiderat 23. Nunc eiusdem Appiæ nomen quantas tragædias excitat 24? quæ 25. cruentata antea cæde honeſti atque innocentis viri 26 ſilebatur 27. eadẽ 28 nunc

10 quia & clari homines & obſcuri per idem facinus perire poſſunt. 11 ſit ſane aliquod diſcrimen. 12 perinde ille punitur iuxta leges, qui clarum, ac ille qui obſcurum hominem interfecit. 13 Scipionẽ Africanũm, qui velut pater erat reipublicæ. 14 obſcurum, vilem hominem 15 ideo. 16 quoniam. 17 in via Appii, qui abavus fuerat Clodii. 18 adverſariis. 19 ſtraverit, fecerit. 20 non ideo, ut hac via. 21 in quã. 22 latrocinium poſſent exercere. 23 Ironia. 24 quando cum clamore nunc dicitur, magnum crimen eſſe, quod Milo interfecerit Clodium in via Appia. 25 quæ via Appia cum eſſet antea cruentata per cædem & ſangvinem. 26 M. Papirii. 27 omnes de ea tacebant. 28 via Appia. 29 com

nunc crebro usurpatur 29. posteaquam latronis & parricidæ 30. sãgvine imbuta 31. est. Sed quid ego illa cõmemoro? Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quẽ ille 32 ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat 33. Extorta est confitenti 34. sica de manib9. Caruit foro postea Pompeius: caruit senatu: caruit publico 35. ianua 36. se ac parietibus, non iure legũ iudiciorumque texit. Nũ quæ rogatio lata 37? nũ quæ nova quæstio decreta est? Atqui, si res, si vir 38. si tempus ullũ dignum fuit, certe hæc in illa causa sũma omnia fuerunt 39. Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipse senatus 40. ei viro 41. autem mors parabatur cuius in vita nitebatur salus civitatis: eo porro reip. tẽpore, quo si unus ille 43. occidisset 43. nõ hæc solum civitas, sed gentes omnes concidissent 44. nisi forte, quia perfecta 45. res non est, non fuit puniẽda: perinde quasi 46 exitus rerũ, non hominum cõsilia legibus 47. vindicẽtur 48,

Minus

29 commemoratur ab adversariis Milonis. 30 Clodii. 31 cruentata, conspersa, infecta. 32 Clodius. 33 occultaverat constituerat. 34 servo, confitebatur suum crimen. 35 nunquam postea venit Pompeius in Senatum &c. 36 in domo sua. 37 num aliquis inquisivit de hoc scelere. 38 si quis alig vir dignus fuit. 39 certe tempus, res, Pompeius, digna omnino fuerunt, ut de his insidiis quæstio fieret. 40 qui convenerat in templo Castoris. 41 Pompeio. 42 Pompeius. 43 interfectus fuisset. 44 periissent. 45 cædes Pompeii non fuit facta. 46 Ironia. 47 per leges. 48 puniantur.

49 equi-

Minus dolendum fuit re nõ perfecta 49. sed 50. puniendum certe nihilominus. Quoties ipse 51. iudices, ex P, Clodii telis 52. & ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus 53. si me nõ mea, vel reipubl. fortuna servasset, quis tandẽ de interitu meo quæstionem tulisset 54?

29 equidem dolor noster non magnus erat, quoniam cædes Pompeii non perficiebatur. 50 sed tamen crimen Clodii insidiatoris nihilominus puniri debuisset. 51 ego. 52 insidiis vitæ. 53 insidiis & manibus. 54 instituisset.

CAPUT. VIII

SEd stulti 1. sumus, qui Drusum, qui Africanũ, Pompeium nosmetipsos cum P. Clodio conferre 2. audeamus. Tolerabilia fuerunt illa 3. P. Clodii mortem æquo animo nemo ferre potest 4 Luget 5. senatus: moeret equester ordo: tota civitas confecta senio est 9: squalent 7. municipia 9 afflictantur coloniæ: agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansvetum civem 9. desiderant. Non fuit ea profecto causa, iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem 10. ferendam: sed homo sapiens, & alta quadam mente præditus, multa vidit. fuisse sibi illum

1 Ironia. 2 comparare. 3 quod illi necati fuerunt, & quod Pompeio & mihi insidiæ a Clodio structæ sunt. 4 Ironia. 5 Ironia. 6 tota est in tristitia. 7 lugubres vestes induerunt. 8 libera oppida. 9 Clodium. 10 novam formam iudicii militaris instituendam. 11 Clodium. 12 sed Milonẽ esse

um 11. inimicum,familiarem 12. Milonem. In ommuni omnium lætitia 13.si etiam ipse gau eret: timuit, ne videretur infirmior fides re- onciliatæ gratiæ 14. Multa etiam alia vidit, ed illud maxime: quamvis atrociter ipse tulis- et 15.vos tamẽ 16 fortiter iudicaturos.Itaque lelegit e florentissimis ordinibus ipsa lumina 17 ieque vero, quod nonnulli dictitant 18. secrevit 9.in iudicibus legendis 20.amicos meos. Neque nim hoc cogitavit vir iustissimus, neque in bo- nis viris legendis 21. id adsequi 23.potuisset, etiã i cupiisset. Non enim mea gratia familiaritati- bus continetur 24: quæ late patere non pos- sunt 24. propterea quod consvetudines victus non possunt esse cũ multis 25.sed,si quid pos- sumus 26.ex eo 27.possumus,quod 28.resp.29. nos 30.cõiũxit cũ bonis:ex quib9 31.ille 32.cũ opti-

esse suum amicum. 13 ob mortem Clodii- 14 ne videre- tur, quasi non fideliter in gratiam rediisset cum Clodii fa- milia,cuius frater dederat filiam in matrimonium uni ex filiis Pompeii. 15 quamvis ipse instituisset horribile iudi- cium propter milites dispositos. 16 hoc non obstante. 17 præcipuos & amplissimos viros. 18 clamant,aiunt. 19 sele- git. 20 quando, dum iudices elegit. 21 in electione bonorũ virorum. 22 impetrare,divinare. 23 non enim ideo homi- nes mihi favent, quoniam familiares multos haberem. 24 quoniam familiares mei non multi sunt. 25 quoniam oble- ctatio & voluptas & talis conversatio cum multis mihi esse non potest. 26 si quid ego valeo,& actoritate mea possum. 27 ob hanc causam id possum. 28 quoniam. 29 honestas & status ratioque reip: 30 me. 31 bonis viris. 32 Pompeius. 33 ad

optimos viros legeret, idque maxime ad fide suam 33.pertinere arbitraretur,nõ potuit lege 34.nõ studiosõs mei 35 Quod vero te, L. Domit huic quæstioni præesse 36.maxime voluit, nih quæsivit aliud, nisi iustitiam, gravitatem, hum nitatem, fidem. Tulit 37.ut 38.consularẽ neces esset: credo 39.quod 40.principum 41.munus 4 esse ducebat 43.resistere & levitati multitudin 44.& perditorum 45.temeritati. Et consularil te 46.creavit 47.potissimum. Dederas 48.enin quam 49.contemneres populares 50. insania iam ab adolescentia documenta 51. maxim

33 ad fidelitatem & iustitiam suam, qua obstrictus er reipub: 34 eligere. 35 meos amicos, honestos & bonos v ros. 36 ut tu sũmus iudex esses in hoc iudicio. 37 in h iudicio milites ideo disposuit. 38 quemadmodum necess erat, ut ipse, tanquam Consul creatus, ita faceret. 39 & a bitror, id ab ipso ideo factum esse. 40 quoniam. 41 summ rum in repub: virorum. 42 officium. 43 arbitrabatur. 4 plebis seditiosæ. 45 sceleratorum Clodianorum. 46 Luc Domitium. 47 constituit Pompeius supremum iudicem hac causa. 48 documenta. 49 quam vehementer. 50 popu quæ niterentur favore populi. 51 exẽpla, testimõia, *Probe*

CAPUT IX.

QUamobrem, iudices, ut aliquando ad cau sam crimenque 1.veniamus: si neque omn cõfessio facti est inusitata: neque de causa quic quã nostra aliter, ac 2.nos vellemus 3.a senat iudica-

1 Quod obiicitur Miloni. 2 quam. 3 optaremus.

4 da

udicatū eſt: & lator 4 ipſe legis, cū eſſet con roverſia nulla facti 5, juris tamen diſceptationē 6 eſſe voluit; & 7 electi judices, & iſti præpoſitꝰ quæſtioni 8, qui hæc 9 juſte, ſapienterq; diſce ptet 10: reliquum eſt, judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis: niſi, uter utri 11 inſidias fe- cerit: quod quo faciliꝰ argumētis 12 perſpicere poſſitis, rē geſtā vobis dū breviter expono, quæ ſo 13 diligenter attendite 14: P. Clodius cū ſta- tuiſſet omni ſcelere 15 in prætura 16 vexare rēp. videretque ita tracta 17 eſſe cōitia 18 anno ſuperiore, ut nō multos menſes præturā gerere poſſet: qui 19 nō 20 honoris gradū ſpectaret, ut 21 ceteri, ſed & L. Paullū collegam effugere 22 vellet, ſingulari virtute civem, & annum inte: grum ad dilacerandam 23 rēpub. quæreret; ſu- bito reliquit annum 24 ſuum, ſeque in annum proximum 25 tranſtulit, non religione 26 ali- qua.

4 dator. 5 de facto. 6 voluit tamen legiſlator, ut diſpu- taretur & inquireretur, num jure aliquid factum ſit nec ne 7 & cum ſint. 8 & cum L. Domitius ſummus judex in hac quæſtione ſit conſtitutus. 9 hanc quæſtionem. 10 dijudicet 11 an Clodius Miloni, an vero Milo Clodio. 12 per argu- menta certa. 13 rogo vos. 14 auſcultate. 15 per varia ſce- lera. 16 ſi Prætor eſſet. 17 dilata, protracta. 18 conventum populi, in quo de novis Magiſtratibus agebatur. 19 Clodius 20 non tam. 21 quemadmodum ceteri obſervare ſolēt gra- dum honoris. 22 evitare, nolebat Paullum habere collegā in Prætura. 23 vexandam. 24 in quo poterat eſſe Prætor, ſi voluiſſet hunc honorem petere & gerere Præturam. 25 in quo iterū inſtitui debebant Cōitia. 26 ob cōſcientiā ſuā.

26 cogi-

qua, ſed ut haberet, quod ipſe dicebat, ad præturã gerendã hoc eſt, ad evertendam rempublicam, plenũ annũ atque integrum. Occurreba 27 mancam 28 ac debilem præturã ſuam futurã conſule Milone 29 eũ 30 porro ſummo cõſẽſi populi R. conſulẽ fieri videbat. Contulit 31 ſ ad ejus 32 competitores 33: ſed ita, totã ut petitionem ipſe ſolus, etiã invitis illis 34, gubernaret: tota ut 35 comitia ſuis, ut dictitabat, humeris ſuſtineret 36. Convocabat tribus 37: ſe interponebat 38: coloniã novam 39 delectum 4 perditiſſimorũ conſcribebat 41 civiũ. Quant ille 42 plura miſcebat 43, tãto hic 44 magis i dies convaleſcebat 45. Ubi 46 vidit homo 45 a omne facinꝰ paratiſſimꝰ, fortiſſimũ virũ 48, inimiciſſimũ ſuũ, certiſſimũ conſulẽ, idque intellexit non ſolũ ſermonibus, ſed etiam ſuffragi populi R. ſæpe eſſe declaratum: palam agere cœpit, & aperte dicere, occidendum 49 Milonem. Servos agreſtes & barbaros, quibus 50 ſi

vas

27 cogitabat. 28 non plenam, propter annum non integrum. 26 dum Milo Conſul eſſet. 30 Milonem. 31 acceſſ 32 Milonis. 33 qui ſimul cum Milone Conſulatum petebã 34 contra voluntatem reliquorum Competitorum. 35 velti. 36 portaret. 37 centurias, in quas populus diviſus. 3 impedire ſtudebat electionem Milonis pollicẽdo & perſvdendo. 39 vel: Coloniã novam. 40 quæ Colonia delecti erat. 41 convocabat. 42 Clodius. 43 turbabat. 44 Milo 4 tanto plura ſuffragia acquirebat. 46 poſtquam. 47 Clodiꝰ 48 Milonem. 49 interficiendum eſſe. 50 cum quibus.

51 va-

s publicas depopulatus erat 51, Etruriãque xarat, ex Apennino 52 deduxerat 53, quos vibatis, res erat minime obscura 54 Etenim pan dictitabat, consulatum Miloni eripi non sse: vitam posse 55. Significavit 56 hoc sæpe senatu: dixit in concione 57; quin 58 etiam vonio, fortissimo viro, quærenti ex eo 59, qua e fureret Milone vivo 60, respõdit, triduo 61 um 62, ad summũ quatriduo periturũ: quam cem 63 ejus ad hunc M. Catonem statim Fanius detulit 64.

51 vastaverat, in quibus exercuerat sua latrocinia. 52 nte. 53 in provincia Italiæ. 54 aperta, omnibus nota. 55 pi Miloni. 56 indicavit, dixit. 57 conventu populi. 58 o. 59 cũ Favonius ipsũ interrogaret. 60 quã diu viveret ilo. 61 intra tres dies. 62 Milonem. 63 sermonem, respõnem. 64 indicavit.

CAPUT X.

Nterim cum sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter solenne 1, legitimum, cessarium, ante diem XIII. Kalendas Feuar. Miloni esse 2 Lanuvium 3 ad flaminem rodendum 4, quod 5 erat dictator 6 Lanuvij Milo: Roma 7 subito ipse 8 profectus pridie 9 t, ut ante suum fundum 10 (quod re 11 inllectum est) Miloni insidias collocaret 12: atque

1 Annuum. 2 a Milone instituendum esse. 3 oppidum atii, in dextro latere viæ Appiæ. 4 ut nominaret aliquẽ cerdotem Iunoni Sospitæ, cujus templum erat Lavinii. quoniam. 6 summus Magistratus. 7 ex urbe Roma. 8 Clous. 9 unum diem antequam Milo proficisceretur. 10 vilm. 11 ex eventu. 12 faceret, statueret.

que ita profectus est,ut concionẽ 13 turbule
tam,in qua ejus furor desideratus est 14, qu
illo ipso die habita est, relinqueret: quam
nisi obire 16 facinoris locum tempusque vol
isset, nunquã reliquisset. Milo autẽ cũ in s
natu fuisset eo die,quoad 17 senatus dimissus
domũ venit,calceos & vestimẽta mutavit:pa
lisper, dũ 18 se uxor (ut fit 19) comparat 2
commoratus est:deinde profectus est id 21 tẽp
ris,cum iam Clodius, siquidẽ eo die Romã ve
turus erat 22,redire potuisset.Obviam fit eiCl
dius expeditus 23,in equo,nulla rheda 24,nu
lis impedimẽtis,nullisGræcis comitibus 25,
solebat;sine uxore:quod nunquã fere 26? cũ
hic insidiator,qui iter illud ad cædem facie
dã apparasset,cũ uxore veheretur 28 in rhed
pænulatus 29,vulgi 30 magno impedimẽto,
muliebri& delicato ancillarũ puerorũque c
mitatu.Fit 31 obviã Clodio ante fundum eju
hora fere undecima,aut nõ multo secus 32 st
tim

13 conventum populi. 14 defuit. 15 Concionem. 16 c
servare. 17 postquam. 18 dum interim. 19 quemadmodu
fieri solet. 20 parat ad iter cum marito suscipiendum.
eo tempore. 22 Romam redire voluisset. 23 paratus.
non vehebatur in rheda. 25 non-habebat tunc secum Gr
cos famulos,qui ipsum alias comitari solebant. 26 fac
consvevit. 27 cum tamen. 28 vectus fuerit,cum ex ur
proficisceretur. 29 indutus pænula. 30 multos habebat
cum servos. 31 Milo fit. 32 aut non diu post horam illã

33 gla-

n cõplures cũ telis 33 in hunc 34 faciunt de loco superiore impetũ: adversi 36 rhedariũ cidunt. Cum autem hic 37 de rheda, rejecta pænula, desiluisset, seque acri animo defen-ret: illi, qui erant cũ Clodio, gladijs eductis, rtim recurre e ad rhedam, ut a tergo Milonẽ orirentur: partim, quod hunc iam interfectũ tarent, cædere incipiunt ejus servos, qui post erãt: ex quibus qui animo fideli in dominum nt & præsentes 40 fuerunt, partim occisi sũt rtim, cũ ad 41 rhedã pugnari viderent, & do-no succurrere prohiberentur 42, Milonẽq; cisum 43 etiam ex ipso Clodio audirent, & esse putarẽt, fecerunt 44 id servi Milonis cam enim nõ derivandi criminis causa 45, l ut factũ est) neque imperante, neque sci-tẽ, neque præsente domino, quod suos quis-e servos in tali re 46 facere voluisset.

33 gladiis. 34 Milonem. 35 ex loco edito. 36 retro. 37 lo. 38 postquam rejecerat a se pænulam. 39 currum. 40 ti, audaci. 41 apud. 42 impedirentur. 43 interfectum . 44 occiderunt Clodium. 45 quasi ego velim, transfer-cædem a Milone ad eius servos, & his tribuere culpam. casu.

CAPUT XI.

[H]Æc sicut exposui 1, ita gesta sunt, judices: in-sidiator superatus 2, vi victa vis 3, vel potius oppressa virtute 5 audacia 6 est. Nihil dico quid

1 Narravi. 2 occisus est. 3 & vis illata victa fuit per vim t rectius dicam. 5 per fortitudinem defensionis. 6 Clo-aggressoris. 7 quantum bonum. 8 per Clodii mortem.

quid 7 resp.cõsecuta sit 8: nihil, quid vos
nihil quid omnes boni: nihil sane id prosit
Miloni, qui hoc fato 11 natus est, ut ne se qui
servare potuerit, quin 12 una 13 rẽpublicã v
que sarvaret. Si id 14 jure nõ 15 posset, nihil h
beo, quod defendã: sin 16 hoc & ratio 17 doct
& necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris
natura ipsa præscripsit, ut omnẽ sẽper vim; qu
cunque ope 19 possent, a corpore, a capite,
vita sua propulsarent; non potestis hoc facin
20 improbum 21 judicare, quin simul judicet
omnibus, qui in latrones inciderint, aut illo
telis 22, aut vestris 23 sententiis esse pereund
24. Quod 25 si ita putasset: certe optabili
26 Miloni fuit 27 dare iugulum 28 P. Cl
dio, non semel ab illo, neque tum 29 primu
30 petitum. 31, quam iugulari 32 a vobi
quia 33 se illi non iugulandum tradidisset. S
hoc nemo vestrum ita sentit, illud iam in i
dicium venit 34 non 35, occisusne sit, qu
fate-

9 ex ea consecuti sitis. 10 prodesse poterit. 11 hac v
luntate deorum, hoc modo. 12 ut non. 13 simul. 14 oc
dere insidiatorem. 15 nihil. 16 quod si vero. 17 sana rat
18 bestiis. 19 ratione, modo, auxilio. 20 cædem Clodii.
injustum. 22 per tela latronum. 23 per vestras. 24 interf
necessario oportere omnes illos. 27 si Milo hoc credidi
29 melius. 27 fuisset. 28 collum. 29 illo tempore. 30 p
ma vice. 31 sæpius jam insidiatus est Clodius vitæ M
32 interfici, puniri. 33 ex hac causa, quia se non passus
set interfici a Clodio. 34 disquiritur. 35 non hoc quærit

36 hoc

fatemur: sed 36 jure, an injuria: quod multis antea in causis 37 iā quæsitū est. Insidias factas esse 38 constat 39: & id est, quod senatus cōtra rēp. factum judicavit: ab utro 40 factæ sint, incertum est, de hoc igitur latū est 41, ut quæreretur. Ita & senatus rem 42, non hominem 43 notavit 44: & Pompeius de jure, non de facto, quæstionē tulit. Num quid igitur aliud in judicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? profecto nihil 45. Si hic illi; ut ne sit impune 46: si ille huic 47: tū 48 nos scelere 49 solvamur 50.

36 hoc quæritur, an Clodius occisus sit jure &c. 37 exēplis. 38. Miloni a Clodio. 39 certum & indubitatum est partim ex antea dictis. 40 an a Clodio, an vero a Milone, 41 sententia dicta, lex lata est a Pompeio. 42 cædem. 43 Milonem. 44 putavit esse inquirendam. 45 aliud iam quæritur. 46 si Milo Clodio struxit insidias, tunc necesse est, ut ille puniatur. 47 si vero Clodius Miloni struxit insidias. 48 at tum. 49 a crimine, 50 liberetur Milo & absolvatur.

CAPUT XII.

QUoniam igitur pacto 1 probari 2 potest, insidias Miloni fecisse Clodium? satis 3 quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua 4 docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum 5, CUI BONO 6. FUERIT, in his personis 7 valeat

1 Modo. 2 demonstrari. 3 facile. 4 Clodio, qui furenti bestiæ similis est. 5 Cassii, proverbium. 6 in quem finem, quo respectu.

7 valeat 8: & si boni nullo 9 emolumento impelluntur 10 in fraudem 11, improbi sæpe parvo 12. Atqui 13 Milone interfecto Clodius hoc assequebatur, non modo ut prætor esset non 14 eo consule, quo 15 sceleris nihil facere posset: sed etiam ut his 16 consulibus prætor esset, quibus si non adjuvantibus, at conniventibus 17 certe, sperasset se posse remp. eludere 18 in illis suis cogitatis furoribus 19 cujus 20 illi 21 conatus 22, ut ipse ratiocinabatur 23, nec, si reprimere possent cuperent cum tantum beneficium 24 ei se debere 25 arbitrarentur: &, si vellent, fortasse vix possent frangere 26 hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate 27 audaciam. An vero judices vos soli ignoratis, vos hospites 28 in hac urbe versamini? vestræ peregrinantur 29 aures

neque

7 Milone & Clodio. 8. locum habeat. 9. ne per maximas quidem utilitates. 10. conjiciuntur, excitantur. 11. ad committendum aliquod crimen, vel, ut Horatius dicit: oderunt peccare boni virtutis amore. 12 improbi autem sæpe excitantur ad facinus per levem utilitatem. 13 iam vero. 14 dum Milo consul ãplius nõ esset 15 qui Milo quamdiu Consul esset, Clodius nullum scelus audere poterat. 16 Hypsaeo & Scipione, cõpetitoribus Milonis. 17 permittentibus. 18 vexare. 19 sceleribus. 20 Clodii. 21 Consules, Hypsaeus & Scipio. 22 audaciam. 23 arbitrabatur, sibi persvadebat, 24 Consulatum. 25 accepti referre. 26 debilitare, reprimere, coercere, 27 per longum tempus. 28 peregrini, omnium rerum ignari. 29 nihil audierunt unquam de audacia Clodii:

30

neque 30 in hoc pervagato 31 civitatis sermone versantur 32, quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces 33 urbis, & pestes reip) fuerit impositurus nobis omnibus, atq; inusturus 34? Exhibe, quæso, Sexte Clodi, exhibe librariū 35 illud legum vestrarū, quo 46 te aiūt eripuisse e domo, & ex mediis armis turbaque nocturna, tanquam Palladium 37 sustulisse, ut præclarū inde munus 38 ac instrumentū 39 tribunatus ad aliquē si nactus esses, qui tuo 40 arbitrio tribunatū gereret, deferre posses. Et 41 adspexit me illis quidem oculis 42; quibus 43 tū solebat, cum omnia omnibus minabatur. Movet 44 me quippe 45 lumen 46 curiæ.

30 neq; aures vestræ 31 ōnibꝰ noto, qui per totā civitatē percrebuit. 32 occupātur. 33 seditiones, pericula. 34 tanquā servis, quibꝰ stigma, seu nota servitutis inurebatur 35. cistā thecā, in qua leges vestræ reconditæ sunt. 36 librariæ. 37 ē sanctam & inviolabilē. 38 domū. 39 tanquā rationariū & breviarium, quo sequentes Tribuni plebis uti possent. 40 juxta tuam voluntatē. 41 & Sextus Clodius, cum hæc ex me audiret. 42 torvis, minacibus. 43 qualibus oculis me solebat illo tempore aspicere. 44 conturbat. 45 Ironia. 46 hic egregius vir, qui velut lumen curiæ est; scilicet.

CAPUT XIII.

QUid? tu me iratū, Sexte, putas tibi cujus tu inimicissimū 1 multo crudelius etiā punitꝰ es 2, quam erat humanitatis meæ postulare 3:

1 Clodium, quem tu cremasti mortuum. 2 punivisti quam ego unquam postulassem, qui crudelis non sum

Tu P. Clodii cruentum cadaver eiecisti domo: tu in publicum eiecisti: tu spoliatum imaginibus 4. exequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum 5. nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Quam rem etsi necessario fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti 6 tuam, laudare non 7. possum, irasci certe non debeo 8. P. Clodi præturam non sine maximo rerum novarum metu proponi, & solutam fore 10 videbatis, nisi esset is consul, qui eam auderet, possetque constringere 11. Eum 12 Milonem esse cum sentiret universus populus R. quis dubitaret suffragio 13 suo se metu, periculo rempublicam liberare? At non 14. P. Clodio remoto 15. usitatis iam rebus enitendum est 10, Miloni, ut tueatur 17. dignitatem suã. Singularis illa huic uni concessa gloria, quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis 19 iam morte Clodii cecidit 20. Vos adepti estis 21 ne qui

22. Ci-

4 Maiorum, quæ in funeribus geri solebant. 5 quod tum combustum non erat. 6 prodidisti, impendisti. 7 quidem. 8 tibi ob hanc rem. 9 periculosarum. 10 constitutam, vel finitam. 11 coërcere, reprimere. 12 cum vero intelligeret populus, tantam auctoritatem esse in Milone, is posset coërcere Clodium 13 per cõsensum suum. 14 usitatis, insolitis modis, per singularem defensionem. postquam cũ summa reipublicæ utilitate occisus est Clodius. 16 id agere & efficere cogitur Milo. 17 defendat cõservet. 18 Miloni. 19 dum reprimebat furores Clodii, in periculũ adducitur, diminuitur. 21 per mortem Clo

21. am

22.civem metueritis:hic 23.exercitationem virtutis, suffragationem consulatus, fontem perennem gloriæ suæ perdidit 24. Itaque Milonis consulatus, qui, vivo 25.Clodio, labefactari 26. non poterat, mortuo 27.denique tentari 28.cæptus est. Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodii mors Miloni. At valuit odium 29.fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor injuriæ, punitor doloris sui. Quid, si hæc, non dico maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone, sed in illo 30.maxima 31:nulla in hoc 32? quid vultis amplius? quid 33.enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suæ 34.gloriæ, præter 35.hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat 36.ut odisset primum defensorem salutis meæ: deinde vexatorem 37. furoris, domitorem armorum suorum: postremo etiam accusatorem. Reus enim Milonis lege 38.Plotia, fuit Clodius, quoad 39.vixit. Quo tandem animo hoc 40.tyrannũ 41 tulisse

21 amplius aliquem. 23 Milo. 24 dum ob cædem iustã Clodij in jus vocatur. 25 dum ille vivebat. 26 ad ruinam propelli. 27 post mortem Clodij 28 labefactari 29 sed dicunt adversarij: Milo prosequutus est odio Clodiũ. 30 Clodio. 31 hæc omnia, odium, dolor, inimicitia, fuerunt ergã Milonem. 32 Milone erga Clodium. 33 ex qua causa 34 qui Clodius in causa erat, ut Milo maximam gloriam impetraret. 35 tale quidem odium Milo gessit contra Clodium. 36 hunc animum habebat Clodius. 37 inimicum. 38 juxta legem Plotiam. 39 quamdiu. 40 hanc mentem Milonis. 41 Clodium, qui nullius paruit legibus.

42 cu-

lisse creditis? quantum odium illius, &, in homine iniusto, quam etiam iustum 42?

42 cujus, licet injusti hominis, causæ tamen odij in Milonem, accusatorem suum, iustæ erant.

CAPUT XIV.

Reliquum est, ut iam illum 1. natura ipsius consvetudoque defendat: hunc 2. autem hæc eadem 3. coarguant 4? nihil 5. per vim unquam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo iudices? cum 6. mærentibus vobis 7. urbe cessi 8 iudiciumne timui? non 9. servos, non arma, non vim? Quæ fuisset igitur causa restituendi mei 10. nisi ei 11. fuisset iniusta 12. eiiciendi 13. Diem mihi, credo, dixerat 14. multã 15. irrogarat 16. actionem perduellionis intenderat 17 & mihi, iudices, in causa aut vestra mala, aut mea nec præclarissima etiã iudiciũ timendum fuit 18. Servorum & egentium civium & facinorosorum armis meos cives, meis 19. consilii peri-

1 Milonem. 2 Clodium. 3 natura & consvetudo ipsius 4 accusent. 5 fecit. 6 quando ego. 7 cum lacrymis vestri 8 ex urbe profectus sum in exilium, quoniam id volebat Clodius, 9 annon timui servos, quos Clodius contra me excitabat? 10 ut ergo restituerer. 11 Clodio 12 causa. 13 ut ego pellerer ex urbe 14 accusavit me apud populum. 1[5] pœnam pecuniariam. 19 mihi imposuerat 17 me voluerat accusare tanquam hostem patriæ. 18 si ea causa mala fuit vestra fuit, nam, quia vos jussistis, & propter utilitatẽ vestram, ego gulas fregi socijs Catilinæ: sin bona causa est ergo ego habeo magnam laudem. Igitur in istius modi causis numquid judicium timerem? 19 per mea.

20 tra-

periculisque servatos, pro me obiici 20. nolui. Vidi enĩ, vidi hunc ipsũ Q. Hortensium, lumen & ornamentum reip. pene interfici servorũ manu 21. cũ mihi adesset 22. quia in turba C. Vibienus; senator, vir optimus, cum hoc 23. cũ esset una 24. ita est multatus 25. ut vitã amiserit. Itaque quando illius 26. postea sica illa, quã a Catilina acceperat, cõquievit? Hæc intentata nobis est 27. huic ego vos obiici 28 pro me 29. non sum passus; hæc insidiata Pompeio est, hæc 30. istam Appiam, monumentum sui nominis, nec 31. Papirii cruentavit: hæc eadem longo intervallo 32. conversa rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad regiam 33. pene confecit 34. Quid simile Milonis 35? cuius vis omnis hæc semper fuit, ne P. Clodius, cum in iudicium detrahi non posset, vi oppressam civitatem teneret 36. Quem si interficere voluisset, quantæ 37. quoties occasiones, quam præclaræ fuerunt? Potuitne, cum domum ac deos penates suos, illo 38. oppugnante, defenderet, iure se ulcisci? potuitne 39, cive egregio & viro fortissimo, P. Sextio, collega suo vul-

20 tradi, occidi. 21 a manu 22 cum staret prope me, cũ ausam meam defenderet. 23 Hortensio. 24 cũ esset apud psum. 25 vulneratus. 26 Clodij. 27 hanc si eam voluit quoue in nostra latera defigere. 28 ut vos ab eo occideremi 29 pro meæ salutis conservatione, 30 sica Clodij 31 per nortem cædem. 32 post longum tempus. 33 viam, 34 inerfecit 35 potest ne igitur aliquid simile de Milone dici? 6 occuparet. 37 occasiones ad id perficiendum. 38 cum lodius domum Milonis oppugnaret. 39 hoc facere.

vulnerato 40? potuitne, Q. Fabricio, viro optimo, cum reditu meo legem ferret, pulso 41 crudelissima in foro cæde facta 42? potuitne, L. Cæcilii, iustissimi fortissimique prætoris, oppugnata domo 43? potuitne illo die, cum est lata lex de me? cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitarat, facti illius 44. gloriã libens agnovisset: ut etiam si id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem 45. pro sua 46. vindicaret 47

40 cum vulneratus esset Sextius. 41 cum in exilium pelleretur Fabricius. 42 & cum facta esset cædes &c: 43 eo tempore, quo oppugnabatur domus Cæcilij 44. si occisus esset Clodius. 45 de occiso Clodio. 46 laude. 47 si tibi tribueret. acciperet, haberet.

CAPUT XV.

ATqui erat id 1. tẽporis clarissimus & fortissimus consul, inimicus Clodio, P. Lentulus ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ: septem 2. prætores, octo tribuni plebis, illius 3. adversarii, defensores mei: Cn. Pompeius auctor & dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute 4. mea gravissimam & ornatissimam 5. secutus est: qui populũ R. cohortatus est: qui, cum de me decretum Capuæ 6. fecisset, ipsæ cunctæ Italiæ cupienti 7. & eius idem imploranti, signum dedit, ut ad me restituen-

1 Illo tempore. 2 aderant. 3 Clodij. 4 restitutione. 5 præclaram, omni laude dignam. 6 in urbe Capua. 7 quæ desiderabat meum reditum. 8 Clo

uendum Romã concurrerent. Omnia tum denique in illũ 8 odia civium ardebãt desiderio mei 9. quem 10 qui tum 11. interemisset, non de impunitate eius, sed de præmiis cogitaretur 12. Tamen se Milo continuit 13. & P. Clodiũ ad iudiciũ bis, ad vim nunquam vocavit 14. Quid 15? privato Milone, & reo 16 ad populũ, accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompeiũ pro Milone dicentẽ impetus factus est. quæ 17 tum non modo occasio, sed etiam causa illius 18 opprimendi 19 fuit? Nuper vero cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, gravissimamque adolescens nobilissimus reipublicæ partem 20 fortissime suscepisset, atque illam belluam, iudicii laqueos declinantem 21. iam irretitam teneret 22: qui locus, quod tempus illud, dii immortales, fuit 23? cum se ille 24 fugiens in scalarum tenebras abdidisset 25. magnum 26 Miloni fuit 27. conficere illam pestem

8 Clodium. 9 quoniam vehementer me desiderabant. 10 Clodium 11 illo tempore. 12 non cogitatum fuisse solum de eo non puniendo, sed etiã præmijs afficiendo. 13 quietus fuit, non aggressus est Clodium, quod facere tamen potuisset impune. 14 traxit. 15 porro dicam. 16 cum Milo magistratum non gereret, sed viveret, privatus, & apud populũ accusaretur a Clodio. 17 quam egregia. 18 Clodij. 19 interficiendi. 20 defensionem ordinis equestris cõtra Clodium. 21 qui nolebat in judicium trahi. 22 iam ita teneret constrictam, ut vix effugere posset 23 tunc optima occasio & commodum tempus fuisset eum interficiendi. 24 Clodius. 25 occultasset, 26 facile. 27 fuisset.

28 ita

peſtem nulla ſua invidia 28. Antonii vero ma-
xima gloria 29? Quid? comitiis 30 in camp
quoties poteſtas fuit 31? cum ille vi in ſepta 3
irruiſſet, gladios diſtringendos, lapides iaciendo
curaſſet, deide ſubito, vultu 33. Milonis perterr
tus, fugeret ad Tiberim, vos 34 & omnes boni vo
ta faceretis, ut Miloni uti virtute ſuá liberet 35

28 ita, ut nullũ odium ob eam rem in ſe ſuſcepiſſet apu
alios. 29 cum gloria. 30 in comitiis. 31 Clodium occide
di 32 in locum comitiorum circumdatum ſepto. 33 pe
vultum & præſentiam. 34 cum vos. 35 ut vellet Milo in
terficere Clodium, quod facile perficere potuiſſet.

CAPUT XVI.

QUem igitur cum omnium gratia 1. nolui
2. hunc 3. voluit cum aliquorum querela
quem iure; quem loco 4. quem tempore, quem
impune non eſt auſus 5. hunc 6. iniuria, iniqu
7. loco, alieno 8. tempore, periculo 9. capiti
non dubitavit occidere? præſertim, iudices
cum honoris ampliſſimi contentio 10. & die
comitiorum ſubeſſet 11: quo quidem tempor
(ſcio enim, quam timida ſit ambitio 12. quan
taque, & quam ſolicita 13. cupiditas conſula
tus) omnia non modo, quæ reprehendi palan
ſed

1 Bona voluntate, conſenſu. 2 occidere. 3 an voluiſſe
eum iam occidere, præſertim aliqui de cæde poſſent quær
4 juſto 5 occidere. 6 an probabile eſt quod non dubitave
rit, quod voluerit hunc occidere. incommodo. 8 inepto,
non convenienti. 9 cum periculo vitæ ſuæ 10 competit
Conſulatus 11 adeſſet. 12 cupiditas honorum, Præturæ,
Conſulatus. 13 meticuloſa, timens ſemper peioris.

14 clan-

ſed etiã quæ obſcure 14 cogitari poſſent timemus: rumorem, fabulam 15 fictam, falſam perhorreſcimus: ora omnium, atque oculos intuemur 16. Nihil enim eſt tam molle, tam tenerũ tã aut fragile, aut flexibile 17. quã voluntas 18 erga nos, ſenſusque 19. civium: qui non modo improbitati iraſcuntur candidatorum 21. ſed etiam in recte factis ſæpe faſtidiũ 21. Hunc diẽ igitur campi 22. ſperatum, atque exoptatũ ſibi proponens Milo, cruentis manibus ſcelus & facinus præ ſe ferens 23 & confitens, ad illa auguſta centuriarũ auſpicia 24. veniebat? quam hoc non 25 credibile in hoc 26? quã idẽ in Clodio non dubitandũ 27. quin ſe, interfecto Milone, regnaturum 28. putaret? Quid? quod caput 29 audaciæ eſt, iudices: quis ignorat, maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis 30 ſpem? In utro igitur hæc 31 fuit? in Milone? qui etiam nũc reus eſt 32 facti 33. aut præclari, aut certe neceſſarii? an in Clodio? qui ita iudicia, pœnam-

14 clanculum, tacite, 15 ſermones communes hominum 16 præ, vel. ex metu. 17 quod facile frangi & flecti poteſt. 18 benevolentia. 19 favor. 20 qui honores & Magiſtratus petunt 21 fit ſæpius etiam, ut cives faſtidium habeant ab ijs, qui tamen recte fecerunt. 22 Martij, in quo electio Magiſtratuum fiebat. 23 oſtentans, & in eo glorians. 24 ſacrificia, electionem. 25 non eſt. 26 Milone. 27 de Clodio autem hoc facinus in dubium non poni debet. 28 Conſulem fore. 29 fons & cauſa permovens. 30 ſi crimina & vitia nõ puniantur. 31 audacia. 32 accuſatur, arguitur. 33 cædis.

34 diu

namque contemserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturã fas esset, aut per leges liceret? Sed quid ego argumentor 34? quid plura disputo? te Q. Petilli, appello 35. optimũ & fortissimum civem: te, M. Cato, testor: quos mih divina quædã sors dedit iudices. Vos ex M. Fa vonio audistis, Clodiũ sibi 36 dixisse; & audistis vivo 37. Clodio, periturũ Milonẽ triduo 38 Post diẽ tertiũ gesta res 39. est, quam 40 dixerat. Cum ille non dubitaret aperire 41. quid co gitaret: vos potestis dubitare, quid 42 fecerit

34 diu ratiocinor. 35 voco in testem. 36 Favonio. 37 viveret Clodius 38 intra tres dies. 39 cædes Clodij. 4 postquam dixerat. 41 palam dicere. 42 contra Milonem

CAPUT XVII.

QVemadmodum igitur eum dies non fefelit 1? dixi equidem modo 2. Dictator Lanuvini stata sacrificia nosse, negotii nih erat 3. vidit necesse esse Miloni proficisci La nuvium illo ipso, quo profectus est, die: ita que antevertit 4. At quo 5. die? quo, ut an dixi, insanissima concio 6 ab ipsius mercena rio 7. tribuno plebis est concitata: quem die ille,

1 Quomodo ergo scire potuit Clodius, Milonem periturum esse intra tres dies? 2 paulo ante. 3 facile poterat Clodius scire sacrificia Milonis, qui erat dictator Lanuv quæque in certum diem erant constituta. 4 ipsum occupavit, ante ipsum profectus est. 5 eo die, in quo. 6 plebs. 7 quem mercede corruperat.

8 cæ-

le, quam concionem, quos clamores, nisi ad co-
itatum facinus 8. approperaret 9. nunquã reli-
uisset. Ergo illi 10. ne causa quidem itineris, e-
iam causa manendi 11. Miloni manendi nulla
acultas 12. exeundi 13. non causa solũ, sed etiã
necessitas fuit. Quid, si, ut ille scivit, Milonẽ fo-
e eo die in via, sic Clodiũ Milo ne suspicari
quidẽ potuit 14? Primũ quæro, qui 15. scire po-
erit: quod vos idem in Clodio quærere non
potestis. Ut 16. enim neminem alium: nisi T. Pa-
tinam, familiarissimum suum rogasset 17. scire
potuit illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone
prodi flaminem 18. necesse 19. Sed erant per-
multi alii, ex quibus id 20. facillime scire posset:
omnes scilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu
unde 21. quæsivit? quæsierit sane 22. Videte, quid
vobis largiar 23. Servum etiam, ut Arrius, meus
amicus, dixit, corruperit 24. Legite testimonia
testium vestrorũ, dixit C. Cassinius, cognomento
Scola,

8 cædem Milonis. 9 properasset. 10 Clodio. 11. non solum habuit nullam causam itineris sui, sed etiam causam potius habuit manendi in urbe, & tamen profectus est. 12 Milo nec potuit nec debuit manere in urbe. 13. proficiscẽdi Lanuvium. 14. Milo etiam suspicari non potuit Clodium fore in via; sed Clodius tamen suspicari & scire potuit, Milonem fore in via. 15 quomodo. 16 etsi. 17. interrogasset. 18. institui sacerdotem. 19. necessario oportere. 20. profectionem Milonis. 21. apud quem. 22. ponamus etiam, quod Milo hoc quæsierit. 23. concedam, indulgeam. 24. ponamus etiam hoc, quod corruperit servum.

25 ex

Scola Interamnis 25.familiarissimus, & idem c[omes] P. Clodii: cuius iam pridem testimon[ium] Clodius eadē hora 26. Interamnæ fuerat & R[o]mæ, P. Clodium.illo die in Albano mansuru[m] fuisse, sed subito ei esse nunciatum, Cyrum a[r]chitectum esse mortuum: itaque Romam r[e]pente constituisse proficisci, dixit hoc com[es] item P. Clodii, C. Clodius.

25 ex oppido Interamnœ ortus. 26 in hora.

CAPUT XVIII.

VIdete 1. iudices, quantæ res his testimoni[is] sint confectæ 2. Primum certe 3. liberatu[r] Milo, nō eo consilio4.profectus esse 5.ut insid[i]aretur in via Clodio: quippe qui ei obvius futu[]rus omnino non erat: deinde (non enim video cur nō meum quoque agam negotium) scitis iu[]dices, fuisse 6.qui in hac rogatione 7.svadēd[o] dicerent, Milonis manu cædem esse factā, consi[]lio 8.vero maioris alicuius. Videlicet me latro[]nem, ac sicariū abiecti 9: homines, & perditi de[]scribebant 10. Iacent suis 11. testibus ii, qui Clo[]dium negant eo die Romam, nisi de Cyro audis[]set, fuisse rediturum. Respiravi: liberatu[s] sum 12: non vereor, ne, quod ne suspicari qui[]dem potuerim, videar id cogitasse. Nunc perse[]quar

1. Ipsimet vos iudicate. 2. quam pulchre res conficiatu[r] per hæc testimonia, Ironia. 3. per hæc testimonia adver[]sariorum. 4. intentione, animo. 5. quod profectus non sit 6. aliquos, qui dicent. 7. in qua nova quæstio de cæde Clodi[i] decreta est. 8. iussu. svasu, hortatu. 9. viles, miseri. 10. notabant, designabant, indigitabant. 11. cum suis. 12 ab omni metu Ironia 13. per

uar 13 cetera, nã occurrit 14 illud: ne Clodius uidẽ de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Al-ano mansurus, siquidem exiturus ad cædem e illa 15 non fuisset. Video enim, illũ qui dici-ır de Cyri morte nunciasse, nõ id 16 nunciasse, :d Milonem appropinquare. Nam quid 17 de yro nunciaret, quem Clodius Roma 18 profi-íscens reliquerat morientem? Una 19 fui testa-ıentum simul obsignavi cum Clodio: testamen-im autem palam fecerat, & illum 20 heredẽ & e scripserat 21 Quẽ pridie hora tertia animũ flantem reliquisset, cum 22 mortuũ postridie 3 hora decima denique ei 24 nunciabatur?

13. pertractabo. 14. in mentem mihi venit. 15 sua in via ppia. 16. mortem Cyri. 17. quam ob causam 18 ex Roma. ı simul ego fui apud morientem Cyrum. 20 Clodium. ı constituerat. 22. Cyrum esse 23 tertio die 24 Clodio.

CAPUT. XIX.

AGe, sit ita factum 1: quæ causa, cur Romam properaret? cur in noctem 2 se coniiceret? uid afferebat causa festinationis? quod 3 he-ɛs erat? primum erat nihil 4. cur properato opus esset: deinde, si quid 6. esset, quid tan-em erat, quod ea nocte consequi posset, mitteret autem 7. si postridie mane Romam enisset? Atque ut illi nocturnus ad urbem dventus vitandus potius, quam expetendus fuit

1. Quod nunciatum fuerit Clodio de morte Cyri. 2. cur octu profisci debuisset. 3. quoniam 4. nulla causa, 5 roperatione. 6, aliqua causa. 7. quod autem perderet.

7. at-

fuit 8: sic Miloni, cũ insidiator esset, se illum urbẽ noctu accessurum sciebat, subsistendum atque expectandum fuit 10. Noctu, invidioso & pleno latronum in loco occidisset: nemo neganti 12 non credidisset, quem esse omn salvum, etiam confitentem, volunt. Sustinuiss hoc crimen 13 primum ipse ille latronum o cultor & receptator locus, 14. dum neque mu solitudo indicasset, neque cæca nox ostendi set Milonem: deinde ubi multi ab illo viol ti, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspicionẽ caderent: tota deniqu rea citaretur Etruria 16. Atque illo die cer Aricia 17. rediens divertit Clodius ad Alban Quod nisi sciret Milo, illum Africæ fuisse, spicari tamen debuit, eum, etiamsi Romam il die reverti vellet, ad villam suam, quæ via tangeret 18. diversurum, cur neque ante o currit 19. ne ille in via resideret 20: nec 21 in loco subsedit 22. quo 23. ille 24. noctu ver turus esset? Video adhuc constare 25. omni iudi-

8. atque, quemadmodum Clodius debuisset potius vi re adventum suum & non venire in urbem, quam in ea venire. 9 manendum. 10. fuisset. 11. periculoso. 12. Mi ni, si id negasset. 13 crimen hoc derivatũ fuisset in locu 14. in quo latent & recipiuntur latrones. 15. hanc viole tiam. 16 tanquam auctor cædis. 17. ex Aricia, quod o pidum est Latii. 18. quæ sita esset ad viam. 19. venit i in mentem. 20. maneret. antequam Clodius in villam v niret. 21. cur nec. 22 mansit. 23. ad quem. 24. Clodiu 25. congruere, iusta & proba.

iudices: Miloni etiam utile fuisset Clodiũ vivere: illi 26. de ea 26. quæ concupierat, optatissimũ interitum Milonis fuisse: odiũ fuisse illius in hunc acerbissimũ, in illum huius nullum 28. consvetudinē illlius perpetuã in vi 29 inferenda, huius 30 tantũ in repellenda: mortem ab illo denunciatã Miloni, & prædictam palam, nihil unquã auditũ ex Milone: profectionis huius diem illi notũ, reditum illius huic ignotũ fuisse: huius iter necessariũ, illius etiam potius alienum 31: hunc præ se tulisse 32. se illo die Roma exiturũ, illũ eo die se dissimulasse rediturũ: hunc nullius rei mutasse consiliũ, illum causam mutandi consilii finxisse 33: huic 34. si 35. insidiaretur, noctē 36 prope urbē expectandã: illi, etiam si hunc non timerent, tamen accessum ad urbem nocturnũ fuisse metuendum.

26 Clodio autem. 27 scelera. 27 odium. 29 ut vim exerceret. 30 Milonis autem consvetudinem in eo semper fuisse positam, ut vim intentatam repelleret. 31 nec necessarium & plane incongruum. 32 publice dixisse. 33 quasi morte Cyri ad id cogeretur. 54 Miloni. 35 si voluisset. struere insidias Clodio. 36 in qua Clodius redire debebat Romã

CAPUT XX.

VIdeamus nunc id, quod caput 1. est locus ad insidias ille ipse, ubi congressi 2. sunt, utri 3 tandē fuerit aptior. Id vero, iudices, etiã dubitan-

1 Præcipuum & primum in tota hac causa. 2 ubi pugna facta est. 3 an Miloni, an Clodio?

bitandum, & diutius cogitandū eſt? Ante fundū 4. Clodii: quo in fundo, propter inſanas 5 illas ſubſtructiones 6. facile mille hominū verſabatur 7. valentiū 8. Edito 9. adverſarii atque excelſo loco ſuperiorē ſe fore putabat Milo, & ob eā rē eum locum ad pugnā potiſſimum elegerat. An in eo 10. loco eſt potius expectatus ab eo, qui ipſius loci ſpe 11 facere impetum cogitarat? Res loquitur, iudices, ipſa: quæ ſemper valet plurimum. Si hæc 12. non geſta audiretis, ſed picta videretis: tamen appareret, uter eſſet inſidiator, ut nihil cogitaret mali cū alter veheretur in rheda pænulatus 13 una 14 ſederet uxor, quid 15. horū non impeditiſſimum? veſtitus, an vehiculum, an comes 16 quid minus promptum 17. ad pugnā, cum pænula 18. irretitus, rheda impeditus, uxore pene conſtrictus 19 eſſet? Videte 20 nunc illum 21 primum egredientem e villa, ſubito; cur? veſperi; quid neceſſe eſt? tarde: qui 22 convenit, id 23 præſertim temporis? Divertit in villam Pompeii. Pompeium ut videret? ſciebat

4 ante villam Clodij hoc factum eſt. 5 ingentes. 6 ædificia, quibus margines villæ ſuſtinebantur. 7 erat, commorabatur. 8 robuſtorum, audaciam. 9 in alto. 10 Clodio 11 dum cofidebat opportunitati loci. 12 hanc rem. 13 pænula indutus. 14 & ſimul cum eo in rheda. 15 maximum certe impedimentum eſt ex utraque hac re. 16 uxor imbellis. 17 aptum, idoneum. 18 per penulam. 19 ut vix deſcendere ex rheda poſſet. 20 conſiderare. 21 Clodium. 22 quomodo. 23 hoc tempus, veſpertinum.

cin Alsiensi 24. esse 25. Villam ut perspiceret? illies in ea fuerat. Quid 26. ergo erat? mora tergiversatio 27, dum hic 28, veniret, locum linquere noluit.

24 Prædio ad Alsum, oppidum Tusciæ. 25 Pompeiū. 26 e causa. 27 cunctatio, expectatio. 28 usque dum Milo.

CAPUT XXI.

Ge: nunc iter expediti 1. latronis, cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille tea cum uxore: tum 2, sine ea, nunquam non rheda: tum in equo, comites Græculi, quo nque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat: tum nugarum 3. in comitatu nihil 4. Mi-, qui nunquam, tum casu 5. pueros symphonias uxoris duce at 7, & ancillarum greges, il- qui semper secum scorta, semper exoletos 8. nper lupas 9. ducebat, tum neminem, nisi ut rum a viro lectum esse diceres 10. Cur igitur ctus est 11. quia 12. non sēper viator a latrone, nnunquam etiam latro a viatore occiditur: ia, quamquā paratus 13. in imparatos Clodius, nen mulier 14. inciderat in viros 15. Nec vero

Aa sic

Parati ad cædem Clodij 2 illo autem tempore profes erat sine uxore. 3 inutilium servorum, inanis pompæ. um eo erat 5 fortuito 6 musicos 7 secum habebat 8 scornascula 9 meretrices 10 nisi forte quis dicere velit, quod dius certos sibi tum viros elegerit. cum quibus aggredeur Milonem. 11 Clodius 12 *Milo* 13 vir fortis. 14 molvir. 15 fortes.

16 sem-

sic erat unquam nõ paratus 16.Milo contra i
lum,ut non satis fere esset paratus. Semper il
& quantũ interesset 17.P.Clodii se 18.perire,
19.quãto illi 20 odio esset,& quantũ ille aud
ret,cogitabat. Quamobrem vitam suam, qua
maximis præmiis propositam, & pene addicta
sciebat 21.nunquam in periculum sine præ
dio,& sine custodia proiiciebat 22.Adde casu
adde incertos exitus pugnarum , Martemqu
communem 23. qui sæpe spoliantem 24.iam,
exultantẽ evertit,& perculit ab abiecto 25.Ad
de insciriã pransi 26.poti 27.oscitantis 28. du
cis:qui cũ a tergo hostẽ interclusũ reliquisse
nihil de eius extremis comitibus cogitavit: i
quos 29 incensos ira,vitãque domini despera
tes 30.cum incidisset, hæsit in iis pœnis,quas a
eo servi fideles pro domini vita expetiverunt 3
Cur 31.igitur eos manumisit 33? metuebat sc
licet 34.ne indicarent: ne dolorem perferre no
pos-

16 semper erat Milo paratus contra Clodium. 17 quan
tam utilitatem exinde speraret Clodius. 18 Milonem. 19
in 20 apud illum. 21 sciebat Milo, quod contra vitam s
maxime proposita essent præmia a Clodio 22 præcipitaba
dabat 23 eventus belli, qui communis esse solet in utraq
parte 24 victorem, qui spoliat hostem. 25 victo 26 qui pr
dium sumserat, commessatoris. 27 qui potator est. 28 ign
vi 29 comites Milonis. 30 qui servi seu comites desper
bant de vita sui domini iam vulnerati. 31 qui Clodium i
terfecerunt, ut pœnam ab eo sumerent pro domino, que
mortuum esse putabant. 31 cur Milo. 33 ipsos liberos f
cit a servitute. 34 Ironia.

35 hoc

possent: ne tormentis cogerentur, occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium cõfiteri. Quid opus est tortore? quid quæris? occideritne? occidit. Iure, an iniuria? nihil 35 ad tortorem. Facti enim in equuleo quæstio est 26. iuris in iudicio.

35 hoc nihil pertinet ad tortorem 36 in tortura quæri solet de facto tantum, de jure autem quæri solet in judicio; non in tortura.

CAPUT XXII.

QUod igitur in causa quærendum est, id agamus hic 1. quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu vero cur 2. miserit, si id potius quæris, quam 3. cur parum 4. amplis affecerit præmiis: nescis inimici factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui 6. omnia semper constanter & fortiter, M. Cato: dixitque in turbulenta concione, quæ tamen huius auctoritate placata est: non libertate solum, sed etiã omnibus præmiis dignissimos fuisse, qui 7. domini caput 8. defendissent. Quod enim præmium satis magnum est tam benevolis, tam bonis tã fidelibus servis, propter quos vivis 9. etsi id quidem non tanti est 10. quam quod propter eosdẽ non sangvine & vulnerib9 suis, crudelissimi inimici

 mici

1 Hoc loco iam, & dispiciamus, num jure Milo occiderit Clodium, an injuria. 2 servos 3 quam id. 4 non potius servos honorarit 5 non satis callide reprehendis inimici tuum. 6 dicit. 7 eos, qui, 8 vitam. 9 per quorum auxilium vivit & conservatus est Dominus 10 hoc quidem parum æstimat Milo, sed hoc ipsum male habet, quod non ipse potuerit occidere hostem, quoniam hoc servi fecerunt.

mici mentem oculosque ſatiavit: quos niſi manumiſiſſet, tormentis etiam dedendi fuiſſent conſervatores domini, ultores ſceleris, defenſores necis. Hic vero nihil habet in his malis 11. quod minus moleſte ferat, quam 12. etiamſi quid ipſi accidat 12, eſſe tamen illis meritum præmium perſolutum. Sed quæſtiones urgent Milonem, quæ ſunt habitæ nunc in atrio Libertatis, Quibonã de 14. ſervis? rogas? de P. Clodii. Quis eos poſtulavit? Appius, quis produxit? Appius, unde? ab Appio. Dii boni, quid poteſt agi ſeverius? De ſervis nulla quæſtio eſt in 15. dominũ, niſi de inceſtu 16. ut 17, fuit in Clodium. Proxime deos acceſſit Clodius, propius quam tum, cũ ad ipſos penetrarat 18: cuius de morte, tanquã de cærimoniis 19. violatis, quæritur. Sed tamẽ maiores noſtri in 20. dominũ de ſervo quæri 21 noluerunt, non quia nõ poſſet verum inveniri, ſed quia videbatur indignũ & dominis morte ipsa triſtius 22. In reum de ſervis accuſatoris cum quæritur, verum 23. inveniri poteſt?

Age

11 hac calamitate. 12 quam id, quod ipſos dignis præmijs affecerit. 12 etiamſi ideo triſtem ſententiam accipiat. 14 quæſtiones habitæ ſunt de ſervis Clodij. 15 contra. 16 de ſtupro inceſtuoſo, quod commiſerat Clodius. 17 quemadmodum quæſtio habita fuit de ſervis Clodij 18 Clodius nunc in cœlum ad deos venit paulo propius, quem illo tempore, quo ſororem ſuam turpiter amaverat, tanquam alter Iupiter. 9 ſacris rebus. 20 contra. 21 quæſtionem & torturam. 22 quoniam hoc modo ſalus dominorum poſita erat in confeſſione & arbitrio ſervorum. 23 veritas.

24 ju-

Age vero,quæ erat,aut qualis quæstio 24? Heus tibi Ruscio,(verbi causa 25)Clodius insidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux 26. Nullas fecit, sperata libertas. Quid hac quæstione certius? Subito arrepti in quæstionẽ, tamẽ separãtur a ceteris,& in arcas 27.coniiciuntur,ne quis 28. cũ iis colloqui possit.Hi cẽtũ dies penes 29. accusatorem cum fuissent,ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quæstione dici potest integrius 10? quid incorruptius?

24 interrogatio per tormenta.25 ut exemplum ejusmodi quæstionis proferam. 26 minatur servile supplicium, si hoc ausit dicere. 27 carceres 28 aliquis 29 apud. 30 verius Ironia

CAPUT XXIII.

QUod si nondum satis cernitis, cum res ipsa tot,tam claris argumentis signisque luceat, pura 2.mente, atque integra Milonem , nullo scelere imbutum 3. nullo metu perterritum , nulla conscientia exanimatum, Romam revertisse: recordamini per deos immortales , quæ fuerit celeritas reditus eius : qui 4. ingressus in forum , ardente curia 5: quæ magnitudo animi. qui vultus,quæ oratio. Neque vero se populo solum,sed etiam senatui commisit 6.neque senatui modo: sed etiam publicis præsidiis &

1 Aperta & clara sit 2 cum pura. 3 maculatum. 4 quam intrepidus. 5 cum curis per Clodij combustum cadaver incensa ureret. 6 concredidit, tradidit. tanquam innocens. 7 quasi

& armis 7. neque his 8. tantum, verum etiã eius 9. potestati, cui 10. senatus totam rempublicam omnem Italiæ pubem 11. cuncta populi Romani arma commiserat. Cui nunquam se hic 12. profecto tradidisset, nisi causæ suæ confideret, præsertim omnia audenti 13 magna metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti. Magna vis est conscientiæ, iudices, & magna in utramque partem: ut 14. neque timeant, qui nihil cõmiserint 15: & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. Neque vero sine ratione 16. certa, causa Milonis semper a senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem 17. præsentiam 18. animi, defensionis constantiam. An vero obliti estis, iudices, recenti illo nuntio 19. necis Clodianæ non modo inimicorum Milonis sermones & opiniones sed nonnullorum etiam imperitorum? negabant eum 20. Romam esse rediturum? Sive enim illud animo 21. irato ac percito 22. fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicũ arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodii pu-

7 quasi passus est se captivum retineri & ab armatis militibus custoditum. 8 publicis præsidijs & armis. 9 Pompeii 10 commiserat. 11 iuventutem, milites 12 Milo. 12 Pompeio, qui omnia audiebat quæ dicebantur & nihil ex rumoribus negligebat. 14 utili 15 mali facerunt. 16 consid. ratione. 17 quod nempe liceret occidere insidiatorem. 18 lætitiam 19 cũ recens nuncium afferretur de morte Clodii 20 Milonẽ. 21 ex animo. 22 incenso, iracundo, vehemen.

83 æsti-

utasse 23. ut 24. æquo animo patria careret, cū 5 sangvine inimici explesset odium suum: sive tiam illius morte patriam liberare voluisset, nō 6. dubitaturum fortem virum, quin 27. cū suo 8. periculo salutem reip. attulisset, cederet æ-uo animo legibus 29. secum auferret gloriam mpiternam, nobis hæc 30. fruenda relinque-et, quæ ipse servasset. Multi etiam Catilinam tque illa portenta 31. loquebantur: erumpet 31. ccupabit aliquem locum, bellum patriæ fa-iet. Miseros interdum cives, optime de repub. neritos: in quibus homines nō modo res præ-larissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias su-picantur 33. Ergo illa falsa fuerunt: duo certe vera exstitissent, si Milo admisisset 24. aliquid, quod non posset honeste vereque defendere.

23 æstimasse. 24 ut etiam libenter in exilium ire vellet. 25 postquam 26 non esse. 27 quin cederet. 28 cum suo 29 quæ non patiebantur, ut is esset in urbe, qui civem occi-disset. 30 salutem & tranquillitatem reipublicæ. 31 pericu-a. 32 in aliquam provinciam se conferret Milo. 33 de qui-bus etiam homines suspicantur, quasi coniurationem velint nire contra patriam. 34 fecisset.

CAPUT XXIV.

QUid, quæ postea sunt in eum congesta? quæ quemvis etiam mediocri. delictorum con-scientia perculissent 2. ut sustinuit, dii īmortales susti-

1 Dicta contra Milonem. 2 quæ tam atroicia fuerunt, ut facile etiam potuerint eum coniicere in terrorem, qui conscius sibi est mediocrium delictorum. 3 quanta vero cū constantia passus est Milo, hæc de se dici.

6 quam

ſuſtinuit ? imo vero ut 4 contẽſit: ac pro nihil putavit? quæ neq; maximo animo nocens nec innocens, niſi fortiſſimus vir negligere potui ſet. Scutorum, gladiorum, frenorũ, ſparorum pilorumque 6 etiã multitudo deprehendi poſ ſe 7 indicabatur 8 Nullũ in urbe vicũ 9 nul lũ angiportum 10 eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta 11 domus: arma in villam Ocriculanam devecta Tiberi 12: domus in cli vo 13 Capitolino ſcutis referta 14 plenã 15 o mnia malleorũ 16 ad urbis incendia cõparatorũ Hæc non delata 17 ſolum, ſed pene credita: ne ante repudiata ſunt, quam quæſita Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pom peii: ſed dicam, ut ſentio, judices. Nimi multa audire coguntur, neque aliter facer poſſunt ii, quibus tota commiſſa 18 eſt reſp Quin etiam audiendus ſit popa Licinius, ne ſcio quis, de circo maximo 19: ſervos Miloni apud ſe 20 ebrios factos, ſibi confeſſos eſſe, d interficiendo Cn. Pompeio conjuraſſe 21: de inde poſtea ſe 22 gladio percuſſum eſſe ab un de illis 23, ne indicaret. Pompeio in hor-

tos

4 quam forti animo. 5 ſparus erat genus teli exigui 8 recurvi 6 telum miſſile. 7 apud Milonem 8 dicebatur. plateam. 10 plateam anguſtam 11. 12 & arma fuiſſe devecta per Tiberim fluvium ad villam &c. 12 colle. 14 plen 15 eſſe. 16 ſarmenta. per quæ ignis facile poteſt diſpergi 17 dicta narrata, 18 demandata, concredita 19 qui habitaba ad Circum Maximum. 10 Licinium. 21 Milonem 22 Licinium 23 ſervis.

24 ego

os nunciavit. Arcessor in primis 24 de 25 ami-
orum sententia rem defert ad senatum Non 26
oterā in illius 27. mei patriæque custodis tāta
uspicione nō metu exanimari: sed mirabar ta-
nen, cædi popæ 28: ebriosorum confessionem
ervorum audiri, vulnus in latere, quod acu pū-
tū videretur, pro ictu gladiatoris probari 29.
Verum tamen, ut intelligo, cavebat magis Pom-
eius, quam timebat, non ea 30 solum, quæ ti-
nenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid vos
imeretis 31. Oppugnata 32 domus C. Cæsaris,
larissimi & fortissimi viri, per multas noctis ho-
as nunciabatur: nemo audierat tam celebri
oco, nemo senserat, tamen audiebatur. Non
oteram Cn. Pompeium, præstantissima virtute
ivem, timidum suspicari: diligentiam, tota
ep: suscepta, nimiam nullam putabam 33 Fre-
uentissimo 34. senatu nuper in Capitolio sena-
or inventus est, qui Milonem cum telo 35 esse
6. diceret, nudavit se in sanctissimo templo,
uoniam vita talis & civis, & viri, fidem non
facie.

24 ego Cicero inter primos fui, qui vocabuntur a Pom-
eio. 25 juxta sententiam. 26 non poteram non, necesse
rat. 17 Milonis. 28 quod Pompeius crederet vili sacrifi-
ulæ. 29 haberi, 30 cavebat sibi ab ijs. 31 ne vos confice-
emini in periculum. 32 quod oppugnata fuisset. 33 per-
adebar, eum non posse esse nimis diligentem in eo, quod
d salutem reipublicæ pertineret. 34 in pleno, cū ingens
umerus Senatorū adesset. 35 gladio 36 præsentem esse.

37 etiam

faciebat, nisi, eo tacente 37. res ipsa loqueretur. Omnia 18. falsa, atque insidiose ficta comperta sunt.

37 etiamsi ipse Milo sese non defenderet. 38 esse.

CAPUT XXV.

QUod si tamen metuitur 1. etiam nunc Milo, non hoc iam Clodianum crimen timemus sed tuas, Cn. Pompei (te enim iam appello ea voce, ut me audire possis) tuas, tuas, inquã, suspiciones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum 3. aliquando aliquid putas: si Italiæ delectus 4, ut nonnulli conquisitores 5. tui dictitant, si hæc arma, si Capitolianæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta iuventus, quæ tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum 6 armata est, atque illa omnia in 7. hunc unum instituta, parata, intenta 8. sunt: magna in hoc 9. certe vis, & incredibilis animus, & non unius 10 viri vires atque opes indicantur: siquidem in 11. hunc unum & præstantissimus dux electus, & tota resp. armata est. Sed quis non intel-

1 Metus adhuc durat propter Milonem. 2 non ideo timemus quoniam Milo interfecit Clodium. 2 esse cogitasse meditatum esse. 4 delecti milites 5 satellites, exploratores. 6 conjurationem 7 contra. directa & ordinata. 9 hoc Milone 10 sed multorum virorum fortitudo, quas in unico & solo Milone. 11 contra.

12 Pom-

itelligit, omnes tibi 12. reip. partes ægras & la-
entes 13, ut ea his 14. armis sanares & confirma-
es, esse commissas 15? Quod si Miloni locus 16.
atus esset: probasset 17. profecto tibi ipsi, nemi-
em unquam hominem homini cariorem fuisse,
uam te sibi 18. nullum se unquam periculum
ro tua dignitate fugisse 19 cum illa ipsa teter-
ima peste 20 sæpissime pro tua gloria conten-
isse 21: tribunatum suum 22 ad salutem meã,
uæ tibi carissima fuisset, consiliis tuis guber-
atum: se a te postea defensum in periculo
apitis 23. adiutum in petitione præturæ:
uos se habere semper amicissimos sperasse:
e tuo beneficio, me suo 24. Quæ si non pro-
aret 25: si tibi ita penitus inhæsisset ista suspi-
io nullo ut evelli modo posset: si denique
talia a delectu, urbs ab armis, sine Milonis
lade nunquam esset conquietura: næ 26. iste
7 haud dubitans 28 cessisset patria 29, is, qui ita
atus est, & ita consvevit 30: te, Magne, ta-
nen contestaretur 31: quod nunc etiam facit.

12 Pompeio. 13 debiles. 14 per hæc arma. 15 traditur.
6 facultas, occasio, potestas 17 demonstrasset. 18 Miloni.
9 vitasse, recusasse 20 factione Clodianorum. 21 pugnas-
e. 22 Milonis. 23 vitæ. 24 & eum semper sperasse. quod
abeat cumprimis duci præcipuos amicos, nempe, te Pom-
peium. qui ipsi magna beneficia dedisti, & me, cui Milo
magna beneficia dedit. 25 quod si tu hoc credere non pos-
es. 26 perfecto 29 Milo. 28 sine dubitatione & cunctati-
one 29 ex patria ivisset in exilium sponte sua 30 semper
olitus est salutem patriæ anteponere suæ saluti 31 te vellet
Milo prius vocare & appellare testem suæ innocentiæ,
quam iret in exilium.

CAPUT

CAPUT XXVI.

VIde quam sit varia vitæ, commutabilisque ratio 2, quam vaga volubilisque fortun quantæ infidelitates in amicis, quam ad temp 4. aptæ simulationes. quantæ in periculis fug proximorum, quantæ timiditates. Erit, erit lud profe..o tempus, & illucescet? aliquan ille dies, cum 6. tu, salutarib9 7. ut spero, r bus tuis, sed fortasse motu 8. aliquo communiu temporum immutatis 9, qui 10. quam crebro a cidat, experti 1. debemus scire: & amicissimi b nevolentiam, & gravissimi hominis fidē, & u us post homines natos fortissimi viri magnit dinem animi desideres. Qamquam quis h credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris 1 maiorum, rei denique publicæ peritissimu cum senatus ei commiserit 13, ut videret 1 NE QUID RESPUBLICA DETRIMEN CAPERET; quo uno versiculo 15. satis arm semper consules fuerunt, etiam nullis armis d tis 16: hunc exercitu, hunc delectu dato, iud cium exspectaturum fuisse in eius consilijs vi dican-

1 Et quæ facile mutari potest. 2 status, conditio, 3 i constans, incerta. 4 ad temporis rationes. 5 veniet. 6 desideres. 7 felicibus8. per malum 9 quando tua felicit erit immutata. 10 qualis motus & inconstantia rerum fortunæ. 11 nos, qui talia sæpe sumus experti. 12 consv tudinis, 13 hoc. 14 prospiceret, curaret, efficeret,. 15 qu bus verbis, 16 etiāsi Consules nunquā alicui arma dederū.

candis, qui vel iudicia ipsa tolleret 17? Satis iucatum est a Pompeio, falso ista conferri 18, in ilonem absolvi a vobis oporteret 19: ut omnes nfitentur, liceret 20. Quod veró in illo loco, que in illis publicorum præsidiorum copiis rcumfusus 21 sedet; satis declarat, se 22. nõ rrorẽ inferre vobis (quid enim illo minus dium 23, quam cogere ut vos eum condemne-, in quem animadvertere ipse 24 & more 25 iorum & suo iure posset?) sed 26 præsidio e: ut intelligatis, contra hesternam concio-m 27 illam licere 28 vobis, quod 29. sentiatis, ere iudicare.

17 an putatis, quod hic Pompeius cui exercitus datus est luerit exspectare judicium ut ejus (Milonis) consilia ne-ia & conjuratio puniatur, qui omnia judicia sustolleret r illa sua consilia? 18 dici de Milone. 19 per quam legẽ per quam legem fas esset, ut Milo absolveretur, quod nes confitentur. 21 circumdatus. 22 Pompeium 23 con-niens, decorum 24 quam ipse posse punire 25 juxta con-tudinem. 26 sed Pompejum tueri vos. 27 conventum puli. 28 liberum esse. 29 illud quod.

CAPUT XXVII.

NEc vero me, iudices, Clodianum crimen 1. movet: nec tam sum demens, tamque vestri nsus 2. ignarus atque expers, ut nesciam, quid morte Clodii sentiatis, de qua si iam nollem ita

1 Cædes Clodii 2 mentis, sententias.

3 repel-

ita diluere 2.crimẽ,ut 4.dilui tamẽ impune M
loni palam clamare,atque mentiri gloriose 5.
ceret: Occidi, occidi non Sp. Melium, qui a
nona levanda 6, iacturisque 7. rei familiar
quia nimis amplecti 8.plebẽ putabatur, in su
spicionẽ incidit regni appetendi 9: nõ 10. T
Gracchũ,qui collegæ 11.magistratũ 12. per s
ditionẽ abrogavit: quorũ 13. interfectores in
plerunt orbẽ terrarũ nominis sui gloria 14
sed eum 15 (auderet enim dicere,cum patria
periculo suo liberasset) cuius nefandum adult
rium in pulvinaribus 16 sanctissimis nobilissim
fæminæ comprehenderunt. eum, cuius su
plicio 17.senatus solẽnes religiones 18 expia
das sæpe censuit; eum, quem cum soro
germana nefarium stuprum fecisse L. Lucu
lus iratus se, quæstionibus habitis 19, d
xit comperiisse: eum, qui 20. civem 21, que
senatus, quem populus, quem omnes gente
urbis ac vitæ civium conservatorem iudic
bant,

3 repellere. refutare, removere 4 quemadmodum e
illud iam removi. 5 cum gloria sua & iactatione recte fa
6 dum voluit levare annonæ caritatem 7 per damnum.
captare favorem populi 9 quasi rex esse vellet. 10 non oc
di. 11 suo 12 imperium, officium. 13 Melii & Gracchi.
per gloriam, magnam gloriam ubiq; acceperunt. 15 e
interfeci. 16 in quibus positæ erant imagines deorũ. 17 p
pœnam. 18 cultum deorum à Clodio turpiter violatum.
per torturam in servos Clodij. 20 exterminavit, 21 se ip
intelligit Cicero.

22 pe

ant, servorum armis 22. exterminavit 23. eum,
ui regna dedit, ademit: orbem terrarum, qui-
uscum voluit, partitus est 24: eum, qui pluri-
is cædibus in foro factis, singulari virtute &
loria civem 25, domum vi & armis compulit:
um, cui nihil unquam nefas fuit nec in facino-
e 26, nec in libidine: eum, qui ædem Nym-
harum incendit, ut memoriam publicam recē-
onis 27, tabulis publicis impressam, extingve-
et: eum denique 28, cui iam nulla lex erat 29
ullum civile ius, nulli possessionū termini 30:
ui non calumnia litiū 31, non iniustis vindiciis
2. ac sacramētis 33 alienos fūdos, sed castris 34
xercitu, signis inferendis 35 petebat, qui nō so-
um Etruscos (eos enim penitus contemserat) sed
unc Cn. Pompeium, virum fortissimum atque
ptimum civem, iudicem nostrum, pellere
ossessionibus, armis 36. castrisque conatus est:
ui cum architectis & decēpedis 37. villas mul-
orum, hortosque peragrabat 38: qui Ianicu-

lo

22 per arma seditiosa. 23 in exilium eiecit. 24 distribuit
i Pompeium 26 cæde, crudelitate 27 censuræ contrá fa-
inora Clodij, quæ tabulis inscripta erat & in illo templo
servabatur. 38 interfeci. 29 qui omnes leges contemnebat
o qui semper novas possessiones appetebat. 31 per falsas
tes 32 vindicationibus, dum ea petebat quæ sua non erāt
3 pecunijs depositis. 34 per milites & vim externam. 35
er bellum quod Clodius semper minabatur. 36 per arma,
rmata manū. 37 agrimensoribus. 38 in ijsque, tanquam
a suis villis & hortis ædificabat.

39 inde

lo 39 Alpibus ſpem poſſeſſionum terminebat ſuarum: quicum ab equite Romano, ſplendidiſſimo & forti viro T. Pacavio nõ impetraſſet, ut inſulã in lacu pretio 40 venderet, repente lintribus 41 in eam inſulam materiã 42, calcẽ, cæmenta, atq; arma convexit: dominoque 43 trãs ripã inſpectante, non dubitavit 44 ædificiũ exſtruere in alieno 45: qui huic T. Furfanio cui viro dij immortales? (quid enim de muliercula Scantia? quid de adoleſcente Apronio dicã? quorum utrique mortem eſt minatus, niſi ſibi hortorum poſſeſſione ceſſiſſet 46) ſed auſus eſt Furfanio dicere, ſi ſibi pecuniam, quantam poſceret, non dediſſet, mortuum ſe in domum ejus illaturum 47: qua invidia huic eſſet tali viro conflagrandum 48: qui Appium fratrem hominem mihi conjunctum, fideliſſima gratia 49, abſentem de poſſeſſione fundi dejecit: qui parietẽ ſic per veſtibulũ ſororis inſtituit ducere, ſic agere fundamẽta, ut ſororẽ nõ modo veſtibulo privaret, ſed omni aditu & limine 50

39 inde ab extremo colle urbis Romæ uſque ad Alpes. 40 pro certa pecunja. 41 in cymbis & naviculis. 42 ad ædificia exſtreũda neceſſarium. 43 Pacavio 44 veritus eſt. 45 in poſſeſſione & fundo alterius. 46 niſi voluiſſent vendere Clodio hortos. 47 minatus eſt Clodius, quod velit cadaver hominis mortui inferre in domum Furfanii, ut dici poſſet, eum occidiſſe hominem. 48 per quam accuſationẽ cædis Furfanius poſſet condemnari. 49 propter favorẽ ſuũ & fidelitatẽ erga me. 50 ut ſoror nõ poſſet ire in domũ ſuã.

CAPUT XXVIII.

QUamquam hæc 1. quidẽ iam tolerabilia videbantur: etsi æquabiliter 2. in remp: in privatos: in longiquos, in propinquos, in alienos, suos irruebat: sed nescio quomodo iam usu 3 obduruerat & percalluerat 4 civitatis incredibilis patientia 5. Quæ vero aderãt iam 6, & impẽ[ndeb]ant, quonã modo ea aut depellere potuisse[ti]s, aut ferre? Imperium 7. si ille nactus esset [o]mitto socios, exteras nationes, reges, tetrar[ch]as 8: vota enim faceretis, ut in 9 eos se potius [imm]itteret 10, quam in vestras possessiones) vestra [te]cta, vestras pecunias, pecunias dico? a liberis [...] liberis, medius fidius 11, & coniugibus vestris [n]unquam ille effrenatas suas libidines cohibuis[se]t 12. Fingi hæc putatis, quæ patent 13? hæc, [q]uæ nota sunt omnibus? quæ tenentur 14? ser[v]orum exercitus 15 illum 16 in urbe cõscriptu[r]um 17 fuisse, per quos totam rẽp. resque privatas omnium possideret? Quamobrem, si cruen-

 tum

1 Crimina Clodij, de quibus iam dixi. 2 perinde, nullo discrimine. 3 per longam consvetudinem scelerum 4 callum quasi obduxerat pertinax, & incorrigibilis factus erat 5 propter patientiam incredibilem. 6 ea crimina, quæ po[t]uisset exercere in Prætura sua. 7 Præturam. 8 qui vel quatuor provincijs præsunt, vel quartam partem alicujus provinciæ gubernãt. 9 cõtra 10 cõverteret scelera & vim [s]uam. 11 jurandi formula, profecto. 12 abstinuisset 13 notissima & certissima sunt 14 certissima sunt & negari nequeunt 15 magnã multitudinem 16 Clodium 17 [collecturũ.

18 per

tum gladium tenens clamaret T. Annius. adest, quæso, atque audite cives: P. Clodium interfeci: eius furores, quos nullis 18 iam 19 legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, hac dextera a cervicibus vestris repuli; per m ut unum, ius, æquitas, leges, libertas, pudor, pu dicitia in civitate manerent: esset 20 vero tim dum, quonam modo id factum ferret civita. Nunc enim quis est, qui non probet 21? qui no laudet? qui non unum post hominum memor T. Annium plurimũ reip. profuisse 22, maxim lætitia populum R. cunctam Italiam, nation omnes adfecisse 23 & dicat, & sẽtiat? Nequeo 2 vetera illa populi R. quanta fuerint gaudia, iu dicare: multas tamen iam summorum impera torum clarissimas victorias ætas nostra vidi quarum nulla neque tam diuturnam attulit, læ titiam, nec tantam. Mandate hoc 25 memoria iudices; spero multa vos liberosque vestros i rep. bona esse visuros. In his singulis 26 ita s per existimabitis, vivo 27 P. Clodio, nihil eoru 28 vos visuros fuisse. In spem maximam, & quemadmodum confido, verissimam adducti si mus, hunc ipsum annum, hoc ipso summo vi

con-

18 per nullas 19 amplius 20 an vero esset 21 dicat rec factum esse. 22 utilitatem maximam attulisse 22 maximu gaudium attulisse populo 24 judicare & intelligere. 25 gau dium super occiso Clodio. 26 vobis & liberis vestris 27 vixisset Clodius diutius. 28 bonorum, ex his bonis, qu ego nunc indicavi.

29 dum

ſule 29, compreſſa 30 hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & iudiciis cōſtitutis, ſalutarem civitati fore. Num quis igitur eſt tā demens, qui hoc 31, P. Clodio vivo, contingere potuiſſe arbitretur? Quid? ea, quæ tenetis, privata 32, atque veſtra, dominante homine furioſo 33, quod 34 ius perpetuæ poſſeſſionis habere potuiſſent 35?

29 dum Pompeius Conſul eſt. 30 poſtquam compreſſa eſt. tantam civitatis ſalutem. 32 veſtras poſſeſſiones & rem familiarem. 33 Clodio 34 quale 35 an putatis, quod habere potueritis & conſervare ſemper veſtras poſſeſſiones a furore Clodij, ſiquidem is Præturam accepiſſet?

CAPUT XXIX.

NOn timeo, iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hæc in illum 1 evomere 2 videar, quam verius: etenim etſi præcipuum eſſe debebat 3, tamen ita communis erat omnium ille hoſtis, ut in communi odio pene æqualiter verſaretur 4 odium meum. Non poteſt dici ſatis, ne cogitari quidem, quantum in illo ſceleris, quantum exitii 5 fuerit. Quin 6 ſic attendite, iudices: nempe hæc eſt quæſtio de interitu P. Clodii, fingite animis; libere enim ſunt cogitationes noſtræ, & 7 quæ volunt, ſic intuentur, ut 8 ea cernimus, quæ videmus. Fingite igitur cogitatione 9 ima-

1 Clodium 2 dicere 3 etſi enim ego cumprimis crimina Clodij narrare debui, quoniam is me ejecit ex urbe 4 eſſet. 5 peſſimarum cogitationum & ſcelerum. 6 imo potius. 7 & noſtræ cogitationes. 8 quemadmodum. 9 cogitate reſpicite ponderate. 10 ſta-

imaginem huius conditionis 10 meæ: si possi efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita 11, si Clodius revixerit. Quid vultu extimuistis 1 quonã modo ille 13 vos vivus adficeret 14, q mortuus inani 15 cogitatione percussit 16? Qu si ipse Cn. Pompeius, qui ea 17 virtute ac fortu est, vt ea potuerit semper, quæ nemo præter lum 18, si is, inquam, potuisset, ut 19 quæstio de morte P. Clodii ferre, sic 20 ipsum ab infer excitare: utrum 21 putatis potius factur ũ fuiss etiãsi propter amicitiam vellet illum ab infe revocare 22, propter 23 rẽp. non fecisset. Ei igitur mortis sedetis ultores 24, cuius vitã si p tetis per vos restitui posse, nolitis: & de eius n ce lata quæstio est, qui si eadem lege 2 reviv scere posset, lata lex nunquam esset. Huius erg interfector si esset 3 in cõfitendo ab iisne pæ timeret, quos liberavisset 26? Græci homines d orũ 27 honores tribuunt iis viris 28, qui tyr nos

10 status* 11 hac conditione. 12 quem horrorem vid ego in vultu vestro? 13 Clodius 14 vexaret 15 vana. 16 v bis timorem injecit. 17 efficere. 18 efficere potuit. 19 que admodum potuit ferre & decernere quæstionem 20 si etiam potuisset Clodium mortuum resuscitare 21 quodna ex his duobus 22 resuscitare ex mortuis. 23 tamen id pr pter. 24 vos adsidetis tanquam ultores hujus mortis. 25 p eandem legem, per quam decreta est quæstio, 26 si igi Milo Clodium interfecisset, an deberet ideo timere, qu niam confitetur cædem, ne ab ijs puniatur, quos tamen beravisset. 27 divinos. 28 qui necaverunt tyrannos & p triam liberarunt.

29 pe

os necaverunt. Quæ ego vidi Athenis? quæ iis in urbibus Græciæ? quas res divinas talias institutas viris? quos cantus? quæ carmina? ope ad immortalitatis & religionẽ 29, & meoriam consecrantur. Vos tanti conservatorẽ opuli, tanti sceleris ultorem 30 nõ modo honobus nullis adficietis, sed ad supplicium rapi 31 tiam patiemini? Confiteretur, confiteretur, in uam, si fecisset, & 32 magno animo & libenter fecisse, libertatis omnium causa 33, quod ei erte non confitendum modo, verum etiam rædicandum 34.

29 parum abest, quin colantur tanquam dii tales viri 30 ilonem. 31 trahi volenter. 33 & confiteretur etiam, 33 libertas omnium conservaretur. 34 iactare & gloriari de oc facto suo debet Milo.

CAPUT XXX.

ETenim, si id non negat, ex quo nihil petit 1. nisi ut ignoscatur: dubitaret 2 id fateri, x quo etiam præmia laudis essent petenda? isi vero gratius 3 putat esse vobis, sui se capiis 4, quam vestri ordinis 5 defensorem fuisse: um præsertim in ea confessione, si grati esse elletis, honores adsequeretur 6 amplissimos. i factum vobis non probaretur 7 (quamquam ui 8 poterat salus sua cuique 9 non probai?) sed tamen si minus 10 fortissimi viri vir-

 tus

1 Postulat Milo 2 an vereretur. 3 iucundius, amabilius. vitæ. 5 Senatorij 6 consequi posset & deberet. 7 placeret quomodo. 9 cuilibet homini. 10 grata, parum grata.

11 es-

tus civibus grata cecidisset 11, magno animo c[...] stātique cederet: 12 ex ingrata civitate. Nā qu[...] esset ingratius, quam lætari ceteros, lugere eu[...] solum, propter quem ceteri lætarentur[...] Quamquam hoc animo semper fuimus omn[...] in patriæ proditoribus oppprimendis 13, ut[...] quoniā nostra futura esset gloria, periculū qu[...] que, & invidiam nostram putaremus 14. Na[...] que mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantu[...] 15 in consulatu meo pro vobis ac liberis vestr[...] ausus essem, si id, quod conabar, sine maxim[...] dimicationibus 16 meis me esse ausurum arb[...] trarer, quæ mulier sceleratum ac perniciosū c[...] vem occidere non auderet, periculum no[...] timeret? Proposita invidia, morte, pœna 17 qui nihilo segnius remp. defendit, is vir 18 ver[...] putandꝰ est 19. Populi grati est, præmiis afficer[...] benemeritos de rep. cives: viri fortis 20, ne sup[...] pliciis quidem moveri, ut 21 fortiter fecisse pæ[...] niteat. Quamobrem uteretur eadem confessio[...] ne T. Annius, qua 22 Ahala, qua Nasica, qua Op[...] mius, qua Marius, qua nosmet ipsi: & si 23 gra[...] ta

11 esset, contigisset. 12 iret Milo in exiliū. 13 dum, ve[...] quando oppressimus hostes patriæ 14 nobis attribueremus[...] in nos susciperemus 15 tantum rem. 16 laboribus & per[...] culis 17 quando quis videt, se præmij loco accepturum es[...] invidiam mortem, pœnam. 18 fortis & bonus 19 officiu[...] populi est, qui gratitudinem suā vult demonstrare 20 off[...] cium est. 21 ut ipsum. 22 qua confessione usus est Ahala[...] 23 ingrata esset respublica.

24 ta-

a resp. esset, lætaretur: si ingrata, tamen 24 in ravi fortuna conscientia sua niteretur. Sed hu-us beneficii gratiam 25, iudices, fortuna populi R. & vestra felicitas, & dii ĩmortales sibi deberi 26 putant. Nec vero quisquã aliter arbitrari potest, nisi qui nullã vĩ 27 esse ducit 28, numẽ-ve divinum: quem neque imperii vestri magni-udo, neque sol ille, nec cæli signorumque mo-us, nec vicissitudines rerum atque ordines 29 novent, neque id, quod maximum est, maiorũ nostrorũ sapientia: qui 30 sacra 31, qui cæri-monias, qui auspicia 32 & 33 ipsi sanctissime co-uerunt, & nobis, suis posteris prodiderunt 34.

24 tamen niteretur Milo in bona conscientia, si ipsi ac-ideret aliquid adversi. 25 gratitudinem 26 demonstrari & exhiberi debere 27 potentiam divinam. 28 credit 29 recto & accuratus cursus. 30 majores nostri 31 templa, religionẽ 32 volatum avium & sacrificia 33 etiam. 34 reliquerunt.

CAPUT XXXI.

Est, est profecto illa vis 1: neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate no-stra inest quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inest in hoc tanto naturæ, tam præclaro motu. Nisi forte idcirco esse non putant 2, quia non apparet, nec cernitur: proinde 3 quasi nostram ipsã mentem, qua sapimus, qua 4 providemus, qua ipsa hæc agimus ac

di-

1 Deorum aliqua potentia 2 nisi fortasis quidam putant ideo non esse divinã potentiam. 3 perinde 4 per quam.-

5 ac

dicimus, videre, aut plane 5, qualis aut ubi sit, s
tire possimus. Ea vis, ea igitur ipsa, quæ sæp
incredibiles huic urbi felicitates, atque opes a
tulit: quam illam perniciem 6 extinxit ac sustu
lit: cui 7 primum mentẽ iniecit 8, ut vi irritare
ferroque lacessere 9 fortissimum virum 10 aude
ret, vinceretur que ab eo, quem si vicisset, habitu
rus esset 11 impunitatem & licentiam sempite
nam. Non 12 est humano consilio, ne medioc
quidem, iudices, deorum immortalium cura 1
res illo perfecta. Religiones 14 me hercule ipsæ
quæ illam belluam 15 cadere viderunt, commo
visse se vidẽtur, & ius in illo 16 suũ retinuisse
Vos enim, Albani tumuli atque luci 17, vos, in
quam, imploro atque testor, vosque Albano
rum obrutæ 18 aræ, sacrorum populi R. so
ciæ & æquales 19, quas 20 ille 21 præcep
amentia 22, cæsis prostratisque sanctissimi
lucis 23, substructionum insanis molibu
24 oppresserat 25: vestræ tum aræ, vestra
religiones viguerunt 26, vestra vis valuit,
quam ille omni scelere polluerat 27 tuque ex

tuo

5 accurate, proprie. 6 Clodium. 7 Clodio. 8 fortuna Romanæ urbis & illa vis deorum permovit Clodii voluntatem 9 aggredi. 10 Milonem, 11 habuisset. 12 hæc res & Clodi cædes facta non est ex quodam humano consilio. 13 sed ex curá & providentia consilioque. 14 res sacræ 15 Clodium 16 ad eum puniendum 17 Sylvæ sacræ 18 dirutæ, delectæ 19 in quibus eadẽ sacra solent perfici. quæ in Urbe Roma 20 aras 21 Clodius 22 quẽ agebat amentia. 23 postquã succiderat lucos. 24 per ingentia sua ædificia 25 everterat, deiecerat. 26 floruerunt. 27 violaverat, maculaverat, profanaverat.

io edito 28 mõteLatiaris, sancte Jupiter, cujus le lacus 29. nemora, finesq; sæpe omni nefario upro & scelere maculatat, aliquãdo ad eũ pu- iendũ oculos aperuistis: vobis illæ 30, vobis estro in cõspectu seræ 31, sed justæ tamen, & ebitæ pœnæ solutæ sunt. Nisi forte hoc 32 tiã casu 33 factũ esse dicemus, ut ante ipsũ sa- rariũ 34 bonæ deæ, quod est in fundo 35 T. extij Galli, in primis honesti & ornati adole- centis, ante ipsam, in quã, bonã deã, cũ 36 præ- um commisisset, primũ illud vulnus accepe- t, quo teterrimam mortẽ obiret: ut non abso- itus judicio illo nefario 37 videretur, sed ad anc insignem pœnam reservatus.

28 alto. 29 sacra 30 pœnæ Clodij 31 sera quidem ejus œna fuit. 32 hanc cædem. 33 fortuito. 34 templum. 35 ossessione. 36 cum aggressus esset Milonem 37 in quo ab icesti crimine absolvebatur.

CAPUT XXXII.

NEc vero nõ 1 eadẽ ira deorũ hanc ejus satel- litibus 2 injecit amentiã, ut sine imaginib9 ne cantu, sine ludis 3, sine exequijs, sine lamẽ- is, sine laudationibus, sine funere oblitus 4 ruore & luto, spoliatus illius supremi diei elebritate, quam 5 concedere etiam inimici olent, amburereretur 6 abjectus. Non fuisse

credo

1 Eadem quoque profecto ira &c: 2 socijs latrocinij, co- nitibus 3 gladiatorijs, qui edi solebant in funeribus magno um virorum 4 Clodius maculatus. 3 celebritatem & pom- am funeris 6 combureretur in rogo.

7 ima-

credo fas clarissimorũ virorũ formas 7 illi tete
rimo parricidæ aliquid decoris 8 afferre, neq
ullo in loco potius mortẽ ejus lacerari, quã
quo vita esset damnata 9. Dura mihi, medi
fidius, iam fortuna populi R. & crudelis vid
batur, quæ tot 10 annos illũ in hanc remp. in
sultare 11 videret, & pateretur. Polluerat 1
stupro sanctissimas religiones: senatus graviss
ma decreta perfregerat 13: pecunia 14 se pa
a judicibus redemerat 15: vexarat in tribunat
16 senatũ? omnium ordinũ cõsensu pro salu
reip. gesta 17 resciderat 18: me patria expul
rat: bona diripuerat: domũ incenderat: liber
conjugem meam, vexaverat: Cn. Pompeio n
farium bellũ indixerat: magistratuum, privat
rumq; cædes effecerat: domũ mei fratris ince
derat: vastarat Etruriam : multos sedibus
fortunis 19 eiecerat: instabat 20 urgebat: c
pere 21 ejus amentiam civitas, Italia, provi
ciæ, regna non poterant. Incidebantur 22 ia
domi 23 leges, quæ nos nostris servis addice
rent:

7 imagines, quæ in funeribus præferri solebant vel
hodie insignia. 8 honoris 9 neque fas fuisse credo, ut ul
potius alio in loco ipse mortuus laceraretur & discerper
tur a canibus, quam in eo loco, in quo vita ejus scelesta
rat damnata 10 per tot 11 eam aggredi & vexare 12 viol
verat. 13 violaverat, neglexerat 14 per pecuniam. 15 lib
raverat. 16 cum Tribunus plebis esset. 17 ea, quæ ges
erant cum omnium consensu. 18 aboleverat. 19 possessi
nibus. 20 pergebat multos vexare. 21 satiare, explere. 2
n æneas tabulas scribebantur 23 in domo Clodij.

14 per

ent 24: nihil erat cujusquã 25, quod quidẽ il-
e adamasset 26 quod nõ hoc anno 27 suũ fo-
e putaret: obstabat ejus cogitationibus nemo,
ræter Milonẽ ipsum illum 28, qui poterat ob-
are: (Cn. Pompeium) novo reditu in gratiam
9 quasi devinctum arbitrabatur; Cæsaris po-
entiam, suam potentiam esse dicebat: bono-
um animos etiam in meo casu 30 contemse-
at: Milo unus urgebat 31.

24 per quas leges potuissent servi vel liberi simul no-
iscum suffragia ferre 25 nemo aliquid habebat 26 cupiisset
7 in quo Prætor esse volebat 28 Pompeium 29 per novã
econciliationem 30 infortunio. 31 solus Milo ipsi adhuc
bstabat.

CAPUT XXXIII.

HIc 1 dij immortales, ut supra dixi, mentem
dederũt 2 illi 3 perdito ac furioso, ut huic 4
facere insidias. Aliter 5 perire pestis illa non
potuit: nunquam illum resp. suo jure esset ul-
a. Senatus, credo 6, prætorẽ emu circũscripsis-
set 7, ne cum solebat quidẽ id facere in priva-
o eodem hoc, aliquid profecerat 8. An consu-
les in prætore coercendo fortes fuissent? Pri-
mum, Milone occiso, habuisset suos 9 con-
sules: deinde quis in eo prætore 10 consul for-
tis esset, per quem tribunum 11 virtutem con-
sula-

1 Adeoque, igitur 2 excitarunt 3 Clodio 4 Miloni. 5 alio
certe modo 6 Ironia 7 per certas leges adstrinxisset & coer
cuisset. 8 sane senatus nihil profecit, quando voluit Clodiũ
legibus constringere, cum adhuc esset privatus 9 parti suæ
addictos 10 si Clodius factus fuisset Prætor. 11 cum Tribu-
nus plebis esset Clodius.

ſularẽ 12 crudeliſſime vexatam eſſe meminiſſe oppreſſiſſet omnia, teneret, poſſideret, lege 1 nova, quæ eſt inventa apud eum cũ reliqu legibus Clodianis, ſervos noſtros, libertos ſuc feciſſet. Poſtremo, niſi eum dij immortales in e mentẽ 14 impuliſſent, ut homo effœminatu fortiſſimum virũ conaretur occidere, hodie rẽ nullã 15 haberetis. An ille 16 prætor ille ver conſul, ſi modo hæc tẽpla, atq; ipſa mœnia ſta re eo vivo 17 tamdiu, & conſulatũ ejus expe ctare potuiſſent, ille denique vivus, mali nihi feciſſet, qui mortuus, uno ex ſuis ſatellitibu Sex. Clodio duce 18, curiam incenderit? Qu 19 quid miſerius, quid acerbius, quid luctuo ſius vidimus? Templum 20 ſanctitatis, ampli tudinis, mentis 21, conſilij publici, caput ur bis, aram 22 ſociorum. portũ omnium gentiun ſedem ab univerſo populo R. conceſſam un ordini 23 inflammari, exſcindi 24, funeſtari neq; id fieri a multitudine imperita, quamqu eſſet miſerum id ipſum, ſed ab uno: qui cum tanto 25 auſus ſit uſtor 26 pro mortuo, quic ſignifer 27 pro vivo 28 non eſſet auſus? In curiam potiſſimũ abjecit 29, ut eã mortuus in-cen-

12 Conſulum 13 per legem novam 14 cogitationem. 15 plane everſam 16 Clodius. 17 ſi illa diutius vixiſſet. 18 auctore, ſub ductu & conſilio unius ex ſatellitibus ſuis 19 quo incendio curiæ 20 curia 21 maximorum conſiliorum. 22 ſecuritatem, aſylum, tutelam 23 Senatorio. 24 everti, corruere. 25 tam turpem & funeſtam rem. 26 incendiarius 27 anteſignanus. dux, auctor. 28 Clodio 29 S. Clodius proiecit cadaver P. Clodij.

nderet, quã vivus everterat. Et 30 sunt, qui via Appia querãtur 31 taceant de curia? Et ıi ab eo spirante 32 forum 33 putẽt potuisse fendi, cujus non restiterit cadaveri curia 34? xcitate 35, excitate eũ, si potestis, ab inferis 36 ngetis 37 impetũ vivi, cujus vix sustinetis fu-ıs insepulti 38 nisi vero sustinuistis eos, qui ım facibus ad curiã cucurrerunt, cũ fascibus) ad Castoris 40, cũ gladijs toto foro volitarũt Cædi 42 vidistis populũ R. concionem 43 adiis disturbari 44, cũ audiretur silentio 45 .. Cœlius, tribunus plebis, vir & in rep. for-ſſimus, & in suscepta causa firmissimus 46, & onorũ voluntati, & auctoritati senatus deditus 47 in hac Milonis sivè invidia, sive fortuna ngulari, divina, & incredibili fide.

30 & aliqui sunt. 31 qui querantur quod cædes Clodij fa-a sit in via Appia 32 vivente. 33 ius in foro. 34 a cuius davere curia fuit incensa 35 resuscitate. 36 mortuis 37 an oteritis coercere & impedire 38 Clodius qui sepultus non t, sed a canibus dilaceratus semiustus 39 Consularibus. 40 mplum. 41 discurrerunt. 42 verberibus tractari 43 con-entum populi 44 disiici, propelli 45 cum silentio omnium 5 constantissimus 47 & qui singularem fidem præstiterit in ac causa Milonis, quam appellare possumus vel invidiam el fortunam.

CAPUT XXXIV.

SEd 1 iã satis multa de causa 2: extra causã etiã nimis fortasse multa 3, Quid restat, nisi ut orem,

1 Dixi. 2 facto Milonis 3 dixi.

orẽ, obteſterq́; vos, judices, ut eam miſericordiã tribuatis fortiſſimo viro, quã ipſe non implorat, ego autẽ, repugnante hoc 4 & imploro & expoſco? Nolite 5, ſi in noſtro omniũ fletu nullam lacrymã aſpexiſtis Milonis: ſi vultum ſemper eundẽ 6, ſi vocẽ, ſi orationẽ ſtabilẽ ac non mutatã videtis, hoc minus ei parcere: atq́ue haud ſcio, an multo etiã ſit adjuvandus 7 magis. Etenim ſi in gladiatorijs pugnis, & in infirmi generis hominũ conditione atq́; fortuna timidos & ſupplices, &, ut vivere liceat 8, obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos, & ſe acriter 9 ipſos morti offerentes, ſervare cupimus: eorũque nos magis miſeret qui noſtrã miſericordiã non requirunt, quã 10 qui illam 11 efflagitant: quanto hoc magis in fortiſſimis civibus facere debemus? Me quidem, judices, exanimant, & interimunt 12 hæ voces 13 Milonis, quas audio aſſidue, & quibus interſum quotidie. Valeant, valeant, inquit, cives mei, valeant; ſint incolumes 14, ſint florentes, ſint beati 15: ſtet hæc urbs præclara, mihique patria cariſſima, quoquo modo merita de me erit 16: tranquilla rep. cives mei (quo-

niam

4 contra voluntatem Milonis. 5 cumprimis ideo velitis parcere Miloni, dum adſpexiſtis. 6 imperterritum. 7 eſſet honorandus & laudandus ob hoc factũ 8 ut ipſis vita concedatur. 9 fortiter. 10 quam eorum 11 miſericordiã noſtram 12 quaſi enecant. 13 ſermones. 14 felices. 15 omni copia affluentes. 16 ſive illa me abſolvat, ſive damnet.

17 frui

am mihi cũ illis non licet 17) sine me ipsi,
i per me tamen, perfruantur 18: ego cedam
que abibo. Si mihi rep. bona frui non licue-
19, at carebo mala 20: & quam primum teti-
ro bene moratam 21 & liberam civitatem,
ea conquiescam 22 O frustra, inquit 23, su-
pti mei labores! o spes fallaces! o cogita-
nes inanes meæ! Ego, cum 24 tribunus ple-
, rep. oppressa 25, me senatui dedissem, quem
tinctum 26 acceperam: equitibus 27 Roma-
s, quorum vires erant debiles: bonis viris,
i omnem auctoritatem Clodianis armis 28
iecerant; mihi unquam bonorum præsidi-
n 29 defuturum putarem? Ego, cum te 30
necum sæpissime loquitur) patriæ redidis-
m, mihi futurum in patria non putarem lo-
m? Ubi nunc senatus est, quem secuti su-
us? ubi equites Rom. illi, illi, inquit, tui 31?
i studia 32 municipiorum 33? ubi Italiæ vo-
s 34? ubi denique tua, M. Tulli, quæ pluri-
is fuit auxilio, vox & defensio? mihine ea 35
li qui pro te toties morti me obtuli, nihil
test opitulari 36?

17 frui republica, & in ea vivere 18 opto ut cives mei
beant tranquillam remp. 19 si ego pellar in exilium. 20
tem non vivam in patria mala & ingrata. 21 in qua boni
ores sunt 22 sedem fortunæ meæ ponã. 23 Milo 24 essẽ
cum oppressa esset resp. 26 a pristino splendore & ho-
re depulsum. 27 cum me dedissem equitibus. 28 propter
etum a Clodianis armis 29 defensionem 30 Ciceronem.
qui favebant cumprimis Ciceroni. 32 favor. 33 oppido-
m liberorum. 34 per quas Italia gratulabatur Ciceroni re-
unti & Miloni 35 vox tua. 36 prodesse.

CAPUT XXXV.

NEc vero hæc, iudices, ut 1 ego nũc, flens, se
hoc eodẽ 2 loquitur vultu, quo videtis. Ne
gat enim, se, negat ingratis civibus fecisse, qua
fecerit 3: timidis & omnia circumspicientibu
pericula, non negat 4, plebem & infimam mul
titudinem, quæ P. Clodio duce, fortunis vestri
imminebat 5, eam, quo 6 tutior esset vita no
stra, suam se fecisse 7 commemorat, ut 8 no
modo virtute 9 flecteret 10, sed etiam tribu
11 suis patrimoniis deliniret 12: nec timet, n
cum plebem muneribus placarit, vos no
conciliarit meritis in remp. singularibus 13
Senatus erga se benevolentiam temporibu
his ipsis sæpe esse perspectam: vestras ve
ro, & vestrorum ordinum occursationes 14
studia 15, is sermones, quemcunque cursu
16 fortuna dederit, secum se ablaturum 17 e
se

1 Quemadmodum ego flens loquor hæc. 2 æquabili, in
perterrito 3 dicit enim Milo & constanter affirmat, quo
nolit accusare ingratitudinẽ civium, qui satis grati non si
erga id, quod ipse fecerit 4 dici autem, quod laudet circu
spectionem vestram in suo facto. 5 aggredi & diripere v
lebat possessiones vestras 6 ut eo. 7 se traxisse plebem a
suas partes. 8 ita ut plebem. 9 per virtutem suam. 10 tr
heret ad suas partes. 11 quæ ab ipso impensa sunt Milon
ad populi delectationem 12 placaret 13 & sperat etiã, que
vestrum, Iudices, favorem sibi conciliarit & paraverit p
merita sua singularia erga rempublicam dum interim pleb
placuit per munera sive ludos publicos, magnificos & sum
tuosos. 14 gratulationes, significationes benevolentiæ. 1
favorem. 16 casum. 17 conservaturum esse in memori
ubicunque vivat.

18 a qu

: dicit. Meminit etiam, sibi vocem præconis 18 nodo defuisse, quam 19 minime desiderarit: po- uli vero cunctis 20 suffragijs, quod unum cu- ierit, se 21 consulem declaratum. Nunc de- ique, si hæc 22 arma contra se sint futura 23. bi facinoris 24 suspicionem, non facti crimen bstare 25. Addit hæc, quæ certe vera sunt, ortes & sapientes viros non tam præmia se- ui 26 solere recte factorum, quam 27 ipsa recte acta: se nihil in vita, nisi præclarissime 28 fecis- e, siquidem nihil sit præstabilius viro, quam periculis 29 patriam liberare: beatos 30 esse, uibus ea res honori fuerit a suis civibus 31: nec tamen eos 32 miseros, qui beneficio cives suos vicerint 33: sed tamen ex omnibus præ- miis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum 34, amplissimum esse præmium gloriam: esse hinc unam, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoria 35 consolaretur: quæ 36 efficeret, ut absentes adessemus 37, mortui viveremus: hanc denique esse, cuius gradibus 38 etiã homines in

18 a quo Milo renunciaretur Consul, 19 vocem. 20 per cuncta. 21 esse. 22 quæ in foro disposita sunt a Pompeio 23 directa 24 cædis 25 putat Milo. non ideo a se comissum esse crimen, quod Clodium occiderit, sed alius ita suspicari 26 attendere, desiderare. 27 quam potius. 28 recte. 29 etiam cum periculo suo, vel, a periculis 30 eos autem esse felices 31 qui a civibus fuerint honorati ob res præclare gestas 32 ż esse 33 qui majora civibus suis dederint beneficia, quam ab iis acceperint. 34 si respicienda essent præmia 35 per me- moriã 36 gloria 37 quasi præsẽtes essem9 38 per cuj9 gradus

cælum videantur aſcendere. De me, inquit 39 ſemper populusR. ſemper omnes gentes loquẽtur, nulla unquam obmuteſcet 40 vetuſtas 41 quin hoc tempore ipſo, cum omnes a meis inimicis faces meæ invidiæ ſubiiciantur 42, tam omni in hominum cætu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis 43, & omni ſermone celebramur. Omitto Etruriæ feſtos, & actos, & inſtitutos dies 44. Centeſima lux 45 eſt hæc ab interitu P. Clodii & ut opinor, altera 46: qua 47 fines imperii populiR. ſunt, ea 48 non ſolum fama iam de illo 49, ſed etiam letitia peragravi 50. Quamobrem, ubi corpus hoc 51 ſit, non, inquit, laboro 52, quoniam omnibus in terris & iam verſatur 53, & ſemper habitabit nominis mei gloria.

39 Milo 40 tacebit 41 longa poſteritas. 42 dum omnes homines invident gloriæ meæ 43 dum omnes mihi gratias agunt & gratulantur de cæde Clodij. 44 qui feſti & læti dies non ſolum iam acti ſunt in Etruria, ſed conſtitutum etiã eſt ut ſingulis annis agantur. 45 dies. 46 centeſimus primus dies 47 quouſque igitur termini Romani imperii ſeſe extendunt. 48 eo uſque. 49 interitu Clodii. 50 pervenit. 51 mei 52 curo, quæro, æſtimo 53 eſt, circumfertur, celebratur

CAPUT XXXVI.

HÆc tu 1 mecũ ſæpe, his 3 abſentibus: ſed iiſdem 4 audientibus, hæc ego tecũ 5 Milo. Te quidẽ quod iſto animo es 6, ſatis laudare non poſ-

1 Milo. 2 locutus es 3 dum hi judices non adfuerunt. 4 ita ut iidem judices hoc audiant. 5 loquar 6 quoniam hunc animum habes.

7 quo

possum: sed, quo 7 est ista magis divina virtus, eo maiore a te dolore divellor 8. Nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa saltem ad 9 consolandum querela, ut his 10 irasci possim, a quibus tantum 11 vulnus 12 accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non male aliquando de me meriti 13, sed semper optime. Nullum unquam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis 14 (etsi quis potest esse tantus 15?) sed ne hunc quidem ipsum 16, ut obliviscar, quanti me semper feceritis 17. Quæ si vos cepit 18 oblivio, aut si in me aliquid offendistis 19: cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis 20? Præclare enim vixero 21, si quid mihi acciderit 22 prius, quam hoc tantum mali 23 videro. Nunc me una consolatio sustentat, quod tibi, T. Anni, nullum a me amoris, nullum studii 24, nullnm pietatis 25 officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te 26 appetivi: ego meum sæpe corpus & vi-

7 quo divinior est ista virtus tua. 8 si contingat ut in exilium eas 9 ad meum solatium. 10 injustis judicibus. 11 tam grave. 12 dum tu mihi eriperis. 13 qui meriti sunt 14 affertis, efficietis 15 etsi major dolor esse non potest 16 sed neque iste dolor tantus erit, quem mihi nunc affertis dū mihi eripitis Milonem. 17 æstimaveritis. 18 occupavit. 19 aut si ego vos offendi & læsi in aliqua re 20 cur non ego potius punior loco Milonis? 21 putabo enim, me vixisse cū gloria 22 si ego prius moriar 23 malū. tam tristē casum & calamitatē 24 favoris 25 amoris amicitiæ 26 pro salute tua. 27 mul-

tam obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis 27 pro te supplicẽ abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum, in communionem tuorum temporum 28 contuli 29: hoc denique ipso die, si qua vis est parata 30, si qua diminutio capitis futura 31, deposco 32. Quid iã restat? quid habeo quod dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, nisi, ut eam fortunam, quæcunque erit tua, ducam 33 meam? Non recuso non abnuo: vosque obsecro, iudices, ut vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius 34 salute 35 augeatis aut in eiusdem exitio occasura 36 esse videatis.

27 multos ego supplex pro te oravi 28 calamitatem. 29 communicavi tecum bona & fortunas meas in tua calamitate & necessitate. 30 paratur aut a militibus, qui circũstant aut a plebe 31 si contingat, ut tu pellaris in exilium 32 in me id recipiam 33 habeam pro mea fortuna. 34 Milonis 35 per salutem & conservationem 36 peritura.

CAPUT XXXVII.

HIs lacrymis non movetur Milo, est 1 quodam incredibili robore animi: exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus 2: mortẽ, naturæ finem esse, non pænam. Sit hic ea mente, qua natus est 3: quid 4 vos, iudices? quo tandẽ animo eritis memoriam Milonis retinebitis: ipsum eiicietis? & erit dignior loc9 in terris ullus, qui hanc virtutem

exci-

1 Hic vir habet robur animi. 2 ubi virtus nullum habeat aut invenire possit locũ 3 concedamus huic Miloni, ut eam virtutem retineat, cum qua natus est 4 statueritis facietis

5 le-

excipiat, quam hic 5, qui 6 procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinē effudistis: vos in viri, & in civis invicti 7 appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis 8 non modo inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? proiicietur? O me miserum, o infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos 9: ego te in patria per eosdem retinere non potero: quid 10 respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum 11 illorum: me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram 12 ille 13 servasset? At in qua causa non potuisse 14? quæ 15 est grata gentibus, a quibus non potuisse? ab iis, qui maxime P. Clodii morte acquieverunt 16, quo deprecante? me 17. Quodnam concepi 18 tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi 19, iudices, cum illa iudicia communis exitii 20 indicavi, patefeci, protuli, extinxi? omnes in me meosque redundant ex fon-

 te

5 locus hæc urbs Roma 6 qui locus eam virtutem protulit in lucem. 7 fortissimi. 8 dum vos hæc omnia adspicitis. 9 judices & populum. 10 tibi respondebo 11 qui illo quoq; tempore pulsus fuisti mecum in exilium. 12 salutem 13 Milo 14 servare salutem Milonis. 15 in ea causa, quæ 16 in tranquillitate, & felici statu manserunt 17 quis deprecatus est pro Milone? ego 18 cogitavi. 16 feci, patravi, commisi. 20 tempore Catilinæ

21 ex-

te 21 illo dolores. Quid 22 me 23 reducem esse voluistis? an ut, inspectante me, expellerentur ii, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati 24. mihi acerbiorem reditum esse 25, quam fuerit ille ipse discessus 26. Nam qui 27 possum putare me restitum esse, si distrahor ab iis, per quos restitutus sum?

21 ex eo quod ego detexi conjurationem Catilinæ. 22 quare 23 in præsentia mea 24 permittere. 25 ut reditus meus mihi acerbior sit, majorem dolorem afferat. 26 abitus meus in exilium. 27 quomodo.

CAPUT XXXVIII.

Utinam dii immortales fecissent (pace tua 1, patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate 2 dicam in 3 te, quod 4 pro Milone dicam pie) utinam P. Clodius non modo viveret, sed etiam prætor, consul, dictator esset, antequam hoc spectaculum viderem. O, dii immortales, fortem & a vobis, iudices, conservandum virum! Minime, minime, inquit 5: imo vero pænas ille 6 debitas luerit: nos 7 subeamus, si ita necesse est, non debitas 8. Hiccine vir patriæ natus, usquam, nisi in patria, morietur? aut si forte 9 pro 10 patria: huius vos animi monumenta 11 retinebitis: corporis in Italia nullum sepulcrum esse pa-

1 Cum permissu tuo 2 cum voto nefario. 3 contra te loquar. 4 quoniam 5 Milo. 6 Clodius. 7 ego. 8 ego patiar pœnam non debitam nec meritam. 9 ita accidat 10 an mori debeat pro salute patriæ 11 facta egregia virtutis.

12 per.

tiemini? hunc ſua 12. quiſquam ſententia
hac urbe expellet, quem omnes urbes ex-
lſum a vobis ad ſe vocabunt? o terram illam
atam 13. quæ hunc virum exceperit! hanc
gratam, ſi eiecerit! miſeram, ſi amiſerit! Sed
is ſit 14: neque enim præ lacrymis iam loqui
ſſum: & hic ſe lacrymis defendi vetat 15.
os oro obteſtorque, iudices, ut in ſententiis
tendis, quod ſentietis, id audeatis. Ve-
am virtutem, iuſtitiam, fidem, mihi credi-
, is 16, maxime probabit 17. qui, in iudi-
bus legendis, optimum 18, & ſapientiſſimum
fortiſſimum quemque legit 19.

12 per ſuam. 13 felicem. 14 meæ orationis. 15 non lt. 16 Pompeius. 17 laudabit. 18. optimos 19. elegit.

SENTENTIÆ.

Turpe eſt pro forti viro dicentem timere.
Vir fortis de reip. magis ſalute, quam de ſua perturbatur,
Novitas terret oculos.
Cedendum tempori.
Inter vim armorum non eſt orationi locus.
Iuſtitiæ non eſt, quem reum ſententijs iudicum tradiderit, eundem militum telis dedere:
Sapientiæ non eſt, temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica armare.
Nonnunquam unius privati iudicio de ſalute reip. ſceptatur.

miſerum

Miserum est, eos, qui spe amplissimorum præmiorum adducti sunt ad rempubl. metu crudelissimorum exitiorum carere non posse.

Qui pro bonis contra improbos sentiunt, ii subeundæ sunt tempestates & procellæ in fluctibu concionum.

Rebus ante præclare gestis ad criminis defensionem abuti non oportet.

Ab inimicorum audacia telisque vitam impun licet defendere:

Cum de occiso homine quæritur, aut negari sole omnino esse factum, aut iure factum esse defenditur

Non sine causa fingitur, qui patris ulciscendi caus matrem necaverit, Deæ sapientissimæ iudicio fuiss liberatus.

Nocturnum furem quoquo modo, diurnum, si s telo defenderit, licet occidere.

Gladius aliquando nobis ad occidendum hominem a ipsis legibus porrigitur.

Non modo iustum tempus est hominis occidendi verum etiam necessarium, cum vi vis defenditur

Præstat periculose facere, quam turpiter perpeti

Scelere soluti periculo sunt liberandi.

Gladios habere non liceret, si uti illis nullo pacto liceret:

Est hæc non scripta, sed nata lex- ut si vita nostra in aliquas insidias aut latronum aut inimicorum inciderit, omnis sit honesta ratio expediendæ salutis.

Silent leges inter arma.

Non hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetatur.

Qui sui defendendi causa telo est usus, non hominis occidendi causa telum habuisse est iudicandus.

Invidiosum est quemquam tantum habere potentiæ, ut dicatur Senatus, non quod ipse sentiat, sed quod ille velit, decernere.

Propter magna in rempubl. merita, debetur saltem mediocris in bonis causis auctoritas, & propter officiosos labores nonnulla apud bonos gratia.

Non est fugienda invidiosa potentiæ appellatio, dummodo ea vos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum.

Quando sunt leges vel quæstiones de cæde, vel de vi; opus non est instituere novam quæstionem.

Nulla vis unquam est in libera civitate suscepta inter cives, non contra rempublicam,

Non est ulla defensio contra vim unquam optanda, sed nonnunquam est necessaria.

Multa fiunt e republica quæ rempubl. tamen vulnerant.

Nihil necesse est omnium flagitia proferre.

In confessione facti, iuris tamen suscipi potest defensio.

Nonnunquam potest absolvi is qui fatetur.

Qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitum putavit.

Sæpe multa non personis ipsis tribuuntur, sed tempori.

Luctuosum est, quem immortalem, si fieri posset, omnes cuperent, eius necessariam quidem mortem non expectari.

Non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur..

Intersit inter vitæ dignitatem summorum atque infimorum: mors quidem illata per scelus iisdem & pœnis teneatur, & legibus.

Non magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit,

Summa est reipublicæ perturbatio, si ianuanos & parietibus, non iure legum & iudiciorum tegamus,

Non exitus rerum sed hominum consilia legibus vindicantur.

Minus dolendum est re non perfecta, sed puniendum certe *nihilominus.*

Præstantes cives *vel sua cuiusque, vel reip. fortuna sæpe conservat.*

Quamvis Princeps atrociter ferat, iudices debent fortiter iudicare.

Non debet nostra gratia familiaritatibus contineri, quæ late patere non possunt:

Consvetudines victus non possunt esse cum multis.

Illius potentia & gratia invidiosa est, qui, si quid potest, ex eo potest, quod ipsum resp. coniunxerit cum multis.

In iudice nil quærendum aliud nisi iustitia, gravitas, humanitas, fides.

Prin-

Principum munus est resistere & lenitati mul-tudinis & perditorum temeritati.

Si iudices eligendi sunt, qui, quam conte-nant populares insanias, dederint ab adolescentia sua cumentum, eligere decet.

Præficiendus est quæstionibus, qui lites iuste pienterque disceptet.

Vi vincitur vis, virtute opprimitur audacia.

Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, t omnem semper vim, quacunque ope possent, a cor-ore, a capite, a vita sua propulsarent.

Boni nullo emolumento impelluntur in frau-em, improbi sæpe parvo.

Leges iniustæ, & inustæ per vim, leges nomi-audæ non sunt, sed faces urbis, & pestes reipubl:

Optandum est, ut eos habeat resp. magistra-us, qui audaciam improborum audeant possintque onfringere.

Inimici sunt fontes perennes gloriæ bonorum & fortium virorum.

Augetur bonorum gloria frangendis furori-us improborum.

Nemo odit segetem ac materiam gloriæ.

Civile est odium improbos odisse.

Cujus domus oppugnatur, iure se potest ulcisci.

Solus virorum fortium vultus perterret ini-icos.

Quod omnium gratia facere noluimus, velle on debemus cum aliquorum querela.

Timida & sollicita est ambitio.

Ambitiosi omnia, non modo quæ reprehendi pa-

lam.

lam, sed etiam qua obscure cogitari possunt, timent rumorem fictum, fabulam levem perhorrescunt, omnium ora atque oculos intuentur.

Nihil est tam molle, tam tenerum, tam fragile, tam flexibile, quam hominum voluntas, qui non modo improbitati irascuntur, sed etiam in recte factis sæpe fastidiunt.

Impunitatis spes caput audaciæ est, & maxima peccandi illecebra.

Improbissimus est, quem nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.

Non semper viator a latrone, nonnuquam etiam latro a viatore occiditur.

Incerti sunt exitus pœnarum, Marsque communi, qui sæpe spoliantem iam & exultantem evertit & perculit ab abiecto.

Facti in equuleo quæstio est, iuris in iudicio.

Servi sunt omni præmio digni, qui domini caput defenderint.

Nullum præmium satis magnum est benevolis, bonis, fidelibus servis.

Non tanti est vivere, quam non sangvine & vulneribus suis inimicorum mentem oculosque satiare.

De servis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu.

De servis in dominum queri indignum est, & morte ipsa tristius.

Magna vis est conscientiæ, & magna in utramque partem &c.

Cum de facto vel iure quæritur, sapiens iudex consi-

onsiderat facti rationem, præsentia animi, defensionis constantia.

Non solum inimici male de fortibus viris loquuntur, & existimant, sed etiam imperiti.

Nonnulli æquo animo patria carent, sangvine inimici expleverint odium suum.

Vel cum æquitis periculo salus reipubl. est dferenda.

Cedeudum æquo animo legibus.

In civibus optime de rep. meritis, homines nterdum non modo res præclarissimas obliviscuntur ed etiam nefarias suspicantur.

Vir fortis cavet magis, quam timet.

Diligentiam, tota rep. suscepta, nimiam nullam putare debemus.

Varia vitæ commutabilisque ratio, vaga volubilisque fortuna.

Vitæ inconstantiam qui non prævident, salem experti debent cognoscere.

Iudicium non est exspectandum in eius consilijs vindicandis, qui vel iudicia ipsa tollit.

Qui instituit quæstionem, ostendit licere reum absolvere.

Magistratus providere debent, ut iudices intelligant, sibi licere contra populares insanias, quod sentiunt, libere iudicare.

In statu populari, qui nimis amplecti plebem putantur. in suspicionem incidunt regni appetendi,

Nefas est collegæ Magistratum per seditionem abrogare.

Cupidis

Cupidis & avaris nulla lex. nullum civil ius, nulli possessionum termini.

Grave est & indignum, quemquam domin inspectante extruere in alieno.

Frequenter ipso malorum usu obdurescit & percallet patientia.

Vota facienda sunt, ut se potius in exteros quam, in nostras possessiones sceleratorũ furor immittat

Sceleratorum furores, quos nullis legibus nullis iudicijs frenare possimus, ut & ferro, sunt reip: cervicibus repellendi.

Compressa hominum licentia, cupiditatibu fractisque legibus & iudiciis constitutis, salus ad ferretur reipubl.

Dominante homine furioso cives ius perpe tuæ possessionis habere non possunt.

Liberæ sunt cogitationes nostræ, & quæ vo lunt, sic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus.

In magno timore animos vivus afficeret, qu mortuus inani cogitatione percellit.

Qui id non negat, ex quo nihil petit, nisi u ignoscatur, non dubitat id fateri, ex quo etiam præ mia laudis sunt petenda.

Non potest salus sua cuique probari.

Nihil est ingratius quam lætari ceteros, lu gere eum solum, propter quem ceteri lætentur.

Quorum futura est gloria. periculum quoque & invidiam suam esse putent.

Nulla ei contribuenda laus est, qui id quod conatur, sine maximis suis dimicationibus se esse ausurum arbitratur.

Propo.

Proposita invidia, morte, pœna, qui nihilo se-nius remque defendit, is vir vere putandus est.

Populi grati est, præmiis efficere bene meri-os de rep. cives: viri fortis, ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse pæniteat.

In gravi fortuna boni conscientia recte fa-torum nituntur:

Sol, cœli, signorumque motus, & vicissitudines rerum Deum esse testantur-

Non in his corporibus, atque in hac imbe-cillitate nostra inest quiddam, quod vigeat & sentiat, & non inest in hoc tanto naturæ & tam præclaro motu:

Id circo Deum rogare non debemus, quia non apparet nec cernitur: perinde quasi nostram mentem, qua sapimus, qua providemus, videre pos-simus.

Deus aliquando aperit oculos ad scelera punienda.

Etsi seræ, iustæ tamen a sceleratis pœnæ exi-guntur.

Qui corruptis iudicibus absolvitur, non ab-solutus videtur, sed ad insignèm pœnam reservatus.

Exequias & supremi diei celebritatem con-cedere etiam inimici solent.

Nullo alio in loco mors sceleratorum lacerari debet, quam ubi vita damnata est.

Sæpe, qui misericordiam non implorat, multo adjuvandus est magis.

Timidos & supplices: & ut vivere liceat obse-crantes otium odisse solemus: fortes & animosos & se acriter morti offerentes servare cupimus, eorumq; nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt quam qui illam efflagitant.

Charam

Charam debemus habere patriam, quoquo mo- do merita de nobis erit.

Si rep. bona frui non licuerit, optandum u mala careamus.

Fortes & sapientes viri non tam præmia sequ solent racte factorum, quam ipsa recte facta.

Nihil est præstabilius vero; quam periculis pa- triam liberare.

Gloria ex omnibus præmijs virtutis est ampli- simum.

Querela interdum consolatur & ira in eos, quibus dolorem accepimus.

Magna est consolatio, amicis non defuisse.

Quæcunq; amicorum fortuna fuerit. nostra ducere debemus.

Exilium ibi est, ubi virtuti non est locus.

Mors naturæ finis est, non pœnæ:

Fortes viri sunt conservandi reip:

Vir patriæ natus non debet e patria expelli.

Non est expellendus, quem omnes urbes expu sum ad se vocabunt.

ORATIO. XIII.

PHILIPPICA. II.

AD complementum dictarũ Orationum perquam necessarium esse duxi aliquã saltim x Philipicis inserere cùm propter notitiã Phiippicarum, tum vel maximè propter acumen ngenii quod Cicero in ijsdem, jam senio conectus reliquit perstringendo Mores Antonij.)rationes Philippicæ sunt XIV. ex his secunã hic pono quam Iuvenalis suo commendans estimonio in Satyra X. Divinam appellat:

Quam Te conspicuæ divina Philippica famæ
Volveris à prima, quæ proxima.

PLacuit Ciceroni has Orationes in M. Antonium appellare Philippicas quod in hoc scriendi genere Demosthenem imitatus sit, qui in 'hilippum Regẽ Macedoniæ quatuor Orationes cripsit, quas Philippicas nominavit.

Primam Orationem dixit in Senatu absente Antonio, in qua cum de injurijs ab Antonio ibi illatis questus esset, & inconstantiam quoundam in Republica arguisset, Statum princialem hunc formavit An Senatui constanter erenda sit Republica & novis Consilijs resitendum. Sed iam de Philippica secũda.

ARGUMENTUM ORATIONIS

POstquam Cicero Superiore Oratione liberius a Republica & de Antonio dixerat, offensus ille graviter, venit post aliquot dies in Senatum, & meditata Oratione conquestus de injuria Ciceronis multis maledictis in Personam ejus invectus est. Non respondit illo die Cicero, prohibitus ab Amicis propter arma Antonij, quibus ad manifestam vim spectare videbatur. Sed aliquantum post confirmatus opibus Octavii qui hæres Cæsaris erat & offensus Antonio, gratiaq; & Authoritate Senatus veteranorũ præsidio ad parem potentiam profectus respondit hac ornatissima Oratione & quidem præsenti in Senatu in qua primo objecta crimina diluit, deinde insectatur vitam hominis, & per omnes gradus ætatis vitiã colligens, criminose commemorat, quæ ab illo unquam privatim aut publicè commissa fuerunt.

Oratio hæc partim est Judicialis, partim Demonstrativa; Judicialis quidem. quod criminibus & maledictis Antonii in ea respondeat Cicero, Demonstrativa vero, quod vehementissime & acerbissime Antonium vituperet.

Partes Orationis hoc ordine collocatæ sunt: Principium a benevolentia. Refutatio criminis Antoniani. Narratio sive Antonii vitæ expositio cum vituperatione quæ pro Confirmatione esse potest, & Peroratio ab Antonij hortatione, & commendatione suæ Patriam charitatis.

CAPUT. I.

QUonam meo fato P. C. fieri dicam, ut nemo his Annis viginti Reip, hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoq; indixerit? Nec verô 2 necesse est à me quenquam nominari: Vobiscum ipsi recordamini, mihi pænarum illi plusquã optarem dederũt. Te 3 miror Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere, atq; hoc in aliis minus mirabar, nemo illorum mihi inimicus fuit Voluntarius: omnes à me Reip. causa lacessiti. Tu ne verbo quidem 4 violatus, sed ut audacior quàm L. Catilina, furiosior quam P. Clodius viderere, ultrò maledictis me lacessisti, Tuamq; a me alienationem, commendationẽ Tibi ad impios Cives fore putavisti. Quid putẽ? contemptum ne 5 me? non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis nec in hac mea mediocritate ingenii quid despicere possit Antonius. An in Senatu facile de me detrahi posse credidit, qui Ordo Clarissimus, Civibus bene gestæ Reip. testimonium multis mihi uni conservatæ dedit? an decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem bene-

1. Exorditur ab expositione infortunii sui, cum admiratione & indignatione 2. Occupatiuncula 3. Admiratur Antonium nec aliorum malis à lædenda Rep: absterreri & non lacessitum, a Cicerone alienum existere 4. Benevolentiam captat, quod ultro ab Antonio provocatus, ei respondere cogatur. 5. Benevolentiam captat

ficium eſt, quid enim plenius, quid uberius quam mihi & pro me & contra Antonium di cere? illud profecto eſt; non exiſtimavit ſui ſi milibus probari poſſe, ſe eſſe Patriæ, niſi mih eſſet inimicus.

ptat, quod Antonius in ſe Cicerone, habeat nihil quo contemnat.

CAPUT. II.

1 CUi prius quam de cæteris rebus reſpon deo de amicitia quam à me violatam eſſ criminatus eſt, quod ego graviſſimum crime judico, pauca dicam. Contra 2 rem ſuam m neſcio quando veniſſe queſtus eſt. An 3 eg non venirem contra alienum pro 4 familiar & neceſſario meo? non venirẽ contra 5 gratiar non virtutis ſpecie 6 ſed ætatis flore collectam non venirem contra injuriam, quã iſte intercel ſoris iniquiſſimi 7 beneficio obtinuit non jur Prætorio ſed hoc idcirco 8 commemoratũ eſſ a te puto, ut te infimo Ordini cõmendares c te

1. Propoſitio eſt cum captatione & docilitatis & at tentionis. 2. Primum crimen Ciceroni ab Antonio ob jectum & eſt ſpecialis propoſitio: Fuerat familiari cu dam Ciceronis lis cum Q. Fundo Bambalione ſocer Antonii (nam plures habuit uxores) cui Cicero advo catus fuerat, ille reprehenderat defendit Cicero. 3 Confutatio objecti criminis & argumentum ab honeſt 4. domeſtico; 5 ſcilicet Antonii, quam extenuat 6 ſubindicat Antonii impudicitiam. 7. Videtur Tribu num quempiam Plebis ſignificare, quod in Iudicio in terceſſerit in gratiam Antonii, vel ut mutaretur ratio Iu dicii, vel ut proferretur dies, quod incommodum eſſe 8. Invidioſum eſt, quod hic narrat, nam ad invidiam ſo

e omnes recordarentur Libertini 9 generũ & iberos tuos Nepotes Q. Fadij Libertini hominis fuiſſe. At enim 10 te in diſciplinã meã radideras nam ita dixiſti: Domũ meã ventitaas, næ tu ſi id feciſſes, meliùs pudicitiæ tuæ onſuluiſſes: ſed nec feciſti, nec ſi cuperes, tibi d per C. Curionẽ facere licuiſſet. Auguratus etitionem 11 mihi te conceſſiſſe dixiſti; O! incredibilem audaciam & impudentiam prædicãlã, quo enim tẽpore 12 me Augurẽ â toto Collegio expetitũ Cn: Pompeius & Q. Hortenſius nominaverunt (neq; enim licebat a pluribus ıominari) tu nec ſolvendo eras, nec te ullo molo niſi everſa Repub: incolumẽ fore putabas. Poteras autem eo tẽpore Auguratũ petere cum n Italia Curio non eſſet? aut tũ cum es factus, unam

eri Antonii hoc commemorat 9. Exprobratio Libertini, affinis Antonii 10. Secunda objectio. Hoc breiter negat cum exprobratione famoſæ converſationis um Curione. Filio C. Curionis, cuius conſvetudine ita erditus ac nequam evaſit, ut ducentorum ac quinquainta talentorum æs alienum contraxerit; quod cum Cuio Filius diſſolvere conaretur, Curio Pater Domo illım expulit, ex quo Clodio ſe adiunxit, cumq; illi vis araretur in Aſiam ſe contulit, & Gabinio in Iudæos exeritum ducenti Præfectus Equitum fuit. 11 Tertia Objectio Antonii. Fuerat Cicero cooptatus in Augurum Collegium, in locum M. Craſſi qui in Parthis perierat 12. Obiicit ambitionẽ Antonio & confutat à falſo, quod nec ıntonius Auguratum petere potuerit ut qui damnatus fuerit de debito ducentorum ac quinquaginta talentorum & ſi-

unam tribũ ſine Curione 13 ferre potuiſſes,cu
jus etiã familiares de vi condemnati ſunt,quo
tui nimis ſtudioſi fuiſſent. At beneficio 14 ſur
uſus tuo, quo? quanquã illud ipſum quod cõ
memoras ſemper præ me tuli, malui me tib
debere confiteri, quã cuiquam minus Pruden
ti nón ſatis gratus videri, ſed quo beneficio
quod me Brunduſij non occideris,quẽ ipſe vi
ctor. 15 qui tibi ut tute gloriari ſolebes detu
lerat ex latronibus ſuis Principatũ,ſalvum eſ
voluiſſet, in Italiã ire juſſiſſet, ẽũTu occidere
Fac potuiſſe; quod eſt aliud P. C. beneficiu
Latronum, niſi ut cõmemorare poſſint, ij:
dediſſe vitam, quibus non ademerint? quod
eſſet beneficium,nunquã iis 16 qui illũ inte
fecerunt a quo erant ſervati,quos tu ipſe cl
riſſimos viros appellare ſoles tantum eſsẽt gl
riã conſecuti. Quale autem beneficiũ eſt,quo
te abſtinueris à nefario ſcelere ? qua in re nc
tam jucundum videri mihi debuit non inte
fectũ a te, quám miſerum id te impunè face
po

ſimul ambitionẽ exprobrat 13.quaſi dicat : Eras oppreſ
ære alieno, nec ſuffragium unius tribus ſolvere potera
non poterãt enim arguratum petere, qui gravati erant æ
alieno, & ſolvendo non erant 14. Quarta Objectio
Ciceronis ingratitudine erga Antonium 15. ſcilicet C
ſar; qui victo Pompeio dabat negotium Catoni Uticen
ut Ciceronem Claſſibus & copiis navalibus præficeret,v
rum Cicero recuſata iſta conditione Brunduſium fugieb
ubi Antonius collocatus, eum ut puta Pompeianum &
cuſantem Imperium Cæſaris interficere potuiſſet, ſi mo
vo-

otuisse. Sed sit beneficium, quando quidem najus accipit à latrone non potuit in quo potes me dicere ingratum? an de interitu Reip: queri non debui ne in te ingratus viderer? at n illa querela misera quidem & luctuosa, sed mihi pro hoc gradu in quo me Senatus populusq; R. collocavit, necessaria: quid est dictū à me cum contumelia? quid non moderate, quid non amicé, & quidem cujus temperantiæ uit de M. Antonio querentem abstinere maledicto? præsertim cum tu reliquias Reip. 17 dissipavisses, cum Domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia, cum leges eas quæ nunquam promulgatæ essent, & de te & à te latas confiterere, cum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses cum esses fædissime stipatus armis, cum omnes impuritates publica in Domo quotidie sustineres vino lustrisq; confectus. At ego tanquam mihi cum M. Crasso contentio esset, quo cum multæ & & magnæ fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo de Rep. graviter querens, de homine nihil dixi, itaq; hodie perficiam, ut intelligat quantum a me beneficium tum acceperit. At etiam literas 18 quas me sibi misisse diceret, recitavit, homo & humanitatis expers & vitæ communis ignarus, quis enim unquam

qui

voluisset 16 Cassius & Brutus. 17, intelligit quatuor millia talentorum, quæ à Calphurnia Uxore Cæsaris, mutuò accepit.

qui paululum modo bonorum consvetudin nosset, literas ad se ab Amico missas offension aliquâ interposita in medium protulit, palamq recitavit? quid est aliud tollere è vita vit societatem, quàm tollere amicorum colloqui absentium? quàm multa joca solent esse in E pistolis, quæ prolata si sint inepta esse videãtur quàm multa seria, neq; tamen ullo modo di vulganda? sit hoc inhumanitatis tuæ, stulti tiam incredibilem videte.

accepit Antonius 18. Quinta Objectio Antonij ex Literi facta.

CAPUT III.

Quid habes quod mihi opponas homo diser te? ut Mustellæ Tamisio 1 & Tyroni Nu misio videris, qui cum hoc isto tempore sten cum gladijs in conspectu Senatûs, ego quoq te disertum putabo, si ostenderis quomodo si eos inter Sicarios defensurus. Sed quid; oppo nas tandem si negem me unquam istas literas ac te misisse? quo me teste convinces? an chiro grapho? in quo habes scientiam quæstuosam 2 qui possis? sunt enim librarij manu. Jam invi deo Magistro tuo 3 qui te tanta mercede, quã tam iam proferam, nihil sapere docuit, quic enim

1. Ut Mustellœ solum & non aliis scire videaris; eran autem Mustella & Tyro Numisius milites Antonii ac la trones 2. hoc est tu es egregius Magister faciendorum chi rographotum, ex quo magnum assequeris fructum 3. Sext Clodio latinæ lingvæ iuxtà ac Græcæ Doctore clarissim

4.

nim est minus non dico Oratoris sed hominis quàm id obijcere adversario, quod ille si verbo negarit longius progredi non possit qui objecerit? at ego non nego: teq́; non isto ipso convinco, non inhumanitatis solùm sed etiam mentiæ. Quod enim verbum in istis literis est non plenum humanitatis, Officij, benevolẽtiæ? omne autem crimen tuum est, quod de te in his literis non male existimẽ, quod scribã tã quam ad Civẽ, tanquã ad bonum Virum, non tanquam ad sceleratum & latronẽ. At ego tuas literas & si jure poterã à te lacessitus, tamẽ nõ proferam quibus petis ut tibi per me liceat quendam de exilio. 4 reducere, adjurasq́; id te invito me nõ esse facturũ: idq́; a me impetras, quid enim interponerẽ audaciæ tuæ, quẽ neq; Auctoritas huius Ordinis, neq́; existimatio populi R. neq́; leges ullæ possent coercere? verũ tamen quid erat quod me rogares, si erat is de quo rogabas Cæsaris lege reductus? sed videlicet meã gratiã voluit esse, in quo ne ipsius quidẽ ulla poterat esse lege lata. Sed cũ mihi P. C. & pro me aliquid & in M. Antoniũ multa dicenda sint alterum peto à vobis ut me pro me dicentẽ benigne, alterũ ipse efficiã, ut cõtra illum cũ dicã attentè audiatis, simul illud oro si meã cũ in omni vita tum in dicendo moderationẽ modestiamq́; cognoscitis ne me hodie, cũ isti

4. intelligit Filium P. Clodii, de quo Cæsar legem tulerat ut

iſti ut provocavit reſpondebo, oblitũ eſſe pute tis mei, non tractabo ut Couſulẽ, ne ille quiden me ut Conſularẽ & ſi ille nullo modo Conſu vel quod ita vivit vel quod ita Remp: gerit vel quod ita factus eſt Conſul, ego ſine ulla controverſia Conſularis.

ut reduceretur.

CAPUT. IV.

UT igitur intelligeretis, qualem ipſe ſe Cõſu lem profitetur objecit mihi Conſulatũ mei qui conſulatus verbo meus P.C. re veſter fuit quid enim ego conſtitui, quid geſſi niſi ex hu jus Ordinis 1 Conſilio, Auctoritate Sententia hæc tu 2 homo ſapiens non ſolũ eloquens apu eos, quorum Conſilio, Sapientiaq́, geſta ſun auſus es vituperare? quis autem meum Cõſu latũ præter P. Clodiũ qui vituperaret, inven tus eſt? cujus quidem te fatum, ſicuti C. Curi onem manet: quoniã id Domi 3 tuæ eſt, quo fuit illorum utrique 4 fatale. Non placet M Antonio Conſulatus meus, at placuit 5 P. Ser vilio, ut eũ primũ nominẽ ex illius tempori Con-

1. Omnia ſunt decreta ſententia ſenatus 2. Acrius in vadit Perſonam, & reprehendens ſtultitiam, profert aliar defenſionem, ex bonorum Iudicio in quo & obiter taxa Clodium, & parem illi exitum Antonio ominatur 3. Ful viam uxorem intelligit poſt Clodium & Curionem Anto nio nuptam, quæ ambitioſa erat mulier & maritos ad im moderatas opes inſtigabat. 4. De Fulvia intellige, cuju fato ut Clodius, & Curio perierat, ita & Antoniu periturum eſſe oſtendere vult. 5. Inductioni uti-

Consularibus, qui proxime est mortuus: placuit Q. Lutatio Catulo: cujus semper in hac Rep. vivet Auctoritas: placuit duobus Lucullis M. Crasso. Q. Hortensio, C. Curioni M. Lepido, C. Pisoni M. Glabrioni, L Volatio, C. Figulo, D. Silano L. Murenæ qui tũ erant Consules designati: placuit idem, quod Cõsularibus M. Catoni qui cum multa vita excedẽs providit, tum quod te Consulẽ non vidit. Maximè vero Consulatum meũ Cn. Põpejus probavit, qui ut me primũ decedens ex Syria vidit, complexus & gratulans, meo beneficio Patriam se visurum esse dixit. Sed quid singulos cõmemoro? frequentissimo Senatui sic placuit, ut esset nemo. qui mihi non ut Parenti 6. gratias ageret, qui non mihi vitã suã fortunas, liberos Remp. referret 7 acceptam sed quoniam illis quos nominavi tot & talibus Viris Resp. orbata est, veniamus ad eos, qui duo in Consulari numero reliqui sunt. L. Cotta Vir sũmo ingenio, summaq; Prudentia, rebus iis gestis quas tu reprehendis, supplicationẽ decrevit verbis amplissimis: eiq: illi ipsi quos modo nominavi Consulares, Senatusq; cunctus assensus est, qui honos post conditam hanc urbẽ habitus est togato ante me nemini. L. Cæsar A-

vincu-

utitur, probans nulli non bono Viro Consulatum suum placuisse. 6. Nam Pater Patriæ appellatus est, unde ille versus: Roma Patrem Patriæ Ciceronem libera dixit 7. Profert Virorum testimonia, ex quibus, Cotta & Lentulus

tulus

vinculus tuus, qua Oratione, quâ constantiâ quâ gravitate Sententiam dixit in Sororis suæ 8 Virũ Vitricum tuum? hunc tu cum Auctorem & Præceptorem omnium Consiliorum, totiusq; vitæ debuisses habere, vitrici te similẽ quã Avunculi esse maluisti, huius ego Consilij alienus, consul usus sum, tu Sororis Filius, ecquid ad eum unquã de Rep. retulisti? ad quos refert Dii immortales; ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies Natales audiendi sunt. Hodie non descendit Antonius: cur? dat Natalitia in hortis: Cui? Neminem nominabo, putato tũ eum Phormioni alicui, tum Gnatoni, tũ Ballioni, O! fœditatem hominis flagitiosam. o impudentiã, nequitiã, libidinẽ non ferẽdã! tu cũ Principẽ Senatorẽ Civẽ singularẽ tã propinquũ habeas, ad eũ de Rep: nihil refers, ad eos refers, qui Domũ suã nullã habent, tuã exhauriunt. Tuus videlicet Salutaris Consulatus, perniciosus meus? adeone pudorẽ cũ pudicitia perdidisti, ut hoc in eo tẽplo dicere ausus sis, in quo ego Senatũ illũ, qui quondã florens Orbi terrarũ præsidebat consulebã, tu homines perditissimos cum gladiis collocavisti? At etiã ausus es 9 (quid autẽ est, quod tu nõ audeas) clivũ Capitolinũ dicere me Consule plenũ Servorũ

tulus sententiam dixerant, Consule Cicerone in deprehensos coniuratos. 8. P. Lentulum significat, qui fuerat inter coniuratos, nupserat huic Antonii Mater, post mortem illius Antonii Patris. 9. Refellit aliam obiectionem, opposi-

orũ armatorũ fuiſſe,ut illa credo nefaria S.C. ũ fierent, 10 vim afferebam Senatui. O miſe- um! ſivè illa tibi nota non ſunt (nihil enim oni noſti) ſive ſunt, qui apud tales Viros, tã mpudenter loquare, Quis enim 11 Eques Rõ: uis præter te Adoleſcens Nobilis, quis ullius Ordinis, qui ſe Civẽ meminiſſet, cũ Senatus in oc templo eſſet, in clivo Capitolino non fu- t? quis Nomen non dedit? quanquã nec ſcri- æ ſufficere, nec tabulæ Nomina illorum ca- ere potuerunt.

oſitis actis illius temporis, quod arguebat Antonius, ha- et vim ex teſtimoniis. 10. Loquitur ironicè 11. Probat ſe nullam vim ſenatui illatam, dum de pœna coniura- orum conſultabat.

CAPUT. V.

ETenim cum homines nefarij de Patriæ Parricidio cõfiterentur 1 conſciorũ indicijs ſuâ nanu voce pæne literarũ coacti ſe urbẽ inflã- nare, Cives trucidare, vaſtare Italiam, delere Remp. conſenſiſſe: quis eſſet, qui ad ſalutẽ cõ- nunẽ defendendã non excitaretur? præſertim cũ Senatus Populuſq; R. haberet Ducẽ 2 qua- is ſi qui nunc eſſet, tibi idem, quod illis ac- ccidit contigiſſet. Ad ſepulturam 3 Corpus Vi- rici 4 ſui negat a me datum. Hoc vero ne P. qui-

1. De detecta coniuratione Catilinæ, & eju: aſſeclarum commemorat cum ad Pontem Milvium Legati Allobro- gum capti ſunt. 2. ſeipſum intelligit 3. Hæc obiectio co hæret cum Superiori non tam re quam tempore. 4. & hoc

quidem Clodius dixit unquã quẽ, quia jure e
fui inimicus doleo a te iam omnibus vitiis eſſ
ſuperatum. Quid autẽ tibi venit in mente r
redire in memoriã noſtrã te Domi P. Lentuli
eſſe educatũ? an verebare, ne non putaremu
natura te potuiſſe tam improbũ evadere, niſi ac
ceſſiſſet etiam diſciplina? tã autẽ eras excors u
tota in Oratione tecũ ipſe pugnares, ut no
modo non cohærentia inter ſe diceres, maxim
disjuncta atq; contraria: ut non tanta mecum
quanta tecũ tibi eſſet contentio. Vitricũ tuu
fuiſſe in tãto ſcelere fatebare, pæna affectũ qu
rebare. Ita quod proprie meũ eſt, laudaſt
quod totũ Senatus eſt, reprehendiſti. Nã cu
cõprehenſio ſontium mea animadverſio Sen
tus fuerit: homo diſertus, non intelligit eum
quẽ cõtra dicit, laudari à ſe, eos, apud quos d
cit vituperari. Iam illud cujus eſt non dico au
daciæ (cupit enĩ ſe audacẽ dici) ſed, quod mi
nime vult, ſtultitiæ, quâ vincit omnes, cli
Capitolini mentionẽ facere? cum inter Subſe
lia noſtra verſentur armati: cũ in hac cella C
cordiæ (o Dij immortales) in qua me Cõſu
Salutares ſententiæ dictæ ſunt, quibus ad h
diẽ viximus, cũ gladiis homines collocati ſt
Accuſa Senatũ: accuſa Equeſtrẽ Ordinẽ, q
tũ cũ ſenatu copulatus fuit: Accuſa omnes O
di-

hoc negat reprehendens impudentiam mendacii, ex C
diáni teſtimonii remotione. 5. Reprehendit ſtultiti

Objectio-

ines, omnes Cives, dum confiteare hũc Or-inem hoc ipſo tempore ab Ithyreis 6 circũſe-eri. Hæc tu non propter audaciam dicis tam npudenter, ſed quia tantarum rerũ repugnã-am non videas; nihil profectò ſapis. Quid ſt enim demẽtius, quã cũ ipſe cõtra Rẽp. per-iciosa arma cæperis, obijcere alteri Salutaria?

biectionis 6. Ithyrei in Palæſtina Iudeâ in qua Antoni-s ſub Gabinio militaverat, & multos inde Miniſtros & ſa-ellites abduxit.

CAPUT VI.

AT etiã 1 quodã loco facetus eſſe voluiſti. Quã id (Dij boni) non decebat! in quo eſt tua ulpa nonnulla: aliquid enim ſalis ab uxore Mima 2 trahere potuiſti: *Cedant arma Togæ.* Quid? tũ, nonne ceſſerunt? at poſtea tuis ar-nis ceſſit Toga. Quæramus 4 igitur, utrum nelius fuerit, Libertati Populi R. ſceleratorũ rma, an Libertatem noſtrã armis tuis cedere? ec verò tibi de verſibus reſpondebo: tantũ di-am breviter: neq; illos, neq; ullas te omnino iteras noſſe, me nec Reip. nec amicis unquam efuiſſe, tamen omni genere monumentorũ me-rum perfeciſſe operis ſubſecivis, ut meæ vigi-iæ meæq; literæ & Juventuti utilitatis, & No-mini

1. Reprehendit ineptiam obiecti verſiculi, & crimi-atur adverſarium, & ſtudia ſua defendit 2. hiſtrionica nulier, Hippica prius appellata 3. notus eſt ille verſicu-us, qui iactatus à Cicerone de Conſulatu ſuo; & alter O. ortunatam natã. 4. Confert ſe cum Antonio, ſuamq; To-gam

gam

mini R. laudis aliquid afferrent. Sed hæc non hujus temporis. Ad Maiora veniamus. P. Clodium meo Consilio interfectũ esse dixisti. Quicnam homines putarent 5 si tum occisus esset; cũ tu illũ in foro, inspectante Populo R. gladio stricto insecutus es, negotiumq; transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset, hisq; oppilatis impetũ tuũ compressisset? Sed quid? ego favisse me tibi fateor, svasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne favere quidẽ potui. Prius enim rẽ transegit, quam quisquam suspicaretur eum facturum esse. At ego svasi. Scilicet is animus erat Milonis prodesse Reip. sine svasore non posset? at lætatus sum. Quid ergo in tanta lætitia cunctæ Civitatis me unum tristem esse oportebat? quanquã de Morte P. Clodii fuit quæstio, non satis prudenter illa quidem constituta. Quid enim attinebat nova lego queri de eo, qui hominem occidisset, cum esset legibus quæstio constituta, quæsitum est tamen. Quod ergo, cum res agebatur nemo in me dixit, id tot annis, post tu es inventus: qui diceres? quod vero diceres? quod vero dicere ausus es, idq, multis verbis, operâ meâ Pompeium a Cæsaris amicitia esse disiunctũ, ob eãq causam, mea culpa Civile bellum esse natum. In eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum

gam cum armis illius 5. Hoc refellit argumentando e majori

ıum eſt temporibus erraſti. EgoM.Bibulo præ-
antiſſimo Conſule, nihil prætermiſi quantum
ıcere, enitiq́; potui, quin Pompeiū à Cæſaris
ɔnjunctione avocarem. In quo Cæſar fuit
licior. Ipſe enim Pompeium: à mea famili-
ritate diſiunxit. Poſtea verò, quam ſe ſolum
ompeius Cæſari tradidit, quid ego, illum
ɔ eo diſtrahere conarer? Stulti erat ſperare,
ıadere impudentis, Duo tamen tempora in-
derunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pom-
eio ſvaſerim: ea velim reprehendas, ſi potes:
num, ne quinquennii Imperiū Cæſari proro
aretur, alterū ne pateretur fieri, ut abſentis
us ratio haberetur: quorum ſi utrumvis per-
ıaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſem9.
tq́; idem, cū jā omnes opes & ſuas & Populi
. Pompeius ad Cæſarem detuliſſet, ſeroq́; ea
ntire cæpiſſet. quæ multo ante præviderам
ıferriq; Patriæ bellū nefarium viderem pacis,
ɔncordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſti-
, meaq́, illa vox eſt nota multis: Utinam Cn.
ompei cum C. Cæſare ſocietatē aut nunquā
ɔiiſſes aut nunquam diremiſſes. Fuit alterū
ravitatis, alterum prudentiæ Tuæ.

ajori, & ſimul idem crimen obiicit Antonio.

CAPUT VII.

HÆc mea M. Antoni ſemper & de Pompeio,
& de Repub: conſilia fuerunt, quæ ſi valu-
iſſent

1. Probat ſingulos coniuratores, alia quàm Ciceronis

issent Resp.: staret, tu tuis flagitiis, egestate infamia concidisses. Sed hæc vetera, illud ver recens, Cæsarem meo Consilio interfectũ. Ja vereor P. C. ne quod turpissimum est præva ricatorem mihi opposuisse videar, qui me no solum meis laudibus ornaret, sed etiam ornare alienis, quis enĩ meũ in istius conscientia glo riosissimi facti Nomen audivit ? cujus autẽ, qu in eo numero fuisset, nomen est occultatum occultatũ dico ? cujus non statim divulgatum citius dixerim jactasse se aliquos, ut fuisse in is societate viderentur, qui socii non fuissent quàm ut quisquã celare vellet. Quam veri mile porro est, in tot hominibus partim obscu ris, partim adolescentibus, neminẽ occultant bus meum Nomen latere potuisse ? Etenim Auctores 1 ad deliberandã Patriam desiderare tur, illis auctoribus Brutos ego impellerem qu rum uterq; L. Bruti imaginem quotidie vid ret, alter etiam Halæ, his igitur Majoribus o ab alienis potius consilium peterent, quàm suis ? & foris potius quam Domo ? Quid ? Cassius in ea Familia natus quæ non modo d minatũ sed ne potentiam quidẽ cujusquã fe re potuit, me auctorem credo desideravit, q etiam sine his clarissimis Viris hanc rem in C licia ad ostium fluminis Cydni confecisset, ille ad eã ripã, quam constituerat, non ad co trari-

consilia habuisse 2. nam Cæsar eum nullo honore fu passus

ariam navis appulisset. Cn: Domitiū nō Pa-
is interitus clarissimi Viri, nō Avunculi mors,
on spoliatio 2, Dignitatis ad recuperandā li-
ertatē, sed mea Auctoritas excitavit ? an C.
rebonio persvasi, cui ne svadere quidē ausus
sem ? quo etiā majorem ei Reip. gratiam de-
et, qui libertatem Populi R. unius amicitiæ
æposuit 3 depulsorq; dominatûs, quam par-
ceps esse maluit. An. L. Tullius Cimber, me
t auctorem secutus, quem ego magis fecisse
lam rem sum admiratus, quā facturū putavi.
dmiratus sum autē ob eā causam, quod imme-
or beneficiorū memor Patriæ fuisset. Quid
uos servilios, Cascas dicā, an Halas ? & hos
uctoritate mea censes excitatos, potius chari-
ate Reip: ? longum est persequi cæteros: idq;
eip. præclarum, fuisse tam multos, ipsis glo-
osius est.

issus est, 3. Amantissimus Cæsaris fuerat, sicut & alii.

CAPUT VIII.

AT quemadmodum me coarguerit homo acutus, recordamini. Cæsare interfecto, nquit, statim cruentum altè extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit, atq; ei recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimum ? quod sciebam ? ide, ne illa causa fuerit appellandi me, quod um rem egisset consimilem rebus iis, quas

 ipse

1. Profert rerum pugnantiam, ex qua evincit interfectores

ipſe geſſeram, me potiſſimum teſtatus eſt
æmulum mearum laudum extitiſſe. Tu au
tem omnium ſtultiſſime non intelligis ſi id
quod me arguis, voluiſſe interfici Cæſarem
crimen ſit, etiam, lætatum eſſe morte Cæſari
crimen eſſe. Quid enim intereſt inter ſvaſo
rem facti, & probatorem? aut quod refert, u
trum voluerim fieri, an gaudeam factum !
quis eſt igitur, te excepto, qui illum regna
gaudebas? qui illud aut fieri noluerit, a
factum improbarit? omnes enim in culpa, et
nim omnes boni quantum in ipſis fuit, Cæſ
rem occiderunt. Aliis conſilium, aliis animu
aliis occaſio defuit, voluntas nemini. Se
ſtuporem hominis, vel dicam pecudis, atte
dite, ſic enim dixit M. Brutus, quem ego h
noris cauſa nomino, cruentum pugionem t
nens, Ciceronem exclamavit. Ex quo inte
ligi debet, eum conſcium fuiſſe. Ergo, eg
ſceleratus appellor à te, quem ſuſpicatum al
quid ſuſpicaris: ille, qui ſtillantem præſe p
gionem tulit, is a te honoris cauſa nominatu
eſto: Sit in verbis tuis 1. hic ſtupor, quan
in rebus ſententiisq; major? Conſtitue h
conſul aliquando, Brutorum, C. Caſſii C
Domitii. C. Trebonii, reliquorum quam vel
eſſe cauſam: edormi crapulam inquam, & e
hala, An faces admovendæ ſunt, quæ te exc
tent tantæ cauſæ indormientem? nunquam
intelligis ſtatuendum tibi eſſe, utrum illi, q

iſtam

am rem gesserunt, homicidii rei sint, an vin-
ces libertatis? attende enim paulisper, co-
tationemq; sobrii hominis ad punctum tem-
ris suscipe, & ego qui sum illorum, ut ipse
teor, familiaris: ut à te arguor, socius: ne-
quidquam esse medium, confiteor eos, nisi
peratores populi R. conservatoresq́; Reip:
it; plus quam sicarios, plusquam homici-
s, plùs etiam quam parricidas esse:
quidem est atrocius Patriæ Parentem quam
um occidere. Tu homo sapiens & conside-
te quid dicis? si Parricidæ? cur honoris
usa à te sunt & in hoc Ordine & apud Po-
lum R. semper apellati? cur. M. Brutus te
ferente legibus est solutus, si ab urbe plus
iam decem dies abfuisset, cur ludi Apolli-
res incredibili M. Bruti honore celebrati?
r ProvinciæCassio & Bruto datæ? cur Quæ-
ores additi? cur Legatorum numerus auctus?
q; hæc acta per te, non igitur homicidæ. Se-
itur ut liberatores tuo judiciò sint, quan-
quidem tertium nihil potest esse; quid est,
n conturbo te, non enim fortasse satis quæ
stinctius dicuntur, intelligis, sed tamen hæc
summa conclusionis meæ, quoniam scelere
e liberati sunt, ab eodem te amplissimis præ-
iis iudicatos.

CAPUT

res Cæsaris non Parricidas.

CAPUT IX.

ITaq; iam retexo Orationem meam, scriba 1. ad illos ut si qui forte quod à te mil objectum est, quærent, sitne verum? ne c negent, etenim vereor, ne aut celatum me a ipsis, illis non honestum aut invitatum refu gisse, mihi sit turpissimum, quæ enim res u quam (pro Sancte Jupiter) non modo in ha Urbe, sed in omnibus terris est gesta maior quæ gloriosior? quæ commendatior hominu memoriæ sempiternæ? in huius me consil societatem, tanquam in Equum Troianum i cludi, cum principibus non recuso, ago et am gratias quoquo animo facis, tanta enim r est, ut invidiam istam quam tu in me vis co citare, cum laude non comparem. Quid eni beatius illis, quos tu expulsos á te prædicas relegatos? qui locus est aut tam desertus, a tam inhumanus, qui illos quò accesserint, no affari, atq; appetere videatur? qui homin tam agrestes, qui se cum eos aspexerint, n maximum cæpisse vitæ fructum putent? qu verò tam immemor posteritas, quæ tam ing tæ literæ reperientur quæ eorum gloriam no immortalitatis memoria prosequantur; tu v rò ascribe me talem in numerum. Sed una rem vereor, ne non probes; si enim fuisse non solum Regem, sed Regnum etiam de Re sustu-

1. Concludit increpando adversarium & irridend hoc

ıſtuliſſem, & ſi meus ſtylus 2. ille (ut fuiſſet, icitur) mihi crede non ſolum unum actum, ed totam fabulam confeciſſem, quanquam ſi nterfici 3. Cæſarem voluiſſe crimen eſt, vide uæſo Antoni, quid tibi futurum ſit, quem x Narbone hoc Conſilium cum C. Trebonio æptſſe notiſſimum eſt, & ob ejus conſilii ſo, ietatem, cum interficeretur Cæſar, tum te Trebonio vidimus ſevocari. Ego autem, vide quam tecum agam non inimice) quod enè cogitaſti aliquando, laudo, quod non ndicaſti gratias ago, quod non feciſti, ignoco, virum res illa quærebat. Quod ſi te n judicium quis adducat, uſurpetq́; illud Caſſianum 4: Cui bono fuerit, vide quæſo, ıe hæreas, quanquam illud quidem fuit, ut u dicebas, omnibus bono, qui uni ſervire olebant: tibi tamen præcipuè, qui non modo non ſervis, ſed etiam regnas; qui maximo 5. te ære alieno ad ædem Opis liberaſti, qui er easdem tabulas 6. innumerabilem pecuniım diſſipaviſti, ad quem è Domo Cæſaris tam multa delata ſunt, cuius Domus quæſtuoſiſſima

2. hoc eſt, ſi hoc negoti meo arbitrio meoq; artificio commiſſum fuiſſet, ſumpta metaphora à fabularum Autoribus, quorum ſtylo & calamo fabula tota conficitur 3. Regerit crimen ſibi obiectum in adverſarium Antonium 4. Verba erant L. Caſſii Iudicis, cum de facto quærebatur 5. Enumerat quod commodum ſecutus ſit, & facit criminoſam enumerationem 6. Cæſaris, in quibus acta tenebanıebanıebanıeban-

ma est falſorum commentariorum & chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium, flagitioſiſſimæ nundinæ. Etenim quæ res egeſtati & æri alieno tuo, præter mortem Cæſaris ſubvenire potuiſſet? neſcio 7. quid conturbatus eſſe mihi videris, nunquid ſubtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur? libero te metu: nemo credet unquã; non eſt tuũ de Rep: bene mereri, habet iſtius pulcherrimi facti clariſſimos Viros Reſp. auctores: ego te tantum gaudere dico, feciſſe non arguo.

nebantur. 7. Abrumpit hunc locum, & interpretatur quæ dixit, ne quod modo laudavit tribuere videatur Antonio.

CAPUT X.

Reſpondi maximis criminibus, nunc etiã reliquis reſpondendũ eſt. Caſtra mihi Pompeii, atq; illud omne tẽpus objeciſti, quo quidẽ tempore, ſi ut dixi meũ conſiliũ, auctoritasq; 1. valuiſſet: tu hodie egeres, nos liberi eſſemus, Reſp. non tot Duces & exercitus amiſiſſet fateor enim me, cũ ea quæ acciderunt providerẽ futura, tanta in mæſtitia fuiſſe, quanta cæteri Optimi Cives, ſi jam provideſſent, fuiſſent. Dolebam, dolebã! P. C. Remp: Veſtris quondam meisq; conſiliis conſervatã, brevi tẽpore eſſe perituram: neq; vero erã tam indoctus, ignarusq; rerum, ut frangerer animo propter vitæ

cupi-

1. Hoc ut falſum refellit & docet qualis ſibi fuerit cum

Pom

upiditatem, quæ me manens conficeret ango-
ibus dimissa molestiis omnibus liberasset,
llos ego præstantissimos Viros lumina Reip. vi-
ere volebam, tot Cõsulares, tot Prætorios, tot
onestissimos Senatores, omnem præterea florẽ
obilitatis ac Iuventutis, tum Optimorũ civiũ
xercitus: qui si viverent quamvis iniquâ con-
itione pacis (mihi enim omnis pax cũ Civi-
us bello civili utilior videbatur) Remp: ho-
ie teneremus. Quæ sententia si valuisset, ac
on si maxime mihi, quorũ ego vitæ consule-
ã, spe victoriæ elati obstitissent: ut alia omit-
ĩ, tu certe nunquam in hoc Ordine, vel poti-
s nunquam in hac urbe mansisses. At verò 1
Cn: Pompeii voluntatem à me abalienabat o-
atio mea, an ille quenquam plus dilexit? cum
llo aut sermones, aut consilia contulit sæpi-
s? quod quidem erat magnũ de te diffidentes
n eadem consvetudine amicitiæ permanere.
ed & ego quid ille, & contra ille, quid &
go sentirem, & spectarẽ videbat. Ego incolu-
iitati Civium primùm & postea dignitati, ille
ræsenti potius consulebat, quod autem habe-
at uterq; quid sequeretur, idcirco tolerabili-
r erat nostra dissensio. Quid verò ille Consu-
aris Vir ac pæne Divinus de me senserit, sci-
nt, qui eũ Pharsalica fuga Paphum 2 per-
ecuti sunt, nunquam ab eo mentio de me nisi
honori-

ompeio dissensio, 2. Insula & Civitas est 3. Sector est
bonorum

honorifica,nisi plena amicissimi desiderij, cum me vidisset, plus fateretur se sperasse meliora, & ejus Viri Nomine me insectari audes, cujus me amicū, te sectorem 3 esse fateare? sed omittatur bellū illud, in quo tu nimium felix fuisti.

bonorum redemptor, qui spem lucri secutus, emit universa bona, ut in auctione revendat; ideò, autem sectorem appellat, quod bona Pompeii imprimis à Cæsare redemisset, imò cum Cæsar pretium Domus poposcisset, iratus est Antonias, quod pro tanto eius in Cæsarem studio, pro tantis laboribus ac periculis illam pecuniam ipsi non remisisset.

CAPUT XI.

NE jocis 1 quidem respondebo, quibus me in castris usum esse dixisti, erant illa quidem castra plena curæ, verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen si modo 2 homines sunt, interdum animis relaxantur. Quod autem idem mæstitiam meā reprehendit, idem jocum, magno argumento est, me in utroq; fuisse moderatum. Hæreditates 3 mihi negast venire, utinam hoc suum verum crimen esset plures amici mei & necessarii viverent, sed quid istuc tibi venit in mentem? ego enim ampliu

4

1. Pompeio dicenti Ciceronem serò venisse, respondit Cicero : Minimè serò veni, nam hic nihil paratum video. Interroganti Pompeio, ubi nam Gener ejus esse Dolabella, respondit cum Socero suo est. 2. Non intempestivè se usum iocis probat 3. Objectio Antonij est, & con-

4 ducenties acceptum 5 hæreditatibus retuli, quanquam in hoc genere fateor feliciorem eſſe te, me nemo, niſi amicus fecit hærēdem: ut cum illo commodo, ſi quod erat, animi quidam dolor jungeretur, te is quem nunquam vidiſti L. Rubrius Caſſinas 6 fecit hæreddem, & quidem vide, quàm te amarit is, qui albus atervè fueris, ignorans FratrisFilium præteriit. Q. Furii honeſtiſſimi Equitis R. ſuiq; amiciſſimi, quem palam hæredem ſemper factitarat, ne nomen quidem perſcripſit, quem nunquam viderat, ac nunquam ſalutaverat, 7 fecit hæredem. Velim mihi dicas, niſi moleſtum eſt L. Turſecius, qua facie fuerit, quâ ſtaturâ quo municipio, qua tribu, nihil ſcio inquies, niſi quæ prædia habuerit, igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem, in multas præterea pecunias alieniſſimorum hominum ejectis veris hæredibus, tanqã hæres eſſet invaſit. Quanquam hoc maximè 8 admiratus ſum, mentionem te hæreditatum auſum eſſe facere, cũ ipſe hæreditatem Patris non adiſſes. Hæc ut colligeres 9 homo amentiſſime, tot dies in aliena villa

confutat objectum crimen, â recriminatione & falſo 4. Sunt quinquies centena millia Coronatorum 5. ex hæreditatibus accepi, quanquam loquitur in hoc genere; quod non felicem ſed improbum eſſe velit eum, qui in alienas hæreditates irrepſerit 6. gentile, ſicut Arpinas 7. Probat Attonium fraude ad hæreditatem perveniſſe 8. Patet Antonii perliberalis fuiſſe traditur, unde mortuus magnum æs alienum filiis reliquit 9. inſurgit acrius & reprehend t decla-

villa declamasti ? quanquam tu quidẽ (ut tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi non ingenii acuendi causâ declamitas; & verò adhibes 10 joci causâ Magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum Rhetorem; cui concessisti, ut non in te quæ vellet diceret, salsum omninò hominem, sed materia facilis in te & in tuos dicere. Vide autem inter te, & avum tuum quid intersit, ille sensim dicebat, quod causæ prodesset, tu cursim dicis aliena. At quanta merces 11 Rhetori data est? Audite, audite Patres Cons: & cognoscite Reip. vulnera: duo Millia jugerũ Campi Leontini 12 Sex Clodio Rhetori assignasti & quidem immunia, ut pro tanta mercede, nihil sapere disceres. Nũ etiam homo audacissime, ex Cæsaris Commentariis ? sed dicam alio loco de Leontino agro, & de Campano, quos iste agros ereptos Reip. turpissimis possessoribus inquinavit. Jam enim quoniam criminibus ejus satis respondi, de ipso emendatore & correctore nostro quædam dicenda sunt, nec enim omnia effundam, ut si sæpius decertandum sit ut erit, semper novus veniam, quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum, peccatorumq; largitur.

CAPUT

declamandi ineptiam, ac proinde stoliditatem hominis. 10. a Præceptore Antonium vituperat. 11. A mercede data Antonium vituperat 12. qui est in Sicilia publicus.

1 Cum

CAPUT XII.

VIſne igitur te inſpiciamus à puero? ſic opinor, à principio ordiamur. Teneſnè memoria pretextatum 1. te decoxiſſe 2 Patris inquies. iſta culpa eſt, concedo etenim eſt pietatis plena defenſio. Illud autem audaciæ tuæ quod ſediſti in quatuordecim Ordinibus, cum eſſet lege Roſcia 3 decoctoribus certus locus conſtitutus, quamvis quis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet. Sumpſiſti virilem Togã quàm ſtatim muliebrem ſtolam 4 reddidiſti, primo vulgare ſcortum, certa flagitii merces, nec ea parva, ſed cito Curio intervenit, qui te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolã dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locavit, nemo unquam puer emptus libidinis cauſa tam fuit in Domini poteſtate, quam tu in Curionis. Quoties te Pater ejus Domo ſua ejecit, quoties cuſtodes poſuit, ne limen intrares, cum tamen tu nocte ſociâ, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere, quæ flagitia Domus illa diutius ferre non potuit, ſciſne me de rebus mihi notiſſimis dicere? Recordare tempus illud, cum P, Curio mærens jacebat in lecto, Filius ſe ad pedes meos proſternens lachry

1. Cum nondum virilem Togam ſumpſiſſet. 2. Mercatorum fidem fefelliſſe. 3. L. Roſcius Otho Cõſul, legẽ tulit, ut in theatro Equitibus Romanis, Ordines 24. ſpectandi gratia darentur. 4. Adoleſcentiam Antonii flagitioſam

chrymans te mihi commendabat, orabat, ut te contra ſuum Patrem ſi ſeſtertium ſexagies peteret, defenderem. Tantum enim ſe pro te interceſſiſſe 5 dicebat. Ipſe autem amore ardens confirmabat, quod deſiderium tui diſſidii, ferre non poſſit ſe in exilium eſſe iturum. Quo ego tempore, tanta mala florentiſſimæ Familiæ ſedavi, vel potius ſuſtuli: Patri perſvaſi, ut æs alienum Filii diſſolveret, redimeret Adoleſcẽtem ſumma ſpe & animi & ingenij præditum rei familiaris facultatibus: Eumq; a tua non modo familiaritate, ſed etiam congreſſione, Patrio jure & poteſtate prohiberet. Hæc tu cũ per me acta meminiſſes, niſi illis, quos videmus, gladiis conſideres, maledictis me provocare auſus eſſes? Sed iam ſtupra & flagitia omittam, ſunt quædam, quæ honeſte non poſſum dicere. Tu autẽ eo liberior quod ea in te admiſiſti, quæ à verecundo inimico audire non poſſes.

tioſam expungit. 5. fidem ſuam interpoſuiſſe, ſpopondiſſe.

CAPUT XIII.

1 SEd reliquũ curſũ videte: quẽ quidẽ celeriter perſtringã ad hæc enĩ, quæ in civili bello, quæ in maximis Reip. miſerijs fecit, & ea, quæ quotidie facit, feſtinat animus, Quæ peto ut, quanquam multo notiora Vobis, quàm mihi ſunt

1. Attentionem cum docilitate captat 2. Intelligi Cicero

ſunt; tamen, ut facitis attente audiatis. Debet enim talibus in rebus, excitare animos non cognitio ſolum rerum, ſed etiam recordatio, tametſi incidamus oportet media, nè nimis ſerò ad extrema veniamus. Intimus erat in Tribunatu Claudio, qui ſua erga me beneficia commemorat, ejus omniū incendiorū fax, cuius etiã domi quiddã jam tū molitus eſt 2 quid dicam, ipſe optime intelligit. Inde iter Alexandriam contra Senatûs Authoritatem, contra Religionem. Sed habebat Ducem Gabinium 3 qui cum quidvis rectiſſime facere poſſet, qui tum inde reditus aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Ægypto quàm domum. Quæ autem erat domus? ſuã enim quiſq; domum tū obtinebat, neq; erat uſquã tua; domū dico? quid erat in terris, ubi in tuo pedē poneres præter unū Miſenū 4 quod cum ſociis tanquam ſi Saponem 5 tenebas? Veniſti è Gallia ad Quæſturam petendam, aude dicere, prius

ad

Cicero, quod Antonius Fulviam uxorem Clodii de ſtupro apellarit. 3. Expulſus Antonius & excluſus à Patre Curione primum Clodio ſe adjunxit, unde eo metu relicto, in Aſiam ſe contulit, ubi & corpus & in dicendo ſe exercuit; poſt Gabinio adverſus Ariſtobulum in Iudeos exercitum ducenti Præfectus Equitum fuit, cumq; Prolomæus Regno expulſus. Gabinium ſe, ut reduceret, decem millia talentorum policitus obtinere non poſſit (timebat enim Gabinius ſine Auctoritate Senatûs exercitum Alexandriam ducere) hortatu Antonii eam expeditionem ſuſcepit. 4. Villa Antonii ad mare poſita 5. Obſcura comparatio,

clarum

ad Patrem tuũ venisse quã ad me. Acceperi enim jam ante Cæsaris literas, ut mihi satis fieri 6 paterer à te. Itaq; neq; loqui quidẽ sun te passus de gratia. Postea cultus sum a te, tu à me observatus in petitione Quæsturæ. Quo quidem tẽpore P. Claudium approbante Populo R. in foro es conatus occidere. Cumq; eã rẽ tua sponte conarere, non impulsu meo tamen ita predicabas te non existimare, nisi illũ interfecisses; Nunquam mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum, in quo demiror, cum Milonem impulsu meo rẽ illã egisse dicas, cum te ultro mihi idem illud deferentem unquam sim adhortatus. Quanquam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam, rẽ illam referri malebam, quã ad meam gratiam. Quæstor es factus deinde continuo sine S. C. sine lege 7 sine sorte ad Cæsarem cucurristi, id enim unũ in terris ægestatis, æris alieni, nequitiæ, perditis vitæ rationibus perfugium esse ducebas ibi te cum & illius largitionibus, & tuis rapinis explevisses (si hoc est explere, quod statim effundas) advolas egens ad Tribunatum. ut in eo Magistratu, si posses viri tui similis esses.

CAPUT

clarum tamen si Saponem esse urbem Hispaniæ intelligas ad quam miniaria celeberrima fuerunt; Miniarii auten genus hominum ut opinor, asotum, & dissolutius vivens quales hodie Minerarii in Germania 6. ut acciperem tuam excusationem & purgationem 7. Quia non licebat Quæstori absq; Senatus consulto in Provinciam proficisci

1. Cum

CAPUT XIV.

ACcipite nunc quæſo non ea, quæ ipſe in ſe atq; in domeſticum dedecus impurè, atq; ntemperanter, ſed quæ in nos, fortunasq; notras, id eſt in univerſam Remp: impie fecerit, b hujus enim ſcelere, omnium malorũ prinipiũ natũ reperietis. Nam cum L. Lentulo, C. Marcello Cons: Calen: Ian, labantem & ropé cadentem Remp: 1. fulcire cuperetis, pſiq; C. Cæſari ſi ſana mente eſſet conſule- e velletis, tum iſte venditum, atq; mancipaũ Tribunatũ conſilijs veſtris oppoſuit, cericesq; ſuas ei ſubjecit ſecuri, qua multi mioribus in peccatis occiderunt. In te autem M. Antoni id decrevit Senatus & quidem inolumis, nondum tot luminibus extinctis, quod n hoſtem togatum decerni eſt ſolitum, more najorũ, & tu apud Patres Conſcriptos, conra me dicere auſus es, cum hoc ordine ego onſervator eſſem, tu hoſtis Reip: judicatus? ommemoratio illius tui ſceleris intermiſſa eſt, on memoria deleta. Dum genus hominum, um populi R. nomen extabit, (quod quidem rit ſi per te licuerit ſempiternum). Tua illa eſtifera interceſſio nominabitur. Quid cuide à Senatu, quid temere fiebat, cum tu

1. Cum iu Senatu ſententiæ rogarentur, utrum Senai videatur Cæſarem an Pompeium arma deponere, & luribus Cæſarem tantum arma dimittere oportere videetur, Antonius cum ſurrexiſſet, placeret ne Pompei m

unus Adoleſcens univerſum Ordinem decernere de ſalute Reip: prohibuiſti, neq; id ſemel, ſed ſæpius: Neq; tu tecum de ſenatus authoritate agi paſſus es? quid autem agebatur, niſi ne delere, & evertere Remp: funditus velles, cũ te neq; PrincipesCivitatis rogãdo, neque majores res natu monẽdo, neque frequẽs ſenatꝰ agẽdo, de vendita atq; addita ſentẽtia, movere potuit? Tum illud multis rebus ante tentatis, neceſſario tibi vulnus inflictum, quo paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo; tum contra te dedit arma hic Ordo Conſulibꝰ, reliquisq; Imperiis & Poteſtatibus, quæ non effugiſſes, niſi te ad arma Cæſaris contuliſſes. Tu tu inquam M. Antoni, Princeps C. Cæſari, omnia perturbare cupienti, cauſam belli contra Patriam inferendi dediſti. Quid enim aliud ille dicebat, quam cauſam dementiſſimi ſui conſilii & facti afferebat, niſi quod intercesſio neglecta, Jus Tribunitium ſublatum circumſcriptus eſſet Antonius? omitto quàm hæc falſa, quam levia, præſertim cum omnino nulla cauſa juſta cuiquam eſſe poſſit, contra Patriam arma capiendi: Sed nihil de Cæſare tibi certe confitendum eſt, cauſam perniciosiſſimi belli in perſona tua conſtitiſſe. O miſerum te ſi intelligis: miſeriorem, ſi non intelligis

& Cæſarem ſimul arma deponere, & legiones dimitter[e] ab omnibus eſt collaudatus cumq; omnes eam ſententia[m] decernere vellent, Cato Lentulus prohibuere, & Anton[i]um ex ſenatu reiecerunt, qui vim timens, conducto v[e]-

telligis, hoc literis mandari, hoc memoriæ prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum, unquam immemorem fore: Consules ex Italia expulsos, cumq; his Cn. Pompeiũ quo Imperii Populi R. decus ac lumen fuit: Omnes Consulares, qui per valetudinem exequi cladem illam fugamq; potuissent Prætores Prætoris Tribunos Pleb. magnam partem Senatûs, omnem sobolem Juventutis; unoq; verbo Remp. expulsam atque exterminatam suis sedibus.

hiculo, servili habitu, una cum Cassio ad Cæsarem se contulit, & una cum Cæsare hostis Patriæ judicatus.

CAPUT. XV.

UT igitur in seminibus est causa arborum & stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen, tu fuisti. Doletis tres Exercitus Populi R. interfectos, interfecit Antonius; desideratis Clarissimos Cives, eos quoq; eripuit vobis Antonius; Auctoritas hujus Ordinis afflicta est, afflixit Antonius; omnia deniq; quæ postea vidimus (quid autem mali non vidimus) si recte rationabimur, uni accepta referemus Antonio, ut Helena Troianis, sic iste huic Reip. causa belli, causa pestis, atq; exitii fuit. Reliquæ partes Tribunatus, principio similes; omnia perfecit, quæ Senatus, salva Rep: ne

1. Acccusat Antonium impietatis 2. ideo Antonius

fieri possent perfecerat. Cujus tamen scelus in scelere cognoscite. Restituebat multos calamitosos, in his Patrui 1 nulla mentio. Si severus, cur non in omnes? si misericors; cur non in suos? sed omitto cæteros, L. Lenticulam de alea condemnatum, collusorem suum restituit, quasi verò ludere cum condemnato non liceret: Sed ut quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolveret, 2. Quam attulisti rationem Populo R. cur eum restitui oporteret? absentem credo in reos relatum, rem indicta causa judicatam, nullum fuisse de alea lege judicium, vi oppressum & armis: Postremo, quod de Patruo tuo dicebatur, pecunia judicium esse corruptum; nihil horum. At vir bonus, & Rep: dignus, nihil id quidem ad rem, & ego tamen quoniam, condemnatum esse, pro nihilo est, si ita esset, ignoscerem: hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret, vel in foro alea ludere, lege quæ est de alea, comdemnatum, qui in integrum restituit, is non apertissimè studium suum ipse profitetur? in eodem verò Tribunatu, cum Cæsar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandã Italiã tradidisset, quæ fuit ejus peregrinatio itinerũ? lustratio municipiorũ? Scio me in reb9 celebratissimis omniũ sermone, versari, eaq; quæ dico dicturusq; sũ, notiora õnibus esse

legem tulit de restitutione Licinii, ut quod is in alea perdi-

esse, qui in Italia tum fuere, quam mihi, qui nō fui; notabo tamē singulas res, & si nullomodo poterit ratio mea satisfacere vestræ sētētiæ. Etenim quod, unquam in terris tantum flagitium extitisse auditum est? tantā turpitudinē 9 tātū? dedec9 vehebatur in essedo, Tribunus Plebis, Lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica, mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti, obviam necessario prodeuntes, non noto illo & mimico nomine, sed Volumniam salutabant, sequebantur Rheda cum lenonibus comites nequissimi: rejecta Mater, amicam impuri Filii tanquam nurum sequebatur. O, miseræ mulieris fæcunditatem calamitosam, horum flagitiorum iste vestigiis omnia municipia, Præfecturas, Colonias, totam deniq; Italiam impressit. Reliquorum factorum P. C. difficilis est sane reprehensio & lubrica, versatus in bello est: saturavit se sangvine dissimillimorum sui Civium: fuit felix, si potest ulla esse in scelere felicitas.

didisset, restitutus rursum lucraretur.

CAPUT XVI.

SEd quoniam veteranis cautum esse volumus, quanquam dissimilis est militum causa, & tua, illi secuti sunt, tu quæsisti Ducem: tamen, ne apud illos, me in invidiam voces, nihil

1. Repetit quod supra ab Antonio obiectum confutavit,

nihil de belli genere dicam. Victor 1 Thessalia Brundusium cum Legionibus revertisti; ibi me occidisti? Magnũ beneficiũ! potuisse enim fateor, quanquã nemo erat eorũ, qui tũ tecũ fuerunt, qui mihi nõ censeret parci oportere; tanta enim est charitas Patriæ, ut vestris etiã legionibus sanctus essem, quod eã a me servatam esse meminissent, sed fac id te dedisse mihi, quod non ademisti; meq; a te habere vitam, quia a te non sit erepta: licuit ne mihi per tuas contumelias, hoc tuũ beneficiũ sic tueri, ut tuebar: præsertim cum te hæc auditurũ videres? venisti Brundusiũ, in sinum quidẽ & in cõplexum tuæ mimulæ. Quid est? nũ mẽtior? quàm miserũ est, id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri. Si te municipiorũ non pudebat, ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundusij illã non viderit? quis qui nescierit venisse eã tibi tot dierũ viã gratulatũ? quis qui non indoluerit, tam serò se, quẽ secutus esset cognoscere? Italiæ rursus percursatio, eodem comite mima: in oppida militum crudelis & misera deductio: in urbe auri, argenti, maximeq; vini fœda direptio accessit, ut Cæsare ignaro, cũ ille esset Alexandriæ, beneficio amicorum Magister Equitum constitueretur. Tum existimavit se suo jure cũ Hippia vivere, & equos ve

ctiga-

1 vit, nempe quod Antonius Ciceronem Brundusii occidere

ctigales Sergio Mimo tradere. Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hæreditatū possessiones datas, quid ereptas proferā? cogebat egestas: quo se verteret, non habebat. Nondū ei tanta à L. Rubrio, non à L. Tursecio hæreditas venerat: nondum in Cn. Pompei locū multorūq; aliorū, qui aberant, repentinus hæres successerat: Erat ei vivendū latronū ritu, ut tantū haberet, quantū rapere potuisset. Sed hæc quæ robustioris improbitatis sunt: loquamur potius de nequissimo genere levitatis.
?e potuisset.

CAPUT XVII.

TU istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius coporis firmitaate, tantū vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in Populi R. conspectu vomere postridie. O rem! non modo usu hædam, sed etiam auditu si inter cænam, in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret, in cætu vero Populi R. negotium publicum gerens, Magister equitū cui ructare turpe esset, is frustis vomens esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum Tribunal implevit. Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus; veniamus ad splendida. Cæsar Alexandria se recepit felix, ut sibi quidē videbatur mea autem sententia, nisi qui Reip: sit felix,

1. Hastâ posita eorum bona vendebantur, qui hastâ hoc est

felix, felix esse nemo potest. Hasta posita 1 præ Æde Jovis Statoris, bona (miserum me, consumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor) bona inquam Cn. Pompei M. voce acerbissimæ subjecta Præconis; una in illa re servitutis oblita Civitas ingemuit, servientibusq; animis, gemitus tamen Populi R. liber fuit, expectantibus omnibus quisnam esset tam impius, tam demens, tã diis, hominibusq; hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inventus est nemo, præter Antoniũ; præsertim cũm tot essent circa hastã illã, qui alia omnia auderent; unus inventus est; qui id auderet, quod omnium fugisset, & reformidasset audaciam. Tantus igitur, te stupor oppressit, vel ut verius dicam, tantus furor! ut primum cum sector sis isto loco natus, deinde cũ Pompei sector, non te execrandũ populi R. non detestabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines & esse inimicos & futuros scies? at quàm insolenter, statim helluo invasit in ejus Viri fortunas, cujus virtute terribilior erat Populus R. exteris Gentibus iustitia charior? in ejus igitur copias cum se subito ingurgitavisset, exultabat gaudio persona de Mimo, 2 modo egens, repente dives; sed ut est apud Poëtam, nescio quem; male parta male dilabũtur: incredibile, ac simile portenti est, quonã modo

est bello victi essent. 2. id est de fabula in qua idem histrio

modo illa tam multa, quam paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit, maximus vini numerus fuit permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa & lauta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tam abundantis, horū paucis diebus nihil erat. Quæ charybdis tam vorax? charybdim dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse, nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptū, Apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur, alia mimi rapiebant, alia mimæ: Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorū totos dies potabatur, atq; id locis pluribus: suggerebantur etiam sæpe (non enim semper iste felix) damna aleatoria: conchyliatis Cn. Pompei peristromatis, servorum in cellis lectos stratos videres; Quam ob rem desinite mirari, hæc tam celeriter esse consumpta; Non modo unius Patrimonium, quamvis amplum, ut illud fuit, sed Urbes & Regna, celeriter tanta nequitia devorare potuisset; at ejusdem etiam ædes & hortos. O audaciam immanem; tu ingredi illam Domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum ædium, diis Penatibus os importunissimum ôstendere?

quam

istrio, modo pauperis, modo divitis Personam agit.

1. Fin-

quam Domum aliquamdiu nemo aſpicere poterat, nemo ſine lachrymis præterire, hac te in Domo tam diu diverſari non pudet? in qua quamvis nihil ſapias, tamen nihil tibi poteſt eſſe jucundum. An tu illa veſtibula, roſtra, ſpolia cum aſpexiſti, Domum te tuam introire putas? fieri non poteſt, quamvis enim ſine mente, ſine ſenſu ſis, ut es, tamen & te, & tua, & tuos noſti.

CAPUT XVIII.

NEc vero te 1. unquam, neq; vigilantem neq; in ſomnis credo mente poſſe conſiſtere; neceſſe eſt, quamvis ſis, ut es violentus & furens, cum tibi objecta ſit ſpecies ſingularis viri, perterritum te de ſomno excitari, furere etiam ſæpè vigilantem. Me quidem miſeret parietum ipſorum atq; tectorũ; quodenim unquam domus illa viderat, niſi pudicũ, niſi ex optimo more & ſanctiſſima diſciplina? fuit enim ille vir P. C. ſicut ſcitis, cùm foris clarus, tum domi admirandus: Neq; rebus externis magis laudandus, quàm inſtitutis domeſticis; hujus in ſedibus pro cubiculis ſtabula, pro tricliniis 2. popinæ ſunt; etiam negat; nolite, nolite quærere: frugi 2. factus eſt; Illam ſuã, ſuas res ſibi 3. habere juſſit: Ex duode-

1. Fingit credibiliter in Antonium, quæ ſceleratis accidere ſolent 2. Triclinium locus eſt, ubi diſcumbitur, id eſt

duodecem tabulis, causam addidit; exegit; quàm porro spectatus Civis, quàm probatus, cujus ex omni vita, nihil est honestius, quàm quod cũ Mima fecit divortium? at quàm crebro usurpat & Consul & Antonius? hoc est dicere, & Consul, & impudicissimus: & Consul, & homo nequissimus, quid enim est aliud Antonius? quam si Dignitas significaretur in nomine, dixisset aliquando credo Avus tuus & Consul & Antonius, nunquam dixit; dixit; dixisset etiã Collega meus Patruus tuus, nisi tu solus es Antonius. Sed omitto ea peccata, quæ non sunt earum partium propria, quibus tu Remp: vexasti; ad ipsas tuas partes redeo, id est ad Civile bellum, quod natum, conflatum, susceptũ opera tua est; Cur ei bello tum propter timiditatem tuam, & propter libidines defuisti? gustares civilem sangvinem, vel potius exsorbueras; fueras in Acie Pharsalica antesignanus. L. Domitium nobilissimum & clarissimũ virũ occideras: multos qui de prælio effugerant, quos Cæsar, ut nonnullos fortasse servasset, crudelissime persecutus, trucidaras. Quibus rebus tantis, talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Africã Cæsarẽ non sequerere, cum præsertim belli pars

id est cænaculum. Popinæ loca gulosorum; ubi coquuntur res ad gulam pertinentes 3. *Ironia* est & postea iocatur cũ Antonio quod se cũ mima divortiũ fecisse dixerat. Suas res sibi habere jussit: Verba solennia sunt & repudii &

pars tanta restaret? itaq; quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditũ obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu Imperatoris Quæstor fueras. Dictatoris Magister Equitũ, belli Princeps, crudelitatis Auctor, prædæ socius, testamenti, ut ipse dicebat, Filius apellatus es de pecunia, quã pro domo, pro herbis, pro sectione debebas, primo respondisti planè ferociter: Et re omnia videar contra te, propemodum æqua & justa dicecebas. A me C. Cæsar pecuniam, cur potius quam ego ab illo? an ille sine me vivit? & ne potuit quidem: ego ad illum belli civilis causam attuli; ego leges perniciosas rogavi; ego arma contra Consules, Imperatoresq; Populi R. contra senatum Populumq; R. contra Deos Patrios, arasq; & focos, contra Patriã tuli; num sibi soli vivit? quorum facinus cõmune, cur non sit eorum præda communis, jus postulabas; Sed quid ad rem? plus ille poterat. Itaq; excussis tuis vocibus, & ad te, & ad prædas tuas milites misit: cũ repente à te præclara illa tabula 4. prolata, qui risus hominum de te erat? tantã esse tabulã, tã varias, tã multas possessiones: ex quibus præter partem Miseni, nihil erat, quod is qui auctionaretur, posset suum dicere. 5. Auctionis verò

& divortii 4. In qua bona, quæ tua esse affirmabas descripta erant 5. Cum Antonius bona Pompei à Cæsare emisset,

ò miserabilis aspectus; vestis Pompei, non multa, eaq; maculosa est, ejusdem argentea vasa collisa, sordidata mancipia, ut doleremus quidquam esse ex illis reliquiis quod videre possemus; hanc tamen auctionē Hæredes L. Rubrii 6. decreto Cæsaris prohibuerunt. Hæbebat nebulo, 7. quo se verteret, non habebat. Quippe in his ipsis temporibus, domi Cæsaris percussor, ab isto missus, dęprehensus dicebatur esse cū sica, 8 de quo Cæsar in senatu, aperte in te invehens, questus est.

...t, nec solvendo esse posset, rursum divendere coactus ...it, & ita præter miserum prædium suum, nihil rei ...uit. 6. L. Rubrii decreto Cæsaris interposito, auctionem prohibebant, quia Antonius bona eorum invasisset. ... Epithetum nequam servi, quos Comici idcirió apel...nt, quod nebulas dominorum oculis offundunt & eos ...ecipiunt, aut quod leves & futiles sint, quasi nebulæ. ... Antonium cædis Cæsaris Iulii accusat.

CAPUT XIX.

PRoficiscitur in HispaniâCæsar 1 tibi ad solvendum propter inopiam tuam prorogatis diebus ne tum quidem sequeris, tam bonus gladiator, 2 rudem 3 tam citò accepisti? Hunc igitur quisquam, qui in suis partibus id est in suis fortunis tam timidus fuerit; pertimescat? profe-

1. Criminatur & reprehendit Antonium, quod Cæsarem in Hispaniam proficisceutem, tam serò secutus sit. ... Gladiatorem appellat; quod gladios in Cives Romanos exercuerit. 3. Rudis virga quædam sive baculus, qui

dabatur

profectus est tandem aliquando in Hispaniam, sed tutò 4 ut ait pervenire 5 non potuit, quonam modo igitur Dolabella pervenit? aut nō suscipienda fuit ista causa Antoni, aut cum suscepisses defendenda usq; ad extremum. Ter depugnavit Cæsar cum Civibus in Thessalia, Africa, Hispania, omnibus affuit his pugnis Dolabella: Hispaniensi etiam vulnus accepit, si de meo judicio quæris, nollem: sed tamen cōsiliū, a primo reprehendēdum, laudanda constantia, tu verò quid censes? Cn: Pompei liberi primum Patriam repetabant, esto fuerit hæc causa communis, repetebāt præterea Deos, Penates Patrios, aras, focos larem suum familiarem, in quæ tu invaseras, hæc cum repeterent armis ii quorum erant legibus, & si in rebus iniquissimis, quid potest esse æqui? tamen erat æquissimum, contra Cn, Pompei liberos Cn. Pompei pugnare sectorem. An tu Narbone in mensas hospitum cum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Qui verò Narbone 5 reditus? & tamen quærebat, cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem. Exposui nuper P. C. causam reditus mei, volu si possem etiam ante Cal: Jan: prodesse Reip: nā quod quærebas, quomodo redissem, primū lu ce

dabatur gladiatoribus emeritis, id est quibus per ætatem artem finire licebat, in signum Virtutis 4. timiditatem Antonii perstringit 5. Cum *Romam* nunciatum fuisse Cæsarem

:e non tenebris: deinde cum calceis 6 & toga
nullis nec gallicis 7 nec lacerna. At etiã aspi-
:is me, & quidem ut videris iratus, ne tu iam
necum in gratiam redeas si scias, quàm me pu-
leat nequitiæ tuæ, cujus te ipsum non pudet,
x omnibus omnium flagitiis, nullum turpius
vidi, nullum audivi, quì Magister Equitum
uisse tibi viderere, in proximum annum Con-
ulatum peteres, vel potius rogares, is per mu-
nicipia coloniasq; Galliæ, a qua cum Consu-
atus noster petebatur non rogabatur, petere
Consulatum solebamus cũ Gallicis, & lacerna
:ucurristi. 8 At videte levitatem. Cum hora
liei decimâ fere ad saxa Rubra 9 venisset, de-
ituit in quadam cauponula, atq; ibi se occul-
ans, perpotavit ad vesperum, inde cisio cele-
iter ad urbem advectus, domum venit, capi-
: involuto janitor quis tu ? à Marco tabella-
ius. Confestim ad eam cujus causa venerat,
leducitur, eiq; Epistolam tradidit, quam cum
lla legeret flens (erat enim amatorie scripta,
:aput autem literarũ sibi cum illa Mima, post
hac nihil futurum, omnem se amorem abjecisse
illi

Cæsarem Pompeii Filium superasse, multi congratulatum
irbe obviam exierant ; inter quos cum esset Antonius
repentino sed falso nuntio allato de morte Cæsaris, sta-
im Romam rediit. 6. Hoc ita eludit ut ineptam inter-
rogationem Antonii, fecerit magis ridiculam, & simul con-
raria conferendo suum cum illius reditu conferat 7. gal-
licæ soleæ appellabantur viris parum decoræ 8.
per Galliam ut colligeres suffragia: Saxa rubra ; loca
inter

illinc,atq; in hanc transfudiſſe) cum Mulier fleret uberius homo miſericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum invaſit. O hominem nequam (quid enim aliud dicam; magis proprie nihil poſſum dicere) ergo ut te Catamitum, neq; opinato cũ oſtendiſſes, præter ſpẽ mulier aſpiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbaſti? & domi quidem cauſam amoris habuit, foris etiam turpiorem ne L. Plancus prædes 10 ſuos venderet, productus autem in Concionem à Tribuno Plebis, cum reſpondiſſes, te rei tuæ cauſa veniſſe, populum etiam dicacem 11 in te reddidiſti.

inter urbem & Vejos. 10. Prædes ſunt fidejuſſores, prædia bona eorum, ſponſione obligata. 11. Dicaces dicuntur facti & mordaces.

CAPUT XX.

SEd nimis 1 multa de nugis, ad maiora veniamus. Cæſari ex Hiſpania redeunti, longiſſime proceſſiſti: celeriter iſti & rediſti, & cognoſceret te ſi minus fortem, attamen ſtrenuum, factus es ei rurſus neſcio quomodo familiaris. Habebat hoc omnino Cæſar 2 quem plane perditum ære alieno, egentemq; ſi eundem nequã hominem audacemq; cognoverat, hunc in familiaritatem libentiſſime recipiebat. His igitur

1. Correctio cum Tranſitione 2. Cæſarem obiter proſcendit

tur rebus præclare commendatus 3 jussus est renuntiari Consul & quidem cum ipso. Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, elusus, qua in re, quanta fuerit utriusq; Vestrum perfidia in Dolabellam, quis ignorat? Ille induxit ut peteret, promissum & receptum intervertit, ad seq; transtulit; tu ejus perfidiæ voluntatem tuam àdscripsisti. Veniunt Calen- Ian: cogimur in Senatũ, invectus est copiòsius multò in istũ & paratius Dolabella, quã nunc ego; hic autẽ iratus, quæ dixit; Dii boni! cũ primũ Cæsar ostendisset, se prius quàm proficisceretur, Dolabellam Consulẽ esse jussurũ, quẽ negant Regẽ, 4. qui & faceret semper ejusmodi aliquid & diceret. Sed cũ Cæsar ita dixisset, tũ hic bonus augur eo se sacerdotio præditũ esse dixit; ut comitia auspiciis vel impedire, vel vitiarè posset: idq; se facturum esse asseveravit; in quo primũ incredibilẽ stupiditatẽ hominis cognoscite, quid enĩ? istuc quod te sacerdotii jure facere posse dixisti; si Augur nõ esses, & Cõsul esses minus facere potuisses. Vide ne etiã facilius? nos enĩ nũcia-

cindit atrociter. 3. Cæsar induxerat Dolabellam ut Cõsulatum peteret, sed ubi dies venit, ipse petivit, & Collegam assumpsit Antonium, mox constituit bellum, Parthis, & Dolabellam sibi subrogare, de quo cum ageretur Calen: Ian: in senatu, restitit Antonius, qui inimicus erat Dolabellæ & se auspicia oppositurum esse denuntibat. 4. Cæsaris Tyrannidem incessit 5. Servare de Cælo

tionẽ solũ habemus, Consules & reliqui Magistratus, etiam spectionẽ. Esto hoc imperite, (nec enim ab homine nunquã sobrio, postulanda prudentia) sed videte impudentiam, multis ante mensibus in Senatu dixit, se Dolabellæ comitia, aut prohibiturum auspiciis, aut id facturum esse, quod fecit. Quisquã nè divinare posset, quid vitii in auspiciis futurũ sit, nisi qui de Cælo servare 5. constituit, quod neq; licet comitiis per Leges, & si quis servavit non habitis Comitiis sed prius quam habeantur, debet nuntiare, verũ implicata inscia 6. impudentia est; si nec scit, quod Augurẽ, nec facit quod prudentẽ decet. Atq; ex illo die, recordamini ejus, usq; ad Idus Mart. Consulatum, quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat, caput in adversam lecticam inferens beneficia quæ venderet à Collega petebat. Ecce Dolabellæ Comitiorum dies, sortitio prærogativæ 7 quiescit, renuntiatur, tacet; prima Classis vocatur, renuntiatur, deinde ut assole suffragia, tum secunda Classis, quæ omnia ci tius sunt facta, quám dixi; Confecto negoti bonus

5 to est nuntiare aut pluisse, aut intonuisse; Iove enim tonante cum populo agere non licebat 6. Imprudentia in eo fuit, quod de futuris divinaturum se esse dixit, inscitia in eo quod morem ac ritum Religionis ignorat, cur nescit vitio creari posse neminem, nisi eum qui pluent aut Tonante Iove delectus sit 7. Tribus Romanæ bifari am

bonus augur (Lælium 8 diceres) alio die inquit. O! impudentiam singularem, quid videras? quid senseras? quid audieras? nec enim te de Cælo servasse dixisti, neq. hodie dicis. Id igitur obvenit vitium, quod tu iam Cal. Jan: futurum esse præxideras, & tanto ante prædixeras; ergo hercule magna, ut spero tua potius quam Reip: calamitate, ementitus es auspicia, obstrinxisti populum R. Religione; Augur Auguri, Consul Consuli nuntiasti. Nolo plura, ne acta Dolabellæ videar convellere, quæ necesse est, aliquando ad nostrum Collegium 9 deferantur.

...am suffragia ferebant, aut per Prærogativam aut per iure vocationem. Per Prærogativam dabantur suffragia, quando tribus seu centuriæ obtinebant, sed sorte ut primæ suffragia, ferrent 8. Lælius fuit Augur singulari auctoritate, & est ridicula comparatio 9. Scilicet Augurum.

CAPUT XXI.

SEd arrogantiam hominis, insolentiamq; cognoscite; quamdiu tu voles vitiosus Consul Dolabella, rursus cum voles salvis auspiciis creatus, si nihil est, cum Augur his verbis nuntiat, quibus nuntiasti, confitere te, cum alio die dixeris sobrium non fuisse, sin est aliqua vis in istis verbis: ea quæ sit, Augur à Collega requiro.

1. Lupercalia Festa Panis dicta à Lupis arcendis, discurrebant Iuvenes nudi per Lasciviam, pellibus obviam occur-

requiro. Sed ne forte ex multis rebus gestis, M. Antonij rem unam transiliat Oratio, ad Lupercalia 1 veniamus. Non dissimulat P. C. apparet esse commotum, sudat, pallet, quid libet, modo ne nauseet, faciat, quod in porticu Minutia fecit. Quæ potest esse turpitudinis tantæ defensio? cupio audire, ut videam ubi Rhetoris tanta merces, ubi Campus Leontinus appareat. Sedebat in Rostris Collega tuus, amictus togâ purpurea, in sella aurea, coronatus, 2 ascendis, accedis ad sellam; ita eras Lupercus, ut te esse Consulem meminisse deberes; diadema ostendis, gemitus toto foro. Unde diadema? non enim abjectum sustuleras, sed attuleras Domo, meditatum & cogitatum scelus. Tu diadema 3 imponebas, cum plangore populi ille cum plausu reiiciebat; tu ergo unus scelerate inventus es, qui cum Auctor Regni esses, eum quem Collegam Regni habebas, Dominum habere velles, & idem tentares quid populus R. ferre & pati posset. At etiam misericordiam captabas, supplex te ad pedes abiiciebas, quid petens? ut servires? tibi uni peteres, qui ita a puero vixeras, ut omnia paterere, ut facile servires, à nobis populoq; R. mandatum id certè non habebas. O! præclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus

con-

occurrentes diverberando 2. triumphali habitu. 3. In sectatur Antonium quod diebus Lupercaliorum diadem

Capiti

concionatus, quid hoc turpius? quid fædius? quid suppliciis omnibus dignius? num expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te, si ullã partem habes sensus lacerat, hæc cruentat Oratio. Vereor 4 ne imminuam summorum Virorum gloriam: dicam tamen dolore commotus, nonne indignum est vivere eum, qui imposuerit diadema, cum omnes fateantur, jure interfectum esse qui abjecerit? at etiam adscribi jussit in fastis ad Lupercalia: C. Cæsari Dictatori perpetuo M. Antonium Consulem Populi jussu Regnum detulisse, Cæsarem uti noluisse.

Capiti Cæsaris imposuerit 4. Dubitatione præmunit, quod liberius dicturus est, intelligit autem Brutum & Cassium, à quibus Antonium unà cum Cæsare interfici oportuisse significat.

CAPUT XXII.

JAm, iam minime miror, te otium perturbare, non modo Urbem odisse, sed etiam lucem, cum perditissimis latronibus, non solum de die, sed etiam in diem vivere, ubi enim tu in pace consistes? qui locus tibi in legibus & in judiciis esse potest, quæ tu, quantum in te fuit dominatu regio sustulisti? Ideone L. Tarquinius exactus Sp. Cassius, Sp: Melius, M. Manilius 1 necati, ut multis post sæculis à M. Anto-

1 Manilius ex Saxo dejectus. Melius Eques Romanus, frumenta Populo R. sua impensâ largitus est, & ob id

Antonio, quod fas non est, Rex Romæ constitueretur. Sed ad auspicia 2 redeamus: De quibus rebus Idib: Mart: fuit in Senatu Cæsar acturus, quæro tum tu, quid egisses? audiebã quidem te paratum venisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. Sustulit illum diem fortuna Populi R. num etiam tuum de auspiciis judicium, interitus Cæsaris sustulit? sed incidi in id tempus, quod iis de rebus, in quas ingressa erat Oratio prætereundũ non sit; quæ tua fuga? quæ formido illo die? quæ propter conscientiam scelerum, desperatio vitæ, cum ex illa fuga beneficio eorum qui te si sanus esses, salvum esse voluerunt, clam te Domum recepisti? O mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum, dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris, cũ me ad te ire vellent, ut ad defendendam Remp: te adhortarer, quo ad metueres, omnia te promissurum, simul ac timere desisses, similem te futurum tui, itaq; cum cæteri Consulares irent, redirent, in sententia mansi: neq; te illo die neq; postero vidi, neq; ullam societatẽ optimis Civibus cum importunissimo hoste, fœdere ullo confirmari posse credidi; post diem tertium veni in ædem Telluris

id factũ Regnũ appetebat, jussu Cicinnati Dictatoris, occisus

2. Non redit ad eandem rem, sed Ordinem tempori persequitur, & reprehendit quod facturus erat Antonius nisi

uris & quidem invitus, cum omnes aditus armati obſiderent. Qui tibi ille dies M. Antoni fuit? quanquam mihi ſubito inimicus extitiſti, tamen me tui miſeret, quod tibi invideris Qui tu Vir Dii immortales! & quantus fuiſſes, ſi illius diei mentem ſervare potuiſſes, pacem haberemus, quæ erat facta per obſidem puerum nobilem M. Antonii Filium, M. Bambalionis nepotem, quanquam te bonum timor faciebat, non diuturni MagiſterOfficii: improbum fecit ea; quæ dum timor abeſt, a te non diſcedit audacia, & ſi tum, cum optimum te putabant, me quidem diſſentiente, funeri illius Tyranni ſceleratiſſimi præfuiſti, tua illa pulchra laudatio, tua miſeratio, 3 tua cohortatio; tu, tu illas faces incendiſti, & eas quibus ſemiuſtulatus 4 ille eſt, & eas quibus incenſa L. Bellieni Domus deflagravit, tu illos impetus perditorum hominum, & ex maxima parte ſervorum, quos nos vi, manuq; repulimus, in noſtras Domos immiſiſti. Idem tamen quaſi fuligine abſterſa, reliquis diebus in Capitolio, præclara S: C. feciſti, ne qua poteſt Idus Mart: immunitatis tabula, neve cujus quam beneficii figeretur; meminiſti ipſe de exulibus; ſuis de immunitate quid dixeris;

Optimum

niſi Cæſar interiiſſet 3. quam omnibus movit Antonius, cum Veſtem Cæſaris ſangvine reſperſam pro Concione oſtendebat 4. Nam ne totum Cadaver combureretur, Do

labella

Optimum vero, quod Dictaturæ Nomen in perpetuum de Rep. sustulisti, quo quidem facto, tantum te cæpisse odiumRegni videbatur, ut ejus omnem propter proximum Dictatorē tolleres metū. Constituta Resp: videbatur aliis mihi vero nullo modo, qui omnia te gubernante naufragia metuebam. Num igitur me fefellit? aut num diutius sui potuit esse dissimilis? inspectantibus Vobis toto Capitolio tabulæ figebantur, neque solum singulis veniebāt immunitates, sed etiam Populis universis, Civitas non tum sigillatim, sed Provinciis totis dabatur. Itaq; si hæc manent, quæ stante Rep, manere non possunt, Provincias universas P. C. perdidistis, neq; vectigalia solum, sed etiā Imperium populi R. hujus domesticis nundinis diminutum est.

labella, prohibuit, expulsis foro improbis & servis.

CAPUT XXIII.

UBi est septies millies sestertium? quod in tabulis, quæ sunt ad Opis patebat: funestæ [1] illius quidem pecuniæ, sed tamen, si iis, quorum erat, non redderetur, quæ nos à tributis posset vindicare. Tu autem sestertium quadringenties quod Idibus Mar: debuisti, quonam modo ante Calendas Apr: debere desiisti? quid ego de Commentariis infinitis, quid de innume-

1. Redactæ, scilicet ex Bonis Pompeianorum interfectorum

innumerabilibus chirographis loquar? sunt ea quidem innumerabilia, quæ à diversis emebã-tur non insciente te. Sed unum egregium 2 Rege Dejotaro Populi R. amicissimo decretum in Capitolio fixum: quo proposito, nemo erat, qui in ipso dolore risum posset continere. Quis enim cuiquam inimicitior quam Dejotaro Cæsar? æque, atque huic Ordini, ut Equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus Remp. Populi R. charam esse sentiebat, is igitur, à quo Vivo nec præsens, nec absens quisquam boni impetravit; apud mortuum factus est gratiosus. Compellerat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat, in ejus Tetrarchiam ex Græcis comitibus suis collocarat Armeniam abstulerat a Senatu datam. Hæc vivus eripuit, reddidit mortuus. At quibus verbis? modo æquum sibi videri, modo non iniquum: Mira verborum complexio, at ille nunquam (semper enim absenti affui Dejotaro) quicquam sibi quod nos pro illo postularemꝰ, æquum dixit videri. Syngrapha centies per legatos, viros bonos, sed timidos & imperitos, sine Sexti sine reliquorũ hospitũ Regis sẽtẽtia, facta in *Gynæceo*, 3 quo in loco plurimæ res veniere, & veneunt. Qua ex Syngrapha 4 quid

ctorum. 2. Irridet Antonium quod accepta pecunia Dejotaro *Regi* à Cæsare ablata restituere promiserit 3. in conclavi mulierum 4. *Monet* nihil esse actum cum Legatis;

quid ſis acturus, meditere, cenſeo, Rex enim ipſe ſua ſponte, nullis Commentariis Cæſaris, ſimul atq́; audivit ejus interitum ſuo Marte res ſuas recuperavit. Sciebat homo Sapiens, jus ſemper hoc fuiſſe, ut, quæ Tyranni eripuiſſent, ea Tyrannis interfectis, ii, quibus erepta eſſent, recuperarent: Nemo igitur jure conſultus, ne iſto 5 quidem qui tibi uni eſt jure conſultus, per quem hæc agis ex iſta ſyngrapha deberi dicit, pro iis rebus quæ erant ante ſyngrapham recuperatæ. Non enim a te emit, ſed prius, quam tu ſuum ſibi venderes, ipſe poſſedit. Ille vir fuit: nos quidem contemnendi, qui auctorem edimus, acta defendimus.

gatis; Syngrapha quæ ex Cautione, 5. quis ſit, incertum eſt.

CAPUT XXIV.

QUid ego de Commentariis infinitis, quod de innumerabilibus chirographis loquar? quorum etiam imitatores ſunt, qui ea tanquã gladiatorum 1 libellos palam venditent. Itaq́; tanti acervi nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ; at quàm cæca 2 avaritia eſt? nuper fixa tabula eſt, qua Civitates locupletiſſimæ Cretenſium liberantur; ſtatuitq́; ne poſt M.

1. Libelli gladiatorum, in quibus pugnæ gladiatorum deſcriptæ erant 2. Proſcindit Antonium quod Cretan vectiga-

M. Brutum Proconſulem, ſit Creta Provincia; Tu mentis es compos? tu non conſtringendus? an Cæſaris decreto 3 Creta poſt M. Bruti deceſſum potuit liberari, cum Creta nihil ad Brutum Cæſare vivo pertineret? at hujus venditione Decreti (ne nihil actum putetis) Provinciam Cretam perdidiſtis; omnino nemo ullius rei fuit emptor, cui defuerit hic venditor. Et de exulibus 4 legem quam finxiſti Cæſar tulit? nullius inſector calamitatem, tantũ queror, primum enim reditus inquinatos, 5 quorũ cauſam diſſimilem Cæſar judicaverit: deinde neſcio, cur reliquis idem non tribuas. Neq́ enĩ plus, quàm tres aut quatuor & reliqui ſunt, qui ſimili in calamitate fuerint. Cur tua miſericordia ſimili non fruuntur? cur eos habes 6 in loco Patrui? de quo ferre, cum de reliquis ferres noluiſti, quem etiam ad cenſuram petendam impuliſti, eamq́; petitionem comparaſti, quæ & riſus hominum 7 & querelas moveret. Cur autem ea comitia non habuiſti? an quia Tribunus Pl: fulmen ſiniſtrum 8 nuntiabat? tua quid intereſt; nulla auſpicia 9 ſunt

tuorum

vectigalibus liberarit. 3. Arguit vanitatem decreti ex tempore, quod veriſimile non ſit. 4. Cavillatur legem Antonii de exulibus latam 5. ignominia affectos, notatos 6. Obiter hic impietatem Antonii in Patrem & C. Antonium oſtendit. 7 Propter abiectos homines, quos competitores cum Patruo conſtituerat 8 Quod in ſolis comitiis vitium eſt, alioquin fulmina ſiniſtra ſeu læva proſpera

exiſti-

tuorum, cum ſis Religioſus. Quid? eundem in ſeptemviratu 10 non nè deſtituiſti? intervenit enim, quem metuiſti? credo ne ſalvo capite negare non poſſes. Omnibus eum contumeliis oneraſti, quem Patris loco, ſi in te ulla pietas eſſet, colere debebas. Filiam ejus, ſororem tuam ejeciſti, alia conditione quæſita, & ante perſpecta. Non eſt ſatis: probri inſimulaſti pudiciſſimam fæminam quid eſt, quod addi poſſit? contentus eo non fuiſti frequentiſſimo Senatu Calen: Jan: ſedenti Patruo, hanc tibi eſſe cum Dolabella odii cauſam, auſus es dicere, quod ab eo ſorori & uxori tuæ ſtuprum oblatum eſſe comperiſſes. Quis interpretari poteſt, impudentior ne, qui in Senatu, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui Patre audiēte: an crudelior, qui in illam miſeram tam ſpurie, tam impie dixeris? Sed ad chirographa redeamus. Quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæſaris, pacis cauſa confirmata ſunt à Senatu, quæ quidem Cæſar egiſſet, non ea, quæ Cæſarem egiſſe dixiſſet Antonius. Unde iſta erumpunt? quo auctore proferuntur? ſi ſunt falſa, cur probantur? ſi vera cur veneunt? at ſic placuerat ut ex Calendis Jun: de Cæſaris actis cum conſilio cogno-

exiſtimantur, quoniam læva parte mundi ortus eſt 9. Ironia eſt. 10 Pontifices propter ſacrificiorum multitudinē tres Viros eſſe voluerunt, ſed cùm etiam hi non ſufficerent, ſeptem

ſceretis. Quod fuit Conſilium? quem unquã advocaſti, quas Calendas Jun: expectaſti? an eas, ad quas te peragratis veteranorum colonijs ſtipatum armis retuliſti? O præclaram illam percurſationem tuam, menſe Aprili, atq; Majo, tum, cum etiam Capuam 11 deducere conatus es. Quemadmodum illam adigeris, vel potius pænè non adigeris ſcimus. Cui tu urbi minitaris.

ſeptem conſtitututi ſunt. 11. Antonius voluit Capuam novam Coloniam deducere ex veteranis Militibus, ſed prohibitus fuit à Campanis, & vix non interfectus, Octavius verò magna ex parte impediebat, ne milites, in variis coloniis ſequerentur Antonium.

CAPUT XXV.

UTinam conere, ut aliquando illud pæne tollatur, 1 atq; nobilitata ſit tua illa peregrinatio. Quid prandiorum apparatus? quid furioſam vinolentiam tuã proferam? Tua iſta detrimenta ſunt, illa noſtra. Agrum Campanũ 2 qui cum de vectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamen infligi magnum Reip. vulnus putabamus: hunc tu compranſoribus tuis & colluſoribus dividebas. Mimos dico, & mimas in agro P. C. campano collocatos; quid iam querar de agro Leontino? quandoquidem hæ quondam arationes, Campani & Leontini

in

1. Negotium perficiatur 2. Antonium accuſat, quod agrum Campanum publicum & vectigalem in privatorum

hominum

in Pop. Rom. patrimonij glandiferæ & fructuosæ ferebantur. Medico tria Millia jugerum, quasi te sanum fecisset: Rhetori duo, quasi disertum facere potuisset; sed ad iter Italiamq; redeamus. Deduxisti Coloniam Casilinum 3 quo Cæsar ante deduxerat, consuluisti me per literas deCapua tu quidem: sed idem de Casilino respondissem, posses ne, ubi colonia esset, eo coloniam novam jure deducere. Negavi in eam Coloniam, quæ esset auspicato deducta dum esset incolumis, Coloniam novam jure deduci; Colonos novos ascribi posse; rescripsi. Tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum jure turbato Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum 4 videres & Aratrum 5 circum duceres; Cujus quidem vomere portam Capuæ pæne perstrinxisti, ut florentis Coloniæ territorium minueretur. Ab hac Religionum perturbatione, advolas in M. Varronis Sanctisimul atq; integerrimi viri fundū Cassinatem Quo jure? quo ore? eodem inquies, quo in hæredum L. Rubri, quo in hæredum L. Tursecii prædia; quo in reliquas innumerabiles possessiones. Et si ab hasta 6 valeant 7 tabulæ

hominum usum redegerit 3. Oppidum Campaniæ ad flumen vulturnum situm 4. hoc est ut discordiam & bellum inter veteres & novos Colonos concitares 5. hoc est vi occupares & everteres 6. ab auctione. 7. vim habeant

8. Quo-

ſæ modo Cæſaris, non tuæ, quibus debuiſti, non quibus tutè te liberaviſti. Varronis quidem Caſſinatem fundum quis [8]veniſſe dicit ? quis haſtam iſtius venditionis vidit ? quis vocem præconis audivit ? miſiſſe te dicis Alexandriam qui emeret a Cæſare, ipſum enim expectare magnum fuit. Quis vero audivit unquam (nullius autem ſalus curæ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem ullam eſſe detractam ? quid ſi etiam ſcripſit ad te Cæſar ut redderes ? quid ſatis poteſt dici, de tanta impudentia ? remove gladios illos parumper, quos videmus : Jam intelliges aliam cauſam eſſe haſtæ Cæſaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ. Non enim te Dominus, modo illis ſedibus, ſed quivis amicus, vicinus, Hoſpes Procurator arcebit. At quam multos dies 8. in ea villa turpiſſime eſt perbacchatus ? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. O ! tecta ipſa miſera, quàm diſpari Domino: quanquam quomodo iſte Dominus ? ſed tamen quàm a diſpari tenebantur. Studiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinum diverſorium. Quæ in illa villa ante dicebantur ? quæ literis mandabantur, jura Populi R. monumenta majorum, omnis ſapientiæ ratio, omniſq; doctrina. At vero te inquilino (non enim Domino) perſonabant

omnia

8. Quomodo Antonius in villa Varronis vixerit. 9. obſcurabant

omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes, ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter Matres familias versabantur. Cassino salutatum veniebant, Aquino, Interamna: Admissus est nemo, jure id quidē. In homine enim turpissimo, obsolescebant 9 Dignitatis insignia.

rabantur.

CAPUT XXVI.

CUm inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obviam ei processit (ut est frequens municipium) magna sane multitudo. At iste operta lectica latus est per oppidum ut mortuus. Stulte Aquinates, sed tamen in via 1 habitabant. Quid Anagnini? qui cum essent devii, obviam ei descenderunt, ut istum tanquam si esset Consul salutarent. Incredibile dictu est: tamen inter omnes constabat, neminem esse resalutátum, præsertim cum duos secum Anagninos haberet, Mustellam & Laconem, quorum alter gladiatorum est Princeps, alter poculorum. Quid ego illas istius minas, contumeliasq; commemorem, quibus invectus est in Silicinos, vexavit Puteolanos, quod Cassium, quod Brutos Patronos adoptassent magno quidem judicio, studio, benevolentiâ charitate

1. Officii Causâ præstolabantur 2, Descripsit peragrationem, nunc tempus illius describit, omnia cum vituperatione

ritate, non ut te, ut Basilium vi & armis, & alios vestri similes, quos Clientes nemo habere velit non modo esse illorum Cliens? interea dum tu abes 2 qui dies ille Collegæ tui, cum illud, quod tu venerari solebas bustum, 3 in foro evertit? qua re tibi nunciata, ut constabat inter eos, qui unà fuerunt, concidisti. Quid evenerit postea, 4 nescio. Metum credo valuisse & arma. Collegam quidem 5 de Cælo detraxisti, effecistiq; non tu quidem etiam nunc, ut sit similis tui, sed certe ut dissimilis 6 esset sui.

ratione. 3. Cæsari erectum 4. Loquitur de Dolabella, qui optimus fuit Consul, sed postea ab Antonio corruptus. 5. id est de summa gloria in summam invidiam coniecisti. Proverbialis metaphora, in Cælo esse, id est summis laudibus celebrari. 6. Significat Dolabellam minus perversum esse quâm Antonium.

CAPUT XXVII.

Qui vero reditus inde Romam 1 quæ perturbatio totius Urbis? memineramus Cinnam nimis potentem: Syllam postea dominantem, modo Cæsarem regnantem videramus; erant fortasse gladii, sed ii absconditi, nec ita multi; Ista vero quæ & quanta barbaria est? agmine quadrato cum gladiis sequuntur, scutorum lecticas portari videmus; atq; his quidē

jam

1. Redit ad illius adventum Romam, & amplificat rem

jam inveteratis P. C. consvetudine obduruimus, Calendis Jun: cum in Senatum ut erat constitutum venire vellemus, metu perterriti repēte diffugimus. At iste, qui Senatu non egeret neq; desideravit quenquam, & potius discessu nostro lætatus est, statimq; illa mirabilia facinora effecit; qui chirographa Cæsaris defendisset lucri sui causa, is leges Cæsaris easq; præclaras, ut Remp: concutere possit, evertit: numerum annorum 2 Provinciis prorogavit, idemque cum Actorum Cæsaris defensor esse deberet, & in publicis, & in privatis rebus acta Cæsaris rescidit. In publicis actis nihil est lege gravius: in privatis firmissimum est testamentum. Leges alias sine promulgatione sustulit, alias ut tolleret promulgatas promulgavit: testamētū irritū fecit, quod etiā infimis Civibꝰ semper obtentū est. Signa, tabulas, quas populo Cæsar una cum hortis legavit, eas hic partim in hortos Pompei deportavit, partim in villam Scipionis. Et tu in Cæsaris memoria diligens? tu illum amas mortuum! quem is majorem honorem consecutus erat, quàm ut haberet pulvinar 3 simulacrum, fastigium! Flaminem? est ergo Flamen ut Jovi, ût Marti, ut Quirino sic Divo Julio M. Antonius

4

comparatione 2. ut Prætoriæ Provinciæ plus quàm annū. Consulares plus quàm biennium valerent 3. Pulvinaria lecticæ erant Deorum & lectuli, quibus in templis stratis

Diis

4 Quid igitur cessas! cur non inaugurare? sume diem: vide, qui te inauguret, Collegæ sumus nemo negabit. O! detestabilem hominem, sive quod Tyranni Sacerdos es, sive quod mortui. Quæro deinceps, num, hodiernus dies 5 qui sit ignores? nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse, te ipsũ autem ad Populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati, 6 cur honorem Cæsaris tua lege datum, deferi patimur? an supplicationes 7 addendo diem contaminari passus, pulvinaria noluisti, aut undiq; Religionem tolle, aut usquequaq; conserva. Quæres, placeatne mihi pulvinar esse, fastigium, Flaminem; mihi vero nihil istorum placet. Sed tu, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia non cures? nisi forte vis fateri, te omnia questu tuo non illius Dignitate metiri.

Diis honorem habebant 4. Ironia acerba est, & tacita insectatio Tyrannidis Antonii, nam vult dicere M. Antonius fuit Flamen Cæsaris, id est Minister & imitator Tyrannidis Cæsaris. 5. Antonius cum ab obitu Cæsaris, ei Divinos honores habere vellet, ad populum tulit, ut quinto die Ludorum Romanorum Cæsari sacrificaretur, id quod Populus scivit, sed Antonius istum honorem Cæsari non est executus, quod Cicero exagitat 6. Utebantur Prætextâ & in ludis & in Festis diebus 7. Supplicationes mortuo Cæsari addiderat.

CAPUT XXVIII

QUid ad hæc tandem? expecto enim Eloquentiam tuam. Disertissimũ cognovi avũ

tuum, at te etiam apertiorem in dicendo. Ille nunquam nudus est concionatus, tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respondebis ne ad hæc, aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea, cui te respondere posse confidas? sed præterita omittamus; hunc unum diem hunc unum, inquam hodiernum diem, hoc punctum temporis quo loquor, defende, si potes. Cur armatorum corona Senatus septus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valvæ 1 Concordiæ non patent? cur homines omnium Gentium, maxime barbaros Ityræos cum sagittis deducis in forum? præsidii sui causa se facere dicit; nonne 2 igitur millies perire est milius, quam in sua Civitate sine armorum præsidio non posse vivere? sed nullum est istuc mihi crede præsidium. Charitate & benevolentia Civium septum oportet esse non armis. Eripiet, extorquebit, tibi ista Populus R. utinam salvis nobis, sed quoquomodo nobiscum egeris, dum istis consiliis uteris non potes esse mihi crede diuturnus. Etenim ista tua minime avara conjunx quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu Populo R. pensionem tertiam. 4 Habet Populus R. 5 ad

1. Valvæ fores, à volvendo dictæ 2. defensionem convertit, in vituperationem 3. Volumniam intelligit, quæ ante Clodio & Curioni, deinde Antonio nupserat. 4. Mortem

d quos gubernacula Reip: deferat, qui ubicunq; terrarum sunt, ibi est omne Reip: præsidium, vel potius ipsa Resp: quæ se adhuc tantummodo ulta est non dum recuperavit. Habet quidem certe Resp. Adolescentes nobilissimos paratos defensores, quam volent, illi cedant, otio consulentes: Tamen â Rep: revocabuntur. Et nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. Sed inter pacem & servitutem plurimùm interest; pax est tranquilla Libertas, servitus malorum omnium postremum, non modo bello, sed morte etiam repellendum. Quod si se ipsos illi nostri liberatores e conspectu nostro abstulerunt; at exemplum facti reliquerunt. Illi, quod nemo fecerat fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecutus, qui tamen Rex fuit, cum esse Regem Romæ licebat. Sp. Cassi9, Sp: Melius, M. Manlius, propter suspicionem Regni appetendi, sunt necati. Hi primi cum gladiis non in Regnum appetentem, sed in Regnantem impetum fecerunt. Quod cum ipsũ factum per se præclarum atq; Divinum est, tũ est positum ad imitandũ, præsertim cũ illi eam gloriam consecuti sint, quæ vix Cælo capi posse videatur. Et si enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen immortalitatem non arbitror contemnendam.

tem Antonii. 5. Brutum & Cassium intelligit.

CAPUT XXIX.

RECordare illũ M. Antoni diẽ, quo Dictaturam

ram

rã ſuſtuliſti: pone ante oculos lætitiã Senatûs, Populiq́; R, cõfer cũ Nũmatione Tua Tuorũq́; tũ intelliges, quantũ inter laudẽ & lucrũ interſit. Sed nimirũ, ut quidã morbo aliquo, & sẽſus ſtupore ſvavitatẽ cibi non ſentiũt, ſic libidinoſi, avari, facinoroſi, veræ laudis guſtũ nõ habent. Sed ſi te laus allicere ad recte faciendũ nõ poteſt, ne metus quidẽ à fœdiſſimis factis poteſt avocare? Judicia non metuis: ſi propter innocentiã, laudo: ſi propter vim, nõ intelligis, ei, qui iſto modo Judicia nõ timeat quid timendũ ſit. Quod ſi nõ metuis Viros fortes, egregioſq́; Cives, quod à corpore tuo prohibẽtur armis: tui te, mihi crede diutius non ferent. Quæ eſt autẽ vita, dies & noctes timere a ſuis? niſi verò aut majoribus habes beneficiis obligatos, quam ille quosdã habuit ex iis, à quibꝯ eſt interfectꝯ: Aut tu es ulla re cũ eo cõparandus? fuit in illo Ingeniũ, ratio, memoria, literatura 2 cogitatio, diligentia: Res bello gefferat, quamvis Reip: calamitoſas, attamẽ magnas; Multos annos regnare eſt meditatus 3 magno labore, magnis periculis, quod cogitarat, effecerat. Muneribus, Monumẽtis, cõgiariis 4 epulis, multitudi

1. Concludit & confert præteritam gloriam Antonii cum Tyrannico lucro & remiſſius movet. 2. Scientia literarum; ſcripſit enim ad Ciceronem librum de lingva latina 3. Vixit Cæſar Annos quinquaginta ſex, & imperavit poſt finem belli Civilis tres Annos & ſeptem menſes. 4. Congiarium dabant imperatores militibus, cum pecuniam

titudinem imperitam lenierat, suos præmiis, adversarios clementiæ specie devinxerat. Quid multa? attulerat jam liberæ Civitati partī metu, partim patientia consvetudinē serviendi. Cum illo ego te dominandi cupiditate cōferre possum: cæteris verò rebus nullo modo es cōparandus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo Reip: sunt inusta, hoc tamen boni est, quod didicit jam Populus R. quantū cuiq; crederet, quibus se committeret, à quibus caveret. Hæc igitur non cogitas, nec intelligis, satis esse Viris fortibus didicisse, quàm sit pulchrū, beneficio gratū, fama gloriosum Tyrannū occidere, an, cum illū homines nō tulerint, te ferent? Certatim post hac mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. Respice quæso aliquando Remp. M. Antoni, quibus ortus sis, non quibus cum vivas; Considera, mecum ut voles, cū Rep: redi in gratiā sed de te, tu ipse videris, ego de me ipso profitebor; defendi Remp: Adolescens, non deseram senex: contēpsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos, quin etiā corpus libenter obtulerim si repræsentari morte mea libertas Civitatis potest. Ut aliquando dolor Populi R pariat, quod jam diu parturit. Etenim si abhinc Annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse Consulari: quanto verius nunc negabo Seni: Mihi vero P. C. jam etiam optanda mors est perfuncto rebus eis, quas adeptus sum, quasq; gessi. Duo modo hæc opto, 5 unum, ut moriens Populum R. liberum relinquam: hoc mihi majus à diis immortalibus dari nihil potest; Alterum, ut ita cuiq; eveniat, ut de Rep. quisq; mereatur.

pecuniam viritim gratis dabant; Congiarium dictum a congio, est autem congius mensuræ nomen capax sex sextariorum 5. Votum pathethicum plenum pietatis, ad animos impellendos & conciliandos, quo Orationem concludit.

SENTEN-

SENTENTIÆ

Omnis pax cum Civibus bello Civili utilior,

Miserum est id negare nō posse, quod sit turpissimum confiteri.

Nisi quis Reipublicæ sit felix, felix esse nemo potest.

Quorum facinus commune, cur non sit eorum pœna communis.

Ab homine nunquam sobrio non est postulanda Prudentia.

Implicita inscitia impudentia, est.

Timor multos bonos facit non diuturni Magister Officij.

Jus semper hoc fuit, ut quæ Tyranni eripuissent, ea Tyrannis interfectis, ii quibus erepta essent recuperarent.

Millies perire melius est, quàm in sua Civitate sine armorum præsidio non posse vivere.

Nomen pacis dulce est & res ipsa salutaris, sed inter pacem & servitutem plurimum interest; Pax est tranquilla libertas, servitus postremum malorum omnium, non modo bello sed morte repellendum.

Etsi satis sit in ipsa Conscientia pulcherrimi facti fructus; tamen immortalitatem non arbitror contemnendam.

Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore, suavitatem cibi non sentiunt, sic, libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent.

Si quem laus allicere ad rectefaciendum non potest, eum ne metus quidem, a fœdissimis factis potest avocare.

FINIS.